

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Cursus studiorum monasticorum, sive series sublimium disciplinarium - Cod. Ettenheim-Münster 99-110

Theologica universa - Ettenheim-Münster 108 - Tom. II

Cartier, Gallus

[S.l.], 1795

Tractatus primus - De deo uno et trino

[urn:nbn:de:bsz:31-111018](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-111018)

*Tomii Secundi
Tractatus Primus
De
Deo Uno et Trino.*

astes?
le
... 41
... 41
twa
... 41
a, et
... 42
lita
... 43
a cir
... 43
... 43
... 43
... 43
... 43
... 43

ndi

2

2

Tractatus I. Basil. De Deo.
Cap. I. De existentia v. Dei.

Tractatus I. Basil. De Deo.
Cap. I. De existentia v. Dei.

H
in Meli
s. j. ab
Substant
tissimi
caeterom
nem. Lu
Christiana
quon mo
tum in be
rum pro
rum, in
quantum
tas, capl
Part
tate que
in plura
ographos
infus exist
it unitate
tributa
hinc.

Tomii Secundi
Theologiae Universalis

~~Theologia Uni-~~
~~versalis Ettonica Tomii~~
~~Secundi~~

3

Tractatus Primus

De
Deo Uno, et Trino.

^{Proloquium.}
Dei nomine, quemadmodum jam 2
in Metaphysicâ nostrâ part. 2. c. 1.
§. 1. adnotavimus, omnes intelligunt
Substantiam seu Ens aliquod perfec-
tissimum, à quovis aliô independens,
ceterorum omnium causam et origi-
nem. Eiusque unum et trinum esse
Christiana Fides nos docet. Unde hunc,
quam modo de illo institvimus, Tracta-
tum in binas partes distribuimus, in qua-
rum primâ de Deo tanquam uno age-
mus, in secunda autem illius Trinitatem,
quantum sibi et humana patitur tenui-
tas, explicabimus.

Pars prima

De Deo uno.

3.

Partem hanc primam pro varie-
tate questionum in eâ tractandarum
in plura capita, haecque in plures pa-
ragraphos distinguimus, ac primo de
ipsius existentia, natura seu essentia,
et unitate nobis agendum; postea ipsius
attributa generatim, et sigillatim expli-
cabis.

Caput Primum.

De existentia Dei
Eiusque natura seu Essentia.

Profecto Dei existentia, ut potest
in Scriptura sacra adeo constans, atque tam pro-
funde hominum cordibus naturae ipsius ma-
nibus impressa aliis argumentis demonstrari
non indigeret, nisi olim inventi fuissent,
et adhuc inveniantur vesani quidam homi-
nes, qui debilibus quibusdam immixti
argutioribus, vel potius inanibus ratiocinationibus, ean-
dem, non obstantibus tam validis argumentis,
impugnare non sine magna temeritate
audent; ut qui innatam sibi ipsi et inge-
nitam Dei notionem seu ideam emen-
tibus suis eliminare invito conatu adlaborent.

Enimvero esse in nobis innatam et
ingentam Dei notionem seu ideam, cuius
* veritas objectiva ea diu- veritas objectiva auditis terminis à mente
tur, quae se tenet ex par- sana, et attentè percipitur, jam in Metha-
te objecti, quod menti se se physicâ nostrâ capite part. 2. c. 1. §. 1. Demons-
offert, et exhibet, ut quan- travimus. atque etiam ipsae sacrae
do cogito Deum, Deus est Attora declarant. ut Ps. 4. v. 7. Signa-
cogitationis meae objectum. tum est, inquit Regius Psaltes, Super nos
lumen vultus tui Domine. Hoc lu-
men, ait S. Aug. in hunc locum n. 8. est to-
tum hominis et verum bonum, quod non
oculis sed mente conspicitur. Signatum,
autem dicit in nobis, tangquam Denarius si-
gnatur Regis imagine: homo enim factus
est ad imaginem, et similitudinem Dei,
quam peccando corruptit. Joan. 1. v. 9.
Christus dicitur Lux vera, quae illuminat
omnem hominem venientem in hunc mun-

Dum. Ex quo perspicuum fit, ait S. Hieronimus ad c. i. ad galath. natura omnibus Dei in se notitiam, nec quemquam sine Christo nasci, et non habere semina in se sapientia et justitia, reliquarumque virtutum.

Consonant S. Patres tum Graecum tum Latini.

Ex graecis. S. Justinus Apol. 2. Dei appellatio, inquit, nomen non est, sed rei inenarrabilis natura hominum insita opinio. S. Clemens Alexandrinus, in Protrepticis, seu admonitione ad gentes, ait, omnibus simpliciter hominibus instillatum esse quendam divinum influxum: qua de causa vel invito eos fateri unum esse Deum, ab intuitu alienum, et ingenitum. Eusebius lib. 2. Praepar. Evang. c. 9. Eximium illud, inquit, ac salutare imprimis, quod Dei nomen essentiamque significat, ipsius natura ductu impressisque animo per se se notionibus, vel divinitus potius aspiratis nemo non intelligit. Hoc enim omnes populi communi quodam rationis sensu percipere, cum id omni animo, ratione, et intelligentia praedito, idem hujus universitatis artifex naturalibus quibusdam cogitationibus inferat.

Ex Latinis. Tertullianus, Apolog. c. 17. Hoc est, inquit, Summa Delicti nolentium recognoscere, quem ignorare non possunt. Et lib. 1. cont. Marcion.

6. c. 10. Ante anima, quam prophetia, inquit,
anima enim à primordic conscientia Dei
est. S. Cyrillus, Tract. De vani-
tate Idolorum. Vulgus, inquit, in multis
Deum naturaliter confitetur, cum mens et
anima sui auctoris et principis admonetur.
Diu frequenter audimus: O Deus! et, Deus
videt; et, Deo commendo; et Deus mihi
reddet; et, quod vult Deus; et, si Deus
dederit. Unde exclamat Testulianus
loc. cit. O testimonium anime naturali-
ter Christiane!

Amobius, l. i. cont.
Gent. Quisquamne est hominum, ait, cui
non sit ingenitum, non affixum, imò ipsi
penè in genitalibus matris non impressum,
non infitum, esse Regem ac Dominum
cunctorum, quocumque sunt, modera-
tores? S. Augustinus, Tract. 106.

in Joan. Hæc est, inquit, vis vere di-
uinitatis, ut creatura rationali, iam
ratione utenti, non omnino ac penitus
possit abscondi. Et in Ps. 74. n. 9. Deus
ubique secretus est, ubique publicus;
quem nulli licet, ut est, cognoscere, et
quem nemo permittitur ignorare.

Denique S. Joan. Damascenus, ut mul-
tos alios sileamus, lib. i. orthodoxæ fidei,
sic loquitur: Non nos tamen in omnige-
nâ prosius ignorantia versari passus est
Deus. Nemo quippe mortalium est, cui
non hoc ab eo naturaliter infitum sit, ut
Deum esse cognoscat.

Primum
9

His omnibus et aliis tum S. Scriptu-
ra, tum SS. Patrum testimoniis manifes-
tum est, fieri non posse, ut quis inveni-

biliter Deum ignoret, adeoque innatam
sibi et ingenitam non habeat illius notio-
nem et ideam. 7

Quae hic obijciuntur
dissolvimus et destruimus, jam in Metaphysi-
ca, loc. cit. et infra etiam refutabimus.

Hoc ita supposito et probato mani-
festum fit, neminem serio unquam du-
bitare potuisse aut posse, si alias ipsi la-
na mens et iudicium, quin Deus existat,
ut pote aius idea et notio omnium men-
tibus sit insita.

Illius porò existentiam invictis 5.
argumentis demonstramus 1.º ex S. Scrip-
tura: Job. 12. v. 7. 8. et 9. Interroga ju-
menta, et docebunt te, et volatilia coeli,
indiciabunt tibi. loquere terra, et respon-
debit tibi: et narrabunt pisces maris. Quis
ignorat, quòd omnia haec manus Domini
fecerit? Psal. 18. v. 2. Coeli enarrant glo-
riam Dei, et opera manuum eius annun-
tiant firmamentum. Et Psal. 99. v. 3. Om-
nes creaturae clamant, Sitote, quoniam
ipse est Deus: ipse fecit nos, et non ipsi
nos. Denique Rom. 1. v. 20. Invisibi-
lia ipsius à creatura mundi per ea, qua
facta sunt, intellecta conspiciuntur: Sem-
piterna quoque eius virtus, et divinitas,
ita ut sint inexusabiles; quia cum cogno-
vissent Deum, non sicut Deum glori-
ficaverunt.

2.º Ex communi S. Patrum
sententia, quorum testimonia aliqua
praetermissis innumeris aliis, supra pro-
tulimus, quae non magis innatam esse no-
bis omnibus Dei notionem probant, quam

8. illius existentiam; unde Aulus et impius dicitur, qui Deum negat, ait S. Anselmus Proslogie. 3. et S. Augustinus Tract. 106. in Joan. n. 4. Haec est, inquit, vis vera Divinitatis, ut creatura rationali jam ratione utenti, non omnino a peremptis possit abscondi.

Prob. 3.º Argumentis tum metaphysicis, tum physicis, tum demique moralibus jam in Metaphysicâ nostrâ recensitis loc. saepe cit. Qua vide.

Haec tamen omnia argumenta Dei existentiam non nisi à posteriori, ut ajunt, seu ab effectu ad causam evinunt, non vero à priori, seu à causa ad effectum: enimvero Deus nullam habet suae existentiae causam, sed necessitate suae naturae existit; ita ut ne cogitatione quidem existentia ejus ab ejus natura separari possit. Ego sum qui sum, ait Deus ad Moysem Exod. c. 3. v. 14. Qui est, misit me ad vos. Hanc Entis necessitatem, plenitudinem, ac perfectionem significabat apud Hebraeos augustissimum nomen Jehova. Unde creatura, Dei comparatione nihil esse dicuntur, Ps. 38. v. 6. Substantia mea tanquam nihilum ante te.

* vid. inf. Exercit. Theologicæ.
Exercit. 2. n. 17. et seq.

6. * Quod Dei naturam, seu essentiam spectat, non expectanda est à nobis perfecta, aliqua illius delineatio. Illa enim est ineffabilis, et supra omnem sensum, et rationem, Deus enim est, inquit S. Ambrosius, vel quinunque alius lib. de fid. orthodox. qui cum dicitur, non potest dici, cum aestimatur non potest estimari; cum definitur, ipsa sua

Definitione verit. quem totum omnia
nesciunt, et metuendo sciunt. Unde Stulti-
tia fuit in Heticis ejusque Discipulo Eunomio
planè singularis, affirmare, sibi tam per-
fectè cognitam esse Dei naturam, quam vel ipsi
Deo cognita est.

Triplici porro viâ Deus à nobis in
hac vitâ cognosci potest, 1.º viâ negationis,
quâ longe facilius dicitur, quid non sit Deus,
quam quid sit, ait S. Augustinus*. 2.º In Psal. 85. n. 12.
viâ affirmationis, cum detrahis omnibus
imperfectiõibus, perfectiones idi attribui-
mus. 3.º Denique viâ excellentiæ Deum
conipimus, cum omnes perfectiones creatas,
non solum detrahis imperfectiõibus crea-
tis, sed etiam nobiliori ac excellentiori
modo in ipso contineri affirmamus.

Præsens questio merum est Schola 7
exercitium, ac in eò univè versatur, qua-
nam scilicet nobis de Deo cogitantibus pri-
ma occurrat perfectio, qua secundum nos-
trum conipendi modum naturam ipsius
constituere intelligatur; seu quis sit gradus
constitutus, vel differentia essentialis et
specificæ Divinæ naturæ. Tres ad hoc eni-
guntur conditiones: 1.º ut gradus ille spe-
cificus seu constitutus sit quid primum
in ipsa re, nec ab alio derivatum. 2.º ut
sit proprium rei, quam constituit, et ab
aliâ qualibet distinguit. 3.º ut sit fons
et radix aliarum proprietatum seu perfec-
tionum, quæ in illâ reperiuntur.

Hic in varias Sententias pro more 8
suo abeunt Scholastici*. Volunt aliqui gra-
dum illum constitutum vel differentiam

2da
10

* Nos in nostrâ Metaphysi-
câ differentiam essentiali-
tem naturæ Divinæ

infin-
S. An-
imus
ignit,
atio-
ins ac
meta-
que
ortra
nta-
iori, ut
vinunt,
fectum:
sisten-
tura
idemi
vari-
us ad
miffit
tatem
ignifica-
nomen
mpara-
38 v. 6. Sub-
ante te.
ntiam
nobis per
ura om-
eius enim
cumque
cum dicitur
tur non
tur ipsa sua

10. essentialem Dei esse actualem omnium seu in summa perfectione vel locandam esse diximus, ubi Essentialiam Dei in sensu metaphysico latiori, et prout omnia Dei attributa conpletatur, sumptimus. hic autem quartus est de Essentiali Dei in sensu stricto si sumpta.
 * Id est, quod Deus sit Ens à se p.

10. essentialem Dei esse actualem omnium seu congeriem omnium perfectionum. Alii dicunt, esse infinitatem radicalem, seu essentiam omnium perfectionum. Alii eam intellectionem radicalem vel actualem esse tuentur. Alii denique illam positam esse volunt in omnimoda, ut ajunt ascitate, seu in perfecta independentia, ita ut Deus sit Deus proise, quod sit Ens à se et independens à quolibet alio et tanquam à causa, et tanquam à principio, et tanquam à radice seu fundamento.

9 Porro animus nobis non est in hujusmodi Schola exercitio, et hunc multum detineri; utiliora quippe nos vocant, quam ut hinc Schola trivis immoremur, pascere ergo nostram quisque eam ex recensitis opinionibus, quam maluerit, amplecti poterit; ne tamen omnino silentes abire videamur, mens nostra est, quod Independentia seu ascitas omnimoda videatur esse proprius Divinae essentiae character, ac gradus constitutivus seu specificus*.

* Ascitas est summa perfectio, ut pote ex qua omnes aliae inferuntur.
 * Exod. c. 3. v. 14.

Prob. 1^o. In S. Scriptura: Ego sum qui sum, ait Deus ipse ad Moysen*, Et dices filius Israël, Qui est, misit me ad vos. duo significare voluit Deus, se solum esse, qui est, adeoque ab omni alio independens, adeoque à se duntaxat esse.

Prob. 2^o. In S. Patribus, qui hunc S. Scripturae textum eadem ratione exponunt. Admiratus sum, inquit S. Hilarius lib. 1. de Trinit. ad citata verba Exodi Ego sum, qui sum. plane tam absolutam de Deo significationem, quam naturam Divina incomprehensibilem cognitionem

12 quam à radice; nec denique divinis personis,
quæ sunt ab aliis tanquam ab origine et prin-
cipio.

3^o. Denique, ceterarum om-
nium Dei perfectionum radix est, et origo.
Si bonum, si magnum, si beatum, si sapi-
entem, vel quidquid tale de Deo dixeris,
in hoc verbo instauratur quod est, Est;
Nempe hoc est ei esse, quod hæc omnia
esse, si et centum talia addas, non recep-
sisti ab esse. Si ea dixeris, nihil addidisti:
Si non dixeris, nihil minuisti. Sunt
verba S. Bernardi.*

* lib. 9. de consid. c. 6.

10.

Commendabilior nostro iudicio est
questio de Dei unitate, quæ, cum de illius
existentiâ et essentiâ esse videatur hæc quo-
que locum sibi vindicat.

Unitatem Dei impugnaverunt
gentiles, à quibus Deorum pleritas in-
venta est: unde priores religionis Christia-
nae apologetæ contra eos agentes, non
tam aggressi sunt atheismum quam poli-
theismum, ut videre est in Antenagora,
Justinio, Minutio Felice, et Tertulliano.
Triginta Deorum millia fuisse apud
gentiles memorat Hesiodus, de quibus
festive dicebat Tertullianus*: Novi sunt,
ac veteres, barbari, greci, Romani, pe-
grini, captivi, adoptivi, communes,
masculi, foemina, rustici, urbani, nau-
tici, militares.

* Apologet. c. 10.

De Romanis tam-
etiam sapientioribus dicebat S. Leo: Cum pe-
ne omnibus dominarentur gentibus, non-
ne omnium serviebant erroribus; et ma-
gnam arbitrabantur asseruisse religio-
nem, quia nullam respuebant falsitatem.

Constabat apud cordatos gentiles, Deos illos^{13.}
quos colebant, meros homines fuisse, qui-
bus, ut putabant, ob quaedam eorum in ge-
nus humanum derivata beneficia, jura et
honores uni Deo debitos asserabant: unde
Cyprius invidendo Tertullianus dicebat,
Apud vos de humano arbitrata divinitas
persistatur: nisi homini Deus placuerit,
Deus non erit; homo jam Deo propitiis
ope dabitur.

Verum non modo gentiles Unitatem II.

Dei impugnarunt, sed multi ex veteribus
Haereticis, ut Cerdoniani à Cerdone he-
dicti, qui duo principia sibi adversan-
tia admitterebant, nempe Deum legis, et
Prophetarum, quem justum ac severum,
non bonum esse dicebant; et Deum Ba-
trem Christi, quem asserabant esse bo-
num ac benignum. Marcionita à
Marcione ita dicti appellati, qui tres fun-
gebant Deos; unum invisibilem, rerum
invisibilium; alterum vero visibilem,
mundi hujus aspectabilis parentem; ter-
tium Diabolum inter utrumque medium,
praeterea Deum veteris Testamenti oppo-
nebant Deo novi Testamenti. Apel-
les Marcionis Discipulus, quocum duos ad-
mittebat Deos, unum bonum, et alte-
rum malum, sed à bono productum, ideo-
que unicum principium, in quo à suo
Magistro dissidebat. Valentiniiani
à Valentino dicti, qui triginta Deos, si-
ve Aeons somniabant. Manichei
à Manete propagati, qui duo rerum om-
nium universalia principia, seu duos

14. volebant esse Deos: unum bonum, bono; alterum malum, mali autorem. Tritheita, qui tres personas SS: Trinitatis dicebant esse tres Deos, tum personalitate, tum natura distinctos.

12.

Conclusio.

Deus unicus est. Ps. 1.º Ex. Sing. turá. Deuter. 6. v. 4. Audi Israël, Dominus Deus noster Dominus unus est. Jb. c. 32. v. 39. Videte, quod ego sum solus, et non sit alius Deus præter me. Ps. 89. Tu es Deus solus. 1. Cor. 8. v. 4. Sicimus, ait Apostolus, quia nihil est idolum in mundo, et quod nullus est Deus, nisi unus. 1. Pet. 5. Et si sunt, qui dicantur dii, sive in celo, sive in terra.... nobis tamen unus est Deus.

2/10
12

Primum omnium mandatum est, ait S. Marcus c. 12. v. 29. Audi Israël, Dominus Deus tuus, Deus unus est.

Ps. 2.º Ex Symbolis Nicæno et Constantinopolitano, quorum primus articulus est, Credo in unum Deum. Item ex Concilio Lateranensi IV. c. Firmiter. p.

Deus si unus non est, inquit Tertul-

* lib. 1. cont. Marcionianus, non est: quia dignius credimus non esse, quodcumque non ita fuerit, ut esse debebit.

Ps. 3.º Ratione. 1.º Natura, cui singularitas omnino est essentialis, non potest numero multiplicari. Atqui singularitas essentialis est natura divina, sicut et ipsa existentia, cum Deus ex dictis sit ens necessarium; existentia autem rei est singularis. Ergo p.

2.º Deus est ens perfectissimum, ens summum, quo nihil melius. Atqui

tale ens est unicum, nec parem habere potest, 15.

Summum quippe non est, cui aliquid adequatur.

Quod si duo Summa forent, ac perfectissima, neutrum Summum esset, ac perfectissimum, quia neutrum altero majus foret. Ergo.

3^o. Si duo essent Dii aequales, utroque melius aliquid posset cogitari, id est scilicet Deus, qui parem, et aequalem non haberet. Ergo hi duo Dii vere non essent Dii, quia aliquid ipsis melius et perfectius cogitari posset.

4^o. Unus sufficit Deus creandis et regendo ~~hunc~~ huic universo. Ergo unus est. Vel enim unus sufficit, vel non. Si prius, im-

utilis fuit, et etiamnum est alter Deus, sine quo mundus creari potuit et regi. Quid enim, ait Lactantius*, multis opus est ad

mundi regimen sustinendum; nisi forte arbitremur, si plures sint, minus habere singulos nervorum atque virium. Si vero unus non sufficit, sed alterius indigeat auxilio, eo ipso perfectissimus non est, nec consequenter verus Deus.

Cetera argumenta, quae hunc in rem adduci possunt tacemus, enimvero vel in his abunde liquet, quam verum sit illud S. Athanasii dictum*: Multiplicitas Deorum, multitudo Deorum*

Quae sunt huc etiam Scholastici, 13. an ista propositio, Deus est, sit per se nota quoad nos. Nam apud ipsos dupliciter propositio aliqua per se nota sumi potest, alia enim est propositio per se nota quoad se ipsam tantum, alia quoad nos etiam. Prior est ea, cuius predicatum est de natura seu essentia subjecti, qualis est ista,

* lib. i. Institut. c. 3.

* orat. cont. Idola

* vide etiam ea, quae huc de re in Metaphysicâ nostrâ part. 2. c. i. §. 3. discernimus.

vid. inf. Exercit. Theolog. Exercit. i. n. i. et seq.

al-
ta,
t esse
tura
S. Sing.
l, Do-
t. Jo.
3, et
88. Tu
y, ait
mundo
Et v. s.
celo, hie
is.
S. Mar-
Deus
et Cons-
astiu-
tem ex
r. p.
it Testul
ordinus
erit, ut
Natura
ntialis,
atque
ra divina
s ex his
autem rei
tissimum
atque

10 Homo est mente et corpore praeditus; item ista, Deus existit. Propositio autem nota per se quoad nos, ea dicitur, cuius veritas auditis et intellectis terminis statim per se se innotescit absque alio medio seu discurfu et rationibus. Unde patet posse dari propositionem aliquam, quae quamvis per se nota sit quoad se, tamen quoad nos ignota esse possit, quia illius praedicati seu attributi cum subiecto connexio a nobis ignoratur.

Hae quaestio ad illam omnino referri videtur, quam breviter initio statim huius capituli exposuimus, atque ostendimus, esse in nobis omnibus imatam et ingentam Dei ideam seu notionem, unde et merito ducimus, hanc propositionem, Deus est, per se notam etiam esse quoad nos.

Prob. Quia illa propositio nota est per se quoad nos, cui auditis, et intellectis terminis statim sine ulla medio mens acquiescit quam nullus negat, aut negare se videt potest, cuius veritas animis nostris a natura ipsa nobis indita est, ac ingenta. Atqui talis est ista propositio, Deus est, Nam quid Dei nomine intelligimus? ens scilicet perfectissimum, quo nihil melius est, ac cogitari potest. Atqui fieri non potest, nisi ex crassa contradictione, ut animo apprehendatur ens perfectissimum, quin statim existens concipiatur; alias perfectissimum esse intelligeretur, et non perfectissimum; perfectissimum quidem ex hypothesis ac in mente, non re ipsa perfectissimum, si re vera non existeret; eo ipso enim careret existentia, quae perfectio est, imo omnium perfectionum prima, ac quasi fundamentum; et aliquid eo perfectius cogitari posset, ens scilicet non tantum in mente, et apprehensione, sed

sla
13

sed re ipsa existens. Hae ratio est S. Anselmi in 17
Proslogio seu Adoquid c. 2.

Solvuntur Objectiones.

14.

Ob. 1.^o contra apertum nostrum de
innata notione Dei, ut et, quod hae propo-
sitis, Deus est, nota per se sit quoad nos. Ideo
à natura impropria singulis hominibus est
communis. Atqui singuli homines non
habent in se à natura ipsa impressam su-
premi Numinis ideam ac notionem, nec
proinde ipsis nota est per se hae propositio, Deus
est, multi enim sunt Athei, qui Deum
ipse ignorant, ac protervè pernegant. Ergo

Prob. min. 1.^o ex S. Scriptura. Ps. 13. v. 8.

Dixit insipiens in corde suo non est Deus. Item
Sapientia 13. v. 1. Vani sunt omnes homines, in
quibus non subest scientia Dei, et de his, quae
videntur bona, non potuerunt intelligere
eum, qui est, neque operibus attendentes,
agnoverunt, quis eipet artifex. Denique
Apostolus, Ephes. 1. v. 2. Evatis, inquit, illo
in tempore / nempe infidelitatis / sine Christo
... et sine Deo in hoc mundo.

Prob. 2.^o eadem min. testimonio
Scriptorum, qui fatentur, nonnullos Atheos
fuisse. Talem fuisse Diagoram aperit
S. Augustinus lib. 3. contra litteras Petilianae
c. 21. n. 25. et tract. 106. in Joan. Exceptis
paucis, inquit, in quibus nimium natura
depravata est, universum genus humanum
Deum fatetur. Lactantius, lib. 1. Divinarum
Instit. inter atheos recenset, Democritum,
Epicurum, Protagoram, et Diagoram, ut
et Tullius Cicero, lib. 1. De Natura Deorum,
addens Melissum, et Theodorum Cyrenaiam.
Testantur quoque nostri Evi Missionarii,

18 quondam America Barbaros in Sibus Regentes, nullum Deum cognoscere, aut colere, imò ne quidem nomen Dei nosse. Ergo.

Resp. ad objectionem, neg. min. Ad idius prob. Dicit. Multi sunt Athei practicè, con. Speculativè, iterum dicit. indirectè, ac interpretativè, con. Directè, ac expresse neg.

Atheus practicè est ille, qui sic perditè vivit, ac si nullus esset Deus Supremus criminum ultor ac vindex, de quo Psalmista ait, Dixit insipiens in corde suo, Non est Deus. In corde, ob depravatam nempe sceleribus conscientiam: unde sequitur eodem Psal. 13. v. 2. corrupti sunt, et abominabiles facti sunt in studiis suis. Hoc est, ait Augustinus in Psal. 13. ipse sunt affectiones, quo corrumpunt animam, et sic exerceant, ut possit etiam dicere imprudens in corde suo, Non est Deus. Bene multos hujus generis Atheos proh dolor! existere non diffitemur.

Atheus speculativè is est, qui itens ratione, mente sanà, et attentà, intus et animò persuasum habet, nullum existere Deum. Tales dari Atheos directè et expresse omninò negamus, bene autem indirectè tantum et interpretativè; cuiusmodi sunt, qui Deo ea tribuunt, aut denegant, quae ipsi nec tribui possunt, nec denegari; qui Deum quidem agnoscunt, sed falsum, non verum, qui idola colunt, et cultum Supremum, et soli vero Deo debitum in creaturam transferunt. Hi dicuntur ab Apostolo esse sine Deo in hoc mundo, quia Deum / verum / ignorant. Dicuntur à Salomone*, non habere scientiam Dei nec intelligere eum, qui est; cum existimant* Deum, aut ignem esse, aut spiritum,

* Sap. 13. v. 1.

* Ibid. v. 2.

aut citatum aërem, aut gyrum Stellarum, ¹⁹
aut nimiam aquam, aut Solem et Lunam.

Uno verbo Deum ignorant, aut negare cen-
sentur, quotquot eum, qui solus verus est
Deus, non agnoscunt, nec colunt: quamquam
vel in hac ipsa idololatria vestigium quoddam
ac sensus quidam est Divinitatis, qui obliterari
penitus non potest, tametsi distortus, et
ut ait S. Augustinus lib. de Bapt. c. 4. multis
fabrilitatibus permixtus ac confusus. Quo
sensu Atheniensibus dicebat S. Paulus: Bar^a act. 17. v. 23.
teriens, et videns simulacra vestra, inveni
et aram in qua scriptum erat, IGNOTO
DEO. Quod ergo ignorantes colitis, hoc ego
annuntio vobis.

Ex his habetur responsio ad testimo-
nia S. Scripturae, et Scriptorum, qua in con-
trarium adduuntur, nempe nudos Iasi
Atheos nisi practice tales, seu speculative,
sed indelicite et interpretative duntaxat tales.
Neque etiam uli Barbari Deum ignorare
possunt, quidquid Missionarii nostri referant,
Enimvero impossibile est, ut vel ad coeli,
Terre, Solis, Astrorum, et aliarum crea-
turarum aspectum, aut sensum, statim
non habeat illorum animos cogitatio de
aliquo sapientissimo ac potentissimo arti-
fice, Domino ac rectorum rerum illarum
omnium, ut qui illius ideam à natura
cordibus suis impressam habeant.

Ob. 2. Exponi liquido non po- 15.
test, qualis sit illa naturalis Dei notio
seu idea; sitne in mente hominis per
modum habitus infusi, vel per modum
actus, sitne abstractiva, vel intuitiva.

Resp. Ideam illam, neque in habitu
infuso, neque in actuali cognitione positam

20. esse, sed in ipso lumine naturali, seu facultate, quâ ex sola terminorum apprehensione intelligimus, Deum esse eo ipso modo, quo statim ac sine prævio discursu concipimus impossibile esse idem simul esse et non esse; alteri non faciendum, quod tibi fieri non vis. Fatemur ideam illam intuitivam non esse, sed abstractivam duntaxat, prout intuitiva opponitur. Abstractivam etenim cognitionem vocamus, non eam tantum quâ unum in alio, vel per aliud cognoscimus; sed eam etiam, quæ vel obscura quodammodo est, ac cognitioni intuitivæ opponitur, vel quæ solam attingit rei existentiam, non verò naturam, et essentiam, qualis indita est nobis notis, et idea existentie Dei, non autem ejus essentia adæquate sumpta. nec absurdum est, si dicamus ideam existentie Dei intactam ideam mediam esse inter abstractivam, et intuitivam, eamque naturalem appellari, eo fere modo, quo S. Thomas p. ii. q. 56. a. 3. in Corpore, et in Respon- sione ad 3. docet cognitionem, quæ Angeli naturaliter Deum cognoscunt, mediam esse inter abstractivam, et intuitivam, ac similem esse cognitioni, quæ videtur res per speciem ab eâ acceptam.

Cætera, quæ hic objiciuntur soluta invenies in nostrâ Metaphysicâ. cap. i. §. i. quem consulte.

16. Ob. 3^{ti}o contra assertum de existentia Dei. Objectum fidei demonstrari non potest, cum obverum sit ac me-

videns: atqui existentia Dei est obiectum ²¹
fidei. Accedentem enim ad Deum credere oportet, quia est, ait Apostolus Heb. ii. v. 6. Atque, ut ait S. Gregorius Magnus, Fides amittit meritum, ubi ratio prabet experimentum.

Resp. Dist. maj. Quatenus obiectum fidei à Deo revelatum, com. quatenus est obiectum Demonstrationis Theologicae, neg. Potest unum et idem obiectum sub vario respectu ac motivo attingi, et considerari; unde nascitur Scientiarum distinctio. Idem corpus naturale v.g. aliò modo consideratur à Physicâ, et aliò à Medicinâ: ab istâ ut sanabile; ab illâ ut naturale. Dei ergò existentia creditur ex motivo fidei, seu propter auctoritatem Dei revelantis, et evidenter cognoscitur ex creaturis per necessariam connexionem, qua perspicitur inter creaturas existentes et earum conditorem. Idem enim obiectum potest et à fide Divinâ apprehendi, et à sensibus externis. Non alius est sensus verborum S. Gregorii: ubi rei revelata creditur propter experimentum sensuum, vel rationis, fides meritum amittit; sed utrumque conciliari potest, ut nempe idem sit obiectum fidei, et Demonstrationis Theologicae, sub diverso, ut diximus, motivo.

Ob. 4^{to} Essentia Dei demonstra- 17.
ri non potest. Atqui existentia est essentia Dei, à quâ ne quidem per mentem sejungi potest. Ergo p.

Resp. Dist. maj. Essentia Dei quantum ad questionem quæ et qualis sit,

76
15

27. *conu.* quantum ad questionem quod sit, seu existat. *neg.*

18. *ob. 5^{to}* Medium Demonstrationis debet esse necessarium: atqui creaturae non sunt necessariae. Ergo *p.*

Resp. Dist. maj. necessarium necessitate connexionis et habitudinis, qualis est inter effectum et causam, objectum et potentiam, *conu.* necessitate existentiae, *neg.* Inter creaturas, et Creatorem est necessitas illa connexionis et habitudinis, quae fit, ut, visis creaturis, cognoscamus certò ac necessariò esse primam causam ac supremam intelligentiam, à qua illae productae fuerint. Ipse fecit nos, et non ipsi nos.

19. *ob. 6^{to}* Omnis Demonstratio fit ex prioribus, ut docent Dialectici. Atqui creaturae non sunt Deo priores; imò potius Deus prior est, ut potè causa creaturae.

Resp. Dist. maj. Demonstratio fit ex prioribus cognitione, id est, ex iis, quorum cognitio praecedit, *conu.* Ex prioribus existentia, *neg.* In demonstranda Dei existentia, necesse est, prius cognosci creaturas tanquam effectus, quam Deum ipsum tanquam creaturarum effectivam causam.

At inquires, correlata sunt simul natura et cognitione. Atqui Deus et creaturae sunt correlata. Ergo simul cognoscuntur, nec cognitio creaturae prior esse potest cognitione Creatoris.

Resp. Dist. min. Deus et creaturae sunt correlata, creaturae formaliter

Sumpta sub ratione precisâ et formali crea-^{23.}
tura, con. materialiter sumpta in se
prout ex primò aspectu eam cognoscimus,
neg. Cùm ex creaturis Deum esse demons-
tramus, creaturas, ut in se sunt, primò as-
pectu consideramus, et intelligimus eas à
se ipsis non habere, ut sint; nihil enim
sui ipsius causa est. Necesse igitur est,
eas ab alio esse creatas, unde rectè inferi-
mus existere creatorem, qui verus et unus
Deus est.

Ob. 7^{mo} contra assertum nostrum 20.
De gradu constitutivo essentia Divina.

Gradus constitutivus Divina essentia
debet esse quid reale et positivum. Atqui
a seitas seu independentia aliquid negati-
vum sonat, non positivum.

Resp. Dist. min. ratione termi-
ni seu nominis, con. ratione rei signifi-
cata, neg. Res enim hoc nomine signi-
ficata est entis necessitas, plenitudo, per-
fectio, quae sunt quid reale, et positivum.

Ob. 8^{vo} Gradus Specificus Divina 21.
essentia vero Deo competere debet. Atqui
a seitas omnimoda, quae principium ex-
cludit, etiam originis, non competit Fi-
lio et Spiritui Sancto, qui tamen sunt
unus, et verus Deus cum Patre; Filius
enim est à Patre, Spiritus Sanctus à
Patre et Filio.

Resp. Dist. min. A seitas omni-
moda non competit Filio, et Spiritui
Sancto, ratione personalitatis, con. ra-
tione natura, seu essentia Divina,

24. qua est in Filio, et Spiritu Sancto, neg. min.
at, inquit, Natura Divina, qua est
in Filio, et Spiritu Sancto, est à Patre. Ergo.
Resp. Dist. ant. per communicatio-
nem, conc. per productionem, neg. Epon-
tia nec produit, nec produitur, quia inter
producentem ac rem productam intercedit
distinctio realis: at nulla hujusmodi occur-
rit inter personas Divinas, et naturam, seu
essentiam Divinam.

Qua 22. Ob. 9^o contra assertum nostrum
16 De Unitate Dei. multi in Scripturis ap-
pellantur Dii Ps. 81. v. 6. Ego dixi Divertis.
Et v. 1. Deus in Synagogâ Deorum. Exod. 7.
v. 1. Dixit Dominus ad moysen, Ego constitui
te Deum Pharaonis, &c. Ergo.

Resp. Dist. ant. multi in Scriptu-
ris appellantur Dii improprie, et nomine te-
nis, propter auctoritatem ac singularem
aliquam prerogativam ipsis à Deo concessam
conc. Sunt, ait Apostolus 1. cor. 8. v. 5. qui
dicuntur Dii, sive in celo sive in terrâ.
... nobis tamen unus est Deus; proprie
et ratione natura, neg. Judices vocan-
tur Dii propter auctoritatem vita et ne-
cis, quam Deo auctore in homines exer-
cent, ipsi et veri aliunde ac mortales
homines. Dii estis ac filii Euelei, ait
David, vos autem, addit, sicut homines
moriemini, et sicut unus de principibus
cadetis. Pariter Propheta Dii aliquan-
do appellantur propter futurorum notitiam:
justi, seu sancti propter inhabitantem in
ipsis Spiritum Sanctum, qui eos efficit Divina
consortes naturæ. Moyses Deus Pharaonis
constituitur, propter specialem potesta-

tem ac virtutem, quam in illum exercuit, tot²⁵
in conspectu eius editis prodigiis. Angelus etiam
aliquando in veteri Testamento Deus appella-
tur, quod nempe nomine ac auctoritate Dei
loqueretur, ejusque personam sustineret.

Ob. 10^{mo} Sunt in Deo tres personae. 13.
realiter distinctae. Ergo et tres Dei: unaque-
que enim persona Deus est. Ergo cum sint
tres personae, sunt etiam tres Dei.

Resp. neg. cons. ad probat. Dist. ant.
unaqueque persona Deus est unus, et indis-
tinctus, in natura scilicet, quae una numero
est in tribus personis, conc. Deus est distinc-
tus ac natura divisus ab aliis personis, neg.

Inst. Ubi sunt tres distinctae perso-
nae, ibi sunt tres numero distinctae natura.
nam persona ex communi, et trita defini-
tione est natura rationalis individua sub-
stantia. Ergo ubi sunt tres personae, tres
quoque sunt naturae rationalis individuae
substantiae.

Resp. neg. ant. ad probat. Dicimus,
nomine substantiae, in adducta definitio-
ne personae, substantiam, seu modum,
quo substantia terminatur, directe signifi-
cari, indirecte vero ipsam naturam. Nam
persona dicitur natura rationalis indivi-
dua substantia, individua autem, seu sin-
gularis redditur per substantiam; ergo no-
mine substantiae in definitione personae,
ipsa intelligitur substantia. Cum ergo
tres in Deo sint substantiae seu personalita-
tes, et una essentia; dicitur sunt tres divinae
personae, et unus Deus.

Inst. 2^o. Etsi qualibet persona di-
vina sit infinite perfecta, sunt tamen nu-
mero plures. Quibus pariter plures Dei esse
proferunt, tamen et natura divina sit infini-

26. eà perfecta. Resp. Disparem esse ratio-
nem; quia nomen personae in divinis non
importat perfectionem simpliciter simpli-
cem et infinitam in omni genere, nisi per
identitatem realem cum essentia divina, sed
importat tantum respectum seu relatio-
nem ad aliam personam, aut productam, aut
producentem: è contra verò natura divina
omnem in suo conceptu perfectionem invol-
vit; nulla ergo personalitas divina seun-
dum se considerata est infinite perfecta
simpliciter, sed tantum secundum quid,
et in suo duntaxat genere. Pateritas
v.g. est infinite perfecta in genere pater-
nitatis, filiatio in genere filiationis,
item spiratio passiva in genere spirationis
passiva; neque una est, aut dici potest alte-
rà nobilior et perfectior, sed omnes in suo
genere sunt aequaliter perfectae.

24. Ob. 11^{mo}. Duo sunt admittenda
universalia rerum principia, unum bonum, à
quo bona; alterum verò malum à quo mala
primam ducunt originem. Ergo etiam duo
Dii. Ob. ant. A Deo summa bono non
potest prodire malum. Ergo praeter Deum
bonum debet esse alius malus, qui sit malorum
omnium principium; nam hic mundus plu-
rimis malis abundat.

prima

37

Resp. neg. ant. ad probat. neg. etiam
cons. Quantum ad res physicas seu natura-
les ab uno et eodem principio, ab una et eadem
causa, si non secunda, saltem prima, et uni-
versali, variè et oppositi possunt esse effectus,
quos Deus ad manifestandas potentias sua divi-
tias inexhaustas, ad mundi ornatum produ-
cit, inter quos nullus est profectò in se absolu-
tè malus in ordine naturali. Vidit enim Deus
cuncta, quae fecerat, et erant valde bona

genes. i. v. 3. Si ergo quadam animalia, si qua²⁷.
dam venena sint noxia quibusdam, aliis quan-
doque non nocent, imò sunt remedia.

Quantum verò spectat malum morale,
seu peccatum, certum est in Deum autorem
refundi non posse. Deus, ait S. Iacobus c. i. v. 13,
intentator malorum est. Illud quidem non
operatur, sed permittit, 1^o quia est causa
generalis, et provisor universalis. 2^o quia
ex malo bona etiam novit exuere, im-
mis ex permissione peccati, Filii sui Incar-
nationem, quo omnium bonorum pres-
tantissimum est. 3^o quia et universa-
les quasdam leges statuit, quas infringere,
et immutare non tenetur. 4^o quia homi-
nem creavit liberum, et dimisit in manu con-
sili sui; ante ipsum apposuit ignem et
aquam, id est, bonum et malum, ut, quod
vellet, eligeret, oblata ipsi gratia ad bonum
prosequendum, et fugiendum malum necessa-
ria; atque etiam proposito eterna felici-
tatis premio si bene, eterno vero suppli-
cio, si male ageret. Quid autem sapien-
tius, quid aequius, et ad laudem Supremi Pro-
visoris opportunius? Culpa igitur hominis
est, si misere pereat; beneficium vero Crea-
toris, ac Redemptoris, si aeternum vivat.

Caput Secundum

25.

De Divinis Attributis gene-
ratim, et in communi consideratis.

* Attributorum nomine Theologi * vid. inf. Exercit. Theology.
intelligunt formas absolutas, quae seum-
dum proprium suum esse existunt in Deo
et ab ejus natura tanquam proprietates
emanant. Attributum Divinum
Exercit. 3. n. 42. et seq.

28. itaque ab ipsis Definiri Solet perfectio
Simpliciter simplex, absolute ac necessario
De Deo predicabilis per modum forma ad-
jacentis.

Dicitur 1.^o perfectio: que vox te-
net locum generis, quod omnibus attribu-
tis commune est. 2.^o Simpliciter
Simplex, id est, que nullam omnino im-
perfectionem in suo conceptu involvit, ac
de Deo formaliter predicatur, ut Sim-
plicitas, immensitas, &c. 3.^o absolu-
te predicabilis ut ~~attribuitur~~ distinguatur
à divinis personis, seu relationibus in divi-
nis, quæ sunt forma relative duntaxat,
atque essentialia, ut est absoluta, non adja-
cent, sed purè sunt personales, quibus per-
sona constituentur. 4.^o necessario
predicabilis; ut excludantur omnes libri
ad creaturas respectus, seu relationes Dei
ad creaturas, quæ certè non sunt perfectio-
nes simpliciter simplices, quas habere me-
lius sit, quam non habere: neque enim
Deo quidquam melius est esse creatorem,
quam non esse. Dicitur Denique per
modum forma adjacentis; id est, proprie-
tatis, quæ ab essentiali divina dimanare
consequitur.

26. Nihil tamen obest, quin com-
muniter Theologi divinas personalitates
etiam divinatorum attributorum, sed rela-
tivorum duntaxat nomine insigniant;
imò quidquid de Deo verè affirmari potest,
in attributum ejus dicunt.

De his universim queritur, an
et quomodo tum ab essentiali divina,

tum à se invicem distinguantur? id est ²⁹
an et quomodo attributa divina sive abso-
luta, sive relativa ab essentia divina,
absoluta vero duntaxat à se invicem dis-
tinguantur? nam qua ratione relati-
va, seu personalitatis inter se differant, par-
te 2. da exponemus*.

* Distinctio autem generatim dicitur,
negatio identitatis: unde ea distinguun-
tur, qua non sunt idem. Duplex uni-
versim assignatur; una realis, qua ne-
mine cogitante existit, altera vero ra-
tionis, qua per mentem duntaxat exogi-
tatur inter res aliquas intercedere, qua
re verà, et nemine cogitante, seu ut Scho-
la loquitur, à parte rei idem sunt.

Distinctio realis triplex vulgò re-
fertur: nempe realis major, realis minor,
seu modalis, et realis formalis, seu Scotis-
tica*.

Distinctio realis major inter ea
occurrit, qua vel à se invicem separantur,
ut Petrus et Paulus; vel separari possunt,
ut corpus et anima, Subjectum et accidens;
vel relative opponuntur, ut pater et fili-
us.

Distinctio realis minor seu moda-
lis, est inter ea, quorum unum potest esse
sine alio, sed non vice versa: ita e.g. in-
flexio digiti non potest esse sine digito,
sed digitus potest esse sine inflexione.

Distinctio realis formalis seu Sco-
tica est inter ea, qua tametsi unam
et eandem habeant existentiam, distine-
tas nihilominus habent ex natura sua ra-
tiones, seu objectivas formalitates: qua-

* Relationes divinas inter
se opponi ac distinguere ne-
gatio catholice negat.

* vide etiam ea, quae
de Distinctione disse-
ruimus in Metaphysicâ
nostrâ part. i. c. 2.

U
* à Duno Scoto S. Fran-
cisci Alumno sic dicta,
quod primus illam in
Scholas invexit. Eam
non multum a virtua-
li Distinctione differre
dicimus in metaphy-
sicâ nostrâ loc. cit.

30. *les* Sunt s.g. in mente humana Intellectus
et Voluntas; in Deo justitia et misericordia.

Distinctio rationis ea dicitur, quae
fit per mentem, ac duplex est: una ratio-
nis, ut vocant, ratiocinantis; altera ratio-
nis ratiocinatae.

Distinctio rationis
ratiocinantis fit per mentem sine ullo in
re fundamento, tatis est distinctio in Pe-
trorum sumptum ut est Subjectum, et eun-
dem Petrum, ut est predicatum propo-
sitionis istius, Petrus est Petrus; nam ho-
rum conceptuum diversitas non habet fun-
damentum in ipso Petro, cuius idem omni-
nis est ex parte sui conceptus, sed solum in
mente, quae illum modo tanquam Subje-
ctum, modo tanquam predicatum propo-
sitionis considerat.

Distinctio rationis ratiocinatae
fit etiam per mentem, sed cum aliquo
in re fundamento, atque extra intellectum
seu mentem posito. Talis videtur esse dis-
tinctio Intellectus et Voluntatis in mente
humana, quarum quippe sunt diversi con-
ceptus, diversumque fundamentum, nem-
pe utriusque diversa operationes, intel-
lectus scilicet, et volitio.

Hae autem distinctio, quae, qua-
tenus est in mente, rationis ratiocinatae
appellatur, cum in ipsa re spectatur,
virtualis nominatur: res enim, quae
per se una est et simplex, pluribus dis-
tinctis aequivalet, nobisque distinguendi
rationem ac fundamentum subministrat,
propter varios eius effectus, ac summam na-
turam ipsius prestantiam, et excedentiam.
Sic mens humana pluribus virtutibus seu
facultatibus aequivalet, intellectui scilicet
et voluntati; nam intelligit, et vult,

Diversique sunt illius affectus seu operationes, 31
dum intelligit, et dum vult.

Eadem rationis ratiocinata distinc-
tio sumi potest vel adequate vel inad-
quate. Si sumatur adequate, realis est
simul et mentalis, realis quidem secun-
dum fundamentum, mentalis vero secun-
dum actum; unde ea, quae distinguun-
tur ratione ratiocinata, distinguuntur
fundamentaliter ante operationem intel-
lectus; actu vero per solam intellectus
seu mentis operationem. Si vero inad-
quate sumatur, est vel realis tantum,
vel mentalis tantum. Efficit qui-
dem, ut etiam ex parte objecti unum
ab alio prescindatur, seu sine eo con-
cipiatur, sic virtus productiva caloris
concipitur in Sole sine virtute produ-
tiva huius; sed tamen non efficit, ut
unum excludat aliud, sicut genus ex-
cludit differentiam, et vicissim diffe-
rentia genus: hinc concluditur, quod
ea, quae inter se ratione ratiocinata
distinguuntur, se se invicem includant
implicitè et confuse, quamvis explicitè
et distinctè se se non includant.

Qualterus seu Walterus quidam 28.

olim Joannit*, attributa divina inter se * Aug. Niphus 12. Metaph.
et ab Essentia distinguuntur realiter. * Disput. 13. c. 3.

Gregorius Palamas Schismaticus
Graecus primum Monachus, tum Episcopus
Thesalonicensis, Andronico Juniore impe-
rante, distinctionem realem admisit inter
essentiam Dei et ejus operationes sive

28. internas et immanentes, quibus Divina persona produuntur, sive externas, quibus Deus extra se creando, conservando, & operatur: contendebat nihilominus operationes illas non esse quid creatum, sed aliquid medium inter Deum et creaturam, quod ipsis creaturis in earum productione communicatur. Errorem hunc amplexi sunt Graeci Schismatici in Synodō Constantinopolitana, quam ipsi nonam Oecumenicam appellabant, atque Barlaamo Monacho, ejusque Discipulo Acindymo, anathema dixerunt, quod contrarium ducissent.

29. De Gilberti Porretani Episcopi Bictaviensis seculō 12^{mo} errore circa distinctionem Divinorum attributorum controversia est inter Theologos. Alii consent, eum ducisse distinctionem realem non solum inter essentiam et personalitates Divinas, sed etiam inter attributa et essentiam. Alii vero contendunt eum realiter tantum distinxisse essentiam Divinam à personalitatibus. ut ut sit ejus errores seculō 12^{mo} damnati sunt, primum in Concilio Parisiensi*, deinde in Concilio Remensi*, Praeside Eugenio III. et cui proter Cardinales interfuerunt plurimi Episcopi et Abbates, ipsaque S. Bernardus Abbas Claveracensis acerrimus Gilberti adversarius. Concilio definitioni acquievit Gilbertus, quare cum ejus personā benignius actum est.

30. At contra Eunomius, ceterique Ariani omnem distinctionem etiam mentalem seu rationis inter essentiam

4 * an. 1147.

7 * 1148.

Divinam illiusque proprietates seu attri- 33
buta sive absoluta sive relativa nega-
bant, tuebanturque omnia divina no-
mina idem, et eodem plane modo signi-
ficare, divinam scilicet naturam. Unde
contendebant, essentiam divinam, justi-
tiam, misericordiam, &c. non differere in-
ter se nisi secundum nomen. Contra
hos omnes proinde ponitur

Conclusio 1^a

31.

Inter attributa divina tum abso-
luta tum relativa ad essentiam compa-
rata, et absoluta invicem, nulla omni-
nis est realis, seu entitativa, seu modalis
distinctio.

Prob. 1^o Ex S. Scriptura. Quia
inter illa nulla distinctio realis actualis, si-
ve entitativa, sive modalis intercedit, quae
de se invicem in abstracto praedicantur.
Atqui essentia divina et attributa de
se invicem in abstracto praedicantur.
Joan. 14. v. 6. Christus de se ipso ait: Ego
sum via, veritas, et vita. Proverb. 8.
v. 12. Ego sapientia habito in consilio.
1. cor. 1. v. 24. Praedicamus Christum Dei vir-
tutem et Dei Sapientiam. In quibus
locis Deus non tantum vivens, sapiens, et
verus in concreto dicitur; sed vita, sapi-
entia, et veritas in abstracto.

4. 10

Prob. 2^o Ex Concilio Lateranensi
IV. generali c. 1. et 2. definitente, essen-
tiam, seu substantiam et naturam di-
vinam esse omnino simplicem. Atqui
talis certe non esset, si attributa divi-
na an. 1215.

34. na tum absoluta, tum relativa ab essentia
divina, et absoluta inter se distinguere-
tur realiter, nam componerentur ex mul-
tis realiter distinctis. Ergo.

6 + an. 1148.

Ex Concilio Remensi in Symbolo
contra errores Gilberti art. i. ubi dicitur:
Credimus, et confitemur simplicem natu-
ram divinitatis esse Deum; nec aliquo Sen-
tu catholico posse negari, quod divinitas sit
Deus, et Deus divinitas. Et Eugenius III. Con-
cilio Brases, prohibet, ne aliqua ratio The-
ologica inter naturam, et personam divi-
dat. Ergo.

Pl. 3^{to} Ex S. Patribus, pro om-
nibus sit S. Augustinus, qui lib. 5. De Trini-
tate, c. 5. ait: Bonitas, atque justitia,
numquam inter se in natura Dei sicut in
eius operibus distant, tanquam dua diver-
sa sint qualitates Dei, una bonitas, alia
justitia? non utique: sed quae ejus justiti-
ae ipsa bonitas, et quae bonitatis ipsa beati-
tudo. Et c. 6. Sua est ipse sapientia;
quia non est aliud sapientia ejus, aliud
essentia, cui hoc est esse, quod sapien-
tem esse. Quibus verbis manifestè ex-
cludit omnem distinctionem realem actua-
lem inter attributa. Ibid. n. ii. ait:
Non aliud est Deo esse, aliud personam esse,
sed omnino idem. Ergo ex mente
S. Doctoris istius attributa relativa neque
ab essentia realiter distinguuntur.

Pl. 4^{to} Ex hoc Axiomate Theo-
logico. In divinis omnia sunt unum, ubi
non obviat relationis oppositio. Atqui
attributa divina sive absoluta sive rela-
tiva cum essentia divina non habent

relationis oppositionem, nec attributa ab-
soluta inter se, quippe quae in Deo reperi-
ri nequit nisi inter ea, quorum unum rea-
liter ab alio procedit. Ergo.

§ 5. Duplici ratione Theologica:
1. Deus simplicissimus est, et quidem maxi-
mā, quae potest excogitari, simplicitate;
Ergo realem actualem et modalem excludit
à se distinctionem, ex qua compositio
quodam Deo aunderet. Nam compositio
est distinctorum unio. Tam non est sim-

plex, arguebat S. Bernardus Gilbertum
impugnans*, quod vel uni fuerit obnoxium
forma, quam nec virgo, vel uni cognita vi-
ro.

* lib. 5. De consid. c. 7.

2. Essentia seu natura
divina est perfectissima, ita ut nihil ea
perfectius excogitari possit. Ergo se ipsa, seu
per suam entitatem est omnis perfectio
simpliciter simplex: nam melius ac per-
fectius est per se ipsum solum esse om-
nem perfectionem, quam indigere per-
fici per aliquid à se realiter distinctum. 9

Hinc S. Bernardus ait: verò iudicio na-
tura simplex multiplici antefertur. * loc. cit.

Ergo entitas natura divina est entitas
cujuslibet perfectionis. Ergo perfectio-
nes divinae sive absoluta sive relativa
ab essentia divina, absoluta verò
minimè realiter inter se distinguuntur.

Conclusio 2. da

32.

Inter attributa divina tum abso-
luta, tum relativa ad essentiam compa-
rata, et absoluta ad se invicem datur
distinctio saltem rationis. Conclusio
omnino constat. Nam Anonii opinio

5 21

36 ei opposita à Patribus, et ab Ecclesiâ semper rejecta est ac damnata.

Prob. 1^o Quia Scriptura, Patres, et Concilia loquuntur de attributis, et essentia Dei tanquam de multis. Ergo sunt multa in aliquo sensu: non in sensu reali, seu secundum entitatem, ut probatum est: ergo in sensu formali seu proprio, sive secundum nostrum concipiendi modum duntaxat. Nam ubi est multitudo, ibi est ejusdem rationis distinctio.

66. ant. Joan. c. 16. Omnia quaecumque habet Pater, mea sunt, inquit Christus.

Rom. c. 1. Invisibilia ipsius per ea quae facta sunt, intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque ejus virtus et divinitas.

S. Basilii lib. 1. contra Eunomium. Quid enim ridiculum non est, inquit si quis creandi virtutem, ipsam esse dicat essentiam, aut providentiam eius essentiam.

Concilium Florentinum, in definitione, omnia quae patris sunt, ait, pater ipse unigenito filio suo gignendo dedit, proter esse Patrem.

66. 2^o Ratione. Quia illa distinguuntur ratione saltem, quae habent diversos conceptus. Atque attributa, et essentia divina, et attributa absoluta diversos habent inter se conceptus. Ergo ratione saltem distinguuntur. 66. min. inductione. Nam essentia divina stricte sumpta est deitas considerata proise ut est ens à se, sive ut habens plenissimam sufficientiam, et necessitatem absolutam ad existendum independentem ab alia causa: Justitia est deitas spe-

tata precise ut principium unitivum de 37
vitarum: misericordia est Deitas Spectata
precise ut principium miserationum: in-
tellectus Divinus est Deitas considerata pra-
cise ut est facultas intelligendi: voluntas
Divina est Deitas concepta precise ut est
facultas volendi, p. Sed hi conceptus sunt
inter se diversi: nam cum Deitate repre-
sentant diversa attributa seu connotata,
sive representant entitatem Divinam
relate ad diversa connotata, nempe ad
diversos effectus, quos prestare potest,
vel ad diversa entia, quibus equivaleat
et supereminet.

Conclusio 3^{ta}

33.

Distinctio rationis, qua ~~substantia~~
attributa ab Essentia Divina, et attributa
absoluta inter se distinguuntur est saltem
rationis ratiocinatae. Constat. Nam 1^o Sacra
Scriptura, Patres et Concilia loquuntur
de illis tanquam de multis, ut probatum
est. Atqui ea non dicuntur multa sim-
pliciter, quae talia non sunt cum fun-
damento in re, seu ex ratione ratiocina-
ta. Item aliqui affirmant de uno
attributo, quod negant de alio; nihil au-
tem recte affirmatur aut negatur sine
fundamento.

2^o Quia essentia et attributa
Divina tum absoluta tum relativa sunt
ipsa entitas Divina in omni genere infini-
te perfecta, quae proinde licet in se sim-
plissima equivaleat imò supereminet
innumeris entibus et perfectionibus rea-
liter inter se distinctis in ordine ad in-

33. numeros effectus prestandos, qua equivalen-
tia est sane menti sufficiens fundamen-
tum, idam diversis et inadaequatis concepti-
bus representandi.

34. Diximus attributa divina tum
absentia, tum si absoluta sunt, inter se
distingui saltem ratione ratioinata prop-
ter Scotistas, qui post Magistrum Thomam
Scotum, volunt, ea distingui formaliter
ex natura rei. Cum enim ea duntaxat
toto Theologia nostra Deorum propugnare
nobis proponerimus, qua circa questiones
in eadem occurrentes Ecclesia definire visa
est, nec inveniamus eam quidquam de-
cessisse circa controversiam idam inter
Catholicos Theologos de distinctione attri-
butorum divinorum tum ab essentia divi-
na tum inter se agitatum, utrum sui-
ficiet essentia et attributa divina tum
absoluta, tum relativa, ~~inter se~~ et abso-
luta inter se distinguantur vel formali-
ter ex natura rei, ut volunt Scotista.
vel ratione ratioinata, ut docent alii.
Hinc nec nos circa eam quidquam decer-
nimus unquam relinquentes libertatem
eam, quam maluerit, eligendi opinionem.
Sufficit nobis ostendisse aliquam huius in-
tercedere distinctionem, eamque ratio-
nis duntaxat ratioinata saltem.

35. Solvantur Objectiones.

Ob. 1^o Contra primam Conclusionem.
Attributa divina sunt multa etiam in-
dependentem ab intellectu seu mente. Ergo
distinguantur inter se realiter.

Resp. Dist. ant. Sunt multa vir-
tualiter conc. Realiter, et entitative, neg.
ant. Attributa divina etiam inde-

622

pendenter à mentis conceptu sunt multa 39
virtualiter, et æquivalenter, quia sunt
entitas divina, quæ licet in se simplicissi-
ma, æquivalet multis realiter distinctis
in ordine ad diversos effectus præstandos, et
agendum inadquatè, atque ad termi-
nandos diversos conceptus: nam potest plu-
res effectus producere perinde ac si esset
multa entia realiter distincta, et propter
hanc illam æquivalentiam præbet in-
tellectui nostro fundamentum eam diver-
sis, et inadquatè conceptibus repræsen-
tandi. At divina attributa non sunt
multa realiter, et entitative: nam sunt
una eademque entitas divina simplicissi-
ma, quæ relatè ad diversa quæ præstare
potest, et relatè ad diversos conceptus,
quibus inadquatè repræsentatur, mul-
tis ac variis nominibus appellatur.

Ob. 2^{do}. Iustitia divina non est 36.
misericordia, nec intellectus divinus est
voluntas Dei. Ergo p.

Resp. Dist. ant. In sensu formali
et præcisivo, conc. In sensu reali, neg. ant. * id est, virtuali
Res sumpta in sensu formali et præcisivo
est res spectata prout repræsentatur in-
adquatè à mente nostrâ relatè ad
diversa connotata, nempe relatè ad di-
versos effectus, quos producere potest, vel
ad diversa entia, quibus æquivalet. Res
sumpta in sensu reali est res spectata
suntaxat secundum suam entitatem, seu
prout est in se absolutè et independen-
ter à conceptibus nostris ac connotatis
seu attributis. Essentia autem divina
et attributa non sunt idem in sensu for-

f * id est, virtuali 40. mali: nam multis et inadæquatis concep-
tibus representantur in ordine ad diversa,
quæ producere potest, vel quibus æquivalet
eadem entitas divina. At hæc omnia sunt
idem realiter ac secundum entitatem,
quia sunt una eademque entitas divi-
na simplicissima. Nam essentia divi-
na strictè sumpta est entitas divina spec-
tata secundum nostrum primum Dei con-
ceptum, ex quo alii conceptus inferun-
tur: omnipotentia divina est enti-
tas divina spectata quatenus potest
facere id omne, quod non repugnat:
justitia est entitas divina spectata
precisè ut est principium punitionum:
misericordia est eadem entitas divina,
quatenus est principium miserationum:
Sapientia est entitas divina quatenus
cognoscens omnia, &c. Unde essentia
et attributa dicunt eandem entitatem
simplicem, et diversos conceptus et con-
notata diversa: ideoque non distinguun-
tur nisi penes conceptus, et connotata,
sed unum fundamento in re.

37. Ob. 3^{ti}o Illa distinguuntur
realiter, quibus conveniunt predicata con-
tradictoria. Sed attributis divinis inter se
et essentia conveniunt predicata contra-
dictoria: Ergo illa inter se distinguuntur
realiter.

Resp. neg. min. Nam predicata
verè contradictoria sunt ea, quæ in eodem
sensu, et sub eodem respectu negantur
et affirmantur de eodem. At nihil
affirmari et negari potest in eodem sen-
su, et sub eodem respectu, seu sub eadem

Dem consideratione de divina entitate ^{41.}
et eius attributis. Nec unum attributum
verè negatur de alio sub eodem respectu et
independentè à conceptibus rem eandem
inadequate representantibus. Sic ium
dicitur: intellectus generat, voluntas non
generat, hæc non sunt prædicata verè con-
tradictoria; quia idem de eodem affirma-
tur sub uno respectu, et negatur sub alio;
sensus enim est, entitas divina, quæ equi-
volet duabus entitatibus realiter distine-
tis, quarum una est facultas intelligendi
tantum, et altera facultas volendi tan-
tum, generat præcise quatenus est facultas
intelligendi, non quatenus est facultas
volendi, in quo nulla est contradictio: nam
contradictio est affirmatio, et negatio eius-
dem de eodem secundum idem.

Inst. Deus intuitivè et absque
omni præcisione se comprehendens, videt
se generare per intellectum, non per volun-
tatem. Ergo distinguuntur realiter.

Resp. Dist. ant. Deus videt se gene-
rare per intellectum non ut realiter dis-
tinctum à voluntate divina, conc. ut
realiter distinctum, neg. ant. Deus vi-
det suum intellectum, et suam voluntatem
esse eandem entitatem; sed videt, se gene-
rare per intellectum ut virtualiter distine-
tum à voluntate divina. Nam se ipsum
intuitivè comprehendens videt omnem
sue entitatis æquivalentiam absque ulla
præcisione, et sic videt intellectum suum
ut distinctum virtualiter à sua volunta-
te, quatenus videt, suam entitatem equi-

42. valere, immo prestare pluribus entitatibus, quarum una est vis intelligendi tantum, et altera vis volendi tantum, et posse aliquam, ut est vis intelligendi, quod non potest, ut est vis volendi: ac vice versa posse aliquam, ut est vis volendi, quod non potest, ut est precise vis intelligendi. Simul tamen semper Deus videt eandem esse intellectus et voluntatis entitatem, sed virtualiter multiplicem.

38. Ob. 4^{to} Si attributa divina non distinguantur realiter inter se, et ab essentia divina, eadem entitas divina prout et miseretur, vult et intelligit. falsum conseq. Ergo p.

Resp. neg. min. Semota omni provisione, seu conceptu inadagnato nostri intellectus, eadem plane entitas in Deo prout et miseretur, intelligit et vult, cum natura divina sit entitas simplicissima. Unde falsum est, quod filius non generetur per illam entitatem, qua est realiter voluntas.

39. Ob. 5^{to} contra Conclusionem 2^{am} Concilium Remense sub Eugenio III. contra Gilbertum Porretanum ait: In Theologia inter essentiam et personam ratio non distinguitur. Ergo nec attributa distinguuntur inter se ratione.

Resp. neg. cons. Nam his verbis solum damnatur realis inter essentiam et personam distinctio, quam admittebat Gilbertus Porretanus. Is enim, teste Othone Frisingensi, in relatione Concilii Remensis et S. Bernardi, ~~docuit~~ docuit, duplicem esse rationem, unam Mathematicam, et alteram Theologiam; rationem Mathematicam eam esse, qua per mentem distinguit

sa, qua non sunt in re distincta: Theologi-43.
cam vero eam esse, que non distinguit nisi ea,
qua sunt in re distincta; essentiam autem
et personam in divinis distinguere secundum
rationem Theologicam, hoc est, realiter.
Hanc distinctionem realem Concilium Nemen-
se rejicit in his verbis, que adhibebat Gilber-
tus Porretanus.

Ob. 6^{to} Si attributa divina distin-40.
guerentur ratione, conigerentur ut
multa: Ideoque male, et falso conigeren-
tur. Ergo p.

Resp. Dist. ant. conigerentur ut
multa virtualiter, con. ut multa reali-
ter, neg. ant. Attributa divina non pos-
sunt quidem conigi esse multa realiter,
seu esse aggregatum ex multis realiter dis-
tinctis, cum sint in se unum quid realiter
simplicissimum, nempe ipsa entitas divina.
At possunt multis et inadequatis concepti-
bus representari secundum multas equi-
valencias ipsius divine entitatis, sive ra-
tione diversorum connotatorum, propter
eminentiam entitatis divine virtualiter
multiplicis et equivalentis innumeris en-
titatibus in ordine ad diversa prestanda,
et conceptus terminandos.

Ob. 7^{mo} Entitas divina, ut pote 41.
simplicissima, semper tota cognoscitur.
Ergo non potest representari inadequate,
nec proinde distinguere ratione.

Resp. neg. cons. Quamvis enti-
tas divina, ut pote simplicissima ac indi-
visibilis semper tota cognoscatur, non
tamen semper cognoscitur totaliter, id
est, omni, quo potest cognosci, modo, et

8 24

44. relatè ad omnia connotata, quibuscum re-
presentari potest, nempe relatè ad omnes
effectus, quos producere potest, et ad om-
nes entitates ac perfectiones realiter dis-
tinctas, quibus aequivalet, ac supereminet.
Unde entitas divina simplicissima, sed
virtualiter multiplex, potest cognosci
ut aequivalens uni entitati, nec tamen co-
gnosci ut aequivalens alteri entitati dis-
tincta, et diversa: Ideoque cognosci potest
diversis et inadaequatis ~~conceptibus~~ seu pra-
sistentibus conceptibus. Praesunde-
re enim est rem inadaequatè conijcere,
id est, rem quidem totam representari,
sed non omni, quo potest, modo represen-
tari, nec secundum omnes suas aequivalen-
tias. Unde praesensio est inadaequatus
conceptus rei alicujus, id est, conceptus,
quo res quidem tota representatur, sed non
omni modo, quo potest representari, nec
secundum omnes suas aequivalentias, sive
connotata. Res autem non represen-
tatur omni modo, quo representari po-
test, quando non representatur cum
omnibus effectibus, quos producere potest,
et entitatibus realiter distinctis, quibus aequi-
valet.

42.

Caput Tertium.

De attributis divinis absolutis Singillatim.

Attributa divina generatim divi-
duntur in negativa, et positiva seu affir-
mativa. Attributa negativa vocantur
ea, quae à Deo remonent imperfectiones,
ut infinitas, immutabilitas. Inter haec
attributa vero alia expresse et vi termi-
ni negativa sunt, ut mox dicta infini-

tas et immutabilitas; alia vero non ita 45.
expresse, quae terminis positivis seu affir-
mativis enuntiantur quidem, attamen in
suo conceptu negationem involvunt, sine
qua conipi à nobis non possunt, qualis est,
v.g. simplicitas, id est, cuiusvisque com-
positionis negatio. Attributa affir-
mativa dicuntur ea, quae per viam affir-
mationis, seu terminis affirmativis de Deo
praedicantur, v.g. bonitas, justitia, p.

Divisionem hanc in Deorsum huius
partis sequemur, ac primum de negati-
vis, tum de affirmativis Dei attributis dis-
tinguisque differemus*.

I. Primum.

De simplicitate Dei.

Inter negativa Dei attributa primum
haud dubie locum obtinet Divina Simplicitas,
unde et de eâ primo agimus.

* Simplicitas compositionem exclu-
dit, sicut unitas multitudinem. Composi-
tio est distinctorum unio: ut igitur distin-
ctio, alia est realis, et alia rationis seu vir-
tualis; ita et compositio. Alia quippe
est realis seu physica, quae fit vel ex ma-
teria et forma, corpore et anima, vel
ex partibus quantitativis aut integranti-
bus; vel ex subjecto et accidente seu mo-
do. Alia est metaphysica seu rationis,
quae fit ex actu et potentia, essentia et exis-
tentia, natura et personalitate. Alia
denique logica, ex genere et differentia.
Compositio sive Metaphysica, sive Logica,
rationis seu virtualis, sunt anathematizata.
~~Logica sive distinctio obliqua, quae
est negativa compositionis physicae, non~~

* Possunt circa Attribu-
ta Divina etiam legi
43. ca, quae de his in Me-
taphysica nostra part.
2. c. i. §. 3. et seq. dif-
ferimus.

* vid. inf. Exercit. IV. n. 74.

P. D. 23

45. ~~subditis rebus etc. Deum posse rebus etc. etc.~~
~~subditis rebus etc. Deum posse rebus etc. etc.~~
~~subditis rebus etc. Deum posse rebus etc. etc.~~

44. Simpliciter Dei oppugnare 1.^o Pagani ac Idololatra omnes, qui res corporeas pro Deis habebant, et colebant. 2.^o Ex Philosophis in, qui putabant, Deum vel universam esse substantiam seu materiam, ex qua res qualibet constat, vel universalem mundi animam: quod figmentum avo nostro renovavit impius Spinoza ex Judaeo Amstelodamensi Athenis*. Docuit ille, plures in rerum naturam esse non posse ejusdem naturae seu attributi substantias; sed unam duntaxat esse universalem, quae Deus est, cui extensio, cogitatio, ceteraque divina attributa velut affectationes, seu modificationes conveniunt.

3.^o Ex Judaeis, Sadducis, qui omnem Spiritum excluderant. 4.^o Ex Christianis nonnulli raptiores, antropomorphite

* circa an. chr. 400. dicti*, quod Deo speciem humanam, corpus et membra affingerent. Hunc errorem S. Augustinus* attribuit etiam Arianis sic dicitur ab Audio vivo pio, at non latius acuto*. In eodem errore abuisse et Tertullianum, et Melitonem Sardanensem, et S. Epiphanium nonnulli opinantur, sed prorsus immerito. S. Thomas

n * lib. i. cont. Gent. c. 17. refert*, Davidem quendam de Dinando Douisse, Deum esse materiam primam. Abbas Joachim insulse omnino scripsit, tres personas divinas Deum unum esse, quomodo tres homines dicuntur unus homo propter naturam communem, sed differentiis singularibus realiter distinctam, unde realis compositio

2* post medium praeteriti saeculi.

* circa an. chr. 400.

c* l. De Haeres. haeres. 50.

m* circa an. chr. 429.

n * lib. i. cont. Gent. c. 17.

quasi sponte nascitur. Error hic proscriptus 47
fuit in Concilio Lateranensi IV. Cap. Fir-
miter.

Vorstius Calvinista negat pariter,
Deum simplicem esse, ac omnis composi-
tionis expertem: 1^o quia sunt in Deo tres
personae realiter; at cum tali distinctione
stare non potest simplicitas; 2^o quia
sunt in Deo multa accidentia, libera
sibi et Dei decreta; ergo datur in Deo
aliqua compositio ex subiecto et accidente.
Sic ille ratiocinatur. Adversus eos sit

Conclusio 1^a

45.

Deus simplex est spiritus omnis
provisus realis et physicae compositionis ex-
pers; sive ex materia et forma, anima
et corpore; sive ex partibus quantita-
tivis aut integrantibus; sive ex subiecto
et accidente.

Prob. 1^o ex S. Scriptura qua docu-
mur 1^o Deum esse spiritum: Spiritus
est Deus, ait Christus Joan. 4. v. 24. et
eos qui adorant eum, in spiritu et veri-
tate oportet adorare. Luca 24. v. 39.
Spiritus carnem et ossa non habet. Ergo
Deus, qui spiritus est, nec carnem ha-
bet, nec ossa, nec corpus, aut membra, seu
partes quantitativas aut integrantes.

Docemur 2^o Deo ea tribui, quae non in cor-
pus et materiam, sed in solum spiritum cade-
re possunt. Nam 1^o locū includi ac coarctari
non potest, sicut corpus, Jerem. 23. v. 24.
Coelum et terram impleo. 3. Reg. 1. 8. v. 27. Si
coelum et caeli coelorum te capere non possunt,

2. 25

48. quanto magis domus haec, quam aedificari? 2^o.
mutationi obnoxius non est, sicut corpora,
Ego Dominus, et non mutor. Malach. 3. v. 6.

3^o. immortalis est ac invisibilis, i. ad Tim.
i. v. 17. Regi saeculorum immortalis et invisi-

bili. 4^o. nullis lineamentis nullave ima-
gine potest delineari, Isai. 40. v. 18. Quis ergo
similem feistis Deum? aut quam imagi-
nem ponetis ei? Item ait. 17. v. 29. Non
debemus existimare, ait S. Paulus, Sulpturae
artis, et cogitationis hominis divinum esse
simile. Ergo p.

lib. 2^o. In Concilio Lateranensi
IV. sub Innocentio III. an. 1215. c. 1. ubi defi-
nit tres personas divinas esse unam essentiam
Substantiam, seu naturam simplicem omni-
no.

lib. 3^o. In N. Patribus. Proh misera
incredulitas, quae Deo denegat proprietates
suas, simplicitatem et potestatem! exclamat
Tertullianus, lib. 1^o. de Trinitate c. 1.

In corporum imperfectionibus S. Gre-
gorius Nazianzenus Orat. 34. concludit, Deum
ex corpore vel ulla materia compositum
non esse. Compositio, inquit, pugnae ini-
tium est; pugna autem dissidium; dissidium
solutionis; solutio poro nullo modo in De-
um ac primam illam naturam cadit. Quo-
circa nullum dissidium admittendum est, ne
solutio consequatur; nec pugna, ne dissidi-
um oriatur; nec compositio, ne pugna exis-
tat: ac proinde nec corpus quidem est, ne
aliquid compositum quidem eum esse necesse
sit.

- o * lib. 12. De Trinit. c. 7. Augustinus*, quae opinatur, Deum membro-
rum corporalium lineamentis circumscribi
atque finiri. Item*, Qua habet / Deus /
haec et est, et ea omnia unus est. Et
p * lib. 5. De consid. c. 7. S. Bernardus*, Non est compositus Deus, in-
q

quit, merum Simplex est. Ergo p. p. 49.

86. 4^{to} Ratioibus Patrum. S. Gregorius Nazianzenus orat. 4. et 30. sic argumetur: 1^o Deus est infinitus, ergo non est corpus, quippe nullum corpus potest esse infinitum; nam infinitum caret figurâ, cum sit interminatum, corpus autem necessario habet aliquam figuram.

2^o * Quod est immensum, non potest * S. Aug. lib. 3. confess. c. 7. esse corpus; si enim daretur aliquod corpus immensum, repletet omnia loca, ac proinde nullum aliud corpus, præter illud immensum, esse posset in orbe. Atqui, ut inferius probabitur, Deus est immensus. Ergo p.

3^o Deus est æternus tum à parte ante, tum à parte post, seu caret initio et fine. Sed id falsum esset, si constaret ex materia et formâ; haberet enim partes quantitativas: omne vero quantum habet initium, et potest habere finem, nimirum potest dissolvi in partes, ex quibus constat, proinde obnoxium est corruptioni et fini.

4^o Deus est ens perfectissimum, quo nihil melius est, aut cogitari potest. Ergo non est ens compositum: enimvero longe perfectius est omnes perfectiones habere in se in unâ simplici entitate, quam in pluribus distinctis, atque ens simplex, quod aliorum omnium perfectiones eminenter continet, majus est ac præstantius composito, prout ratiocinatur S. Augustinus.

Præterea omnis compositio Physica imperfectionem involvit. 1^o In composito ex materia et formâ, materia est formâ imperfectior, à qua perfectitur: Sed in Deo nihil est alio perfectius. Materia indifferens est, et quasi potentia passiva ad plures for-

3. 27

3
50. mas: atqui nihil tale in Deo cogitari potest, qui totus est actus, totus spiritus. In omni composito ex materia et forma, materia potest dividi a forma et separari: at Deus indivisibilis est et impassibilis.

§ * arg. 1^o et 2^o.

2^o. In composito ex corpore et anima corpus certis limitibus est circumscriptum, nec potest esse infinitum et immensum, prout jam animadvertimus. Atqui p. h. g. o. p. Corpus moveri potest, vel motu locali transeundo ab uno loco ad alium, vel motu alterationis recipiendo novum aliquod accidens, quo minuitur vel augetur. At istud cadere in Deum non potest. Denique corpus suas in partes dividi ac separari potest. Atqui non ita Deus, qui totus est quod est.

3^o. Compositum ex partibus, sive quantitativis, sive integralibus, in eo maxime deficit ac est imperfectum, quod pars una dividi ac separari possit ab altera; quod quilibet sit ens incompletum alterationi et mutationi obnoxium. Atqui haec Deo repugnant.

4^o. In composito ex subjecto et accidente, Subjectum se habet per modum potentiae ad actum, respectu accidentis, quod recipit. At in Deo, qui totus est in actu purissimo, nulla est potentia passiva. Deinde accidens, ait S. Aug. lib. 5. de Trinit. c. 9. non solet divi, nisi quod aliqua mutatione ejus rei, cui accidit, amitti potest: nihil itaque accidens in Deo, quia nihil mutabile aut amissibile. Denique in ente perfectissimo, qualis est Deus, nullum fingi potest accidens superadditum, quo perficiatur multo minus quo reddatur imperfectius. Ita S. Aug. lib. 15. de Trinit. c. 8.

46.

Conclusio 2^a.
Nuda est in Deo admittenda compositio sive metaphysica ex actu et potentia,

essentia et existentia, natura et personalita-
te; Sive Logica ex genere et differentia.

1^o. Nulla est compositio ex actu et po-
tentia, quia Deus est actus purissimus, nihil-
que in ipso concipi potest, quod rationem ha-
beat potentia passiva, cui aliquid adveniat,
a quo perficiatur: Siquidem ex se se per-
fectissimus est, quo nihil perfectius et me-
lius cogitari potest.

2^o. Nulla quoque in Deo fingi po-
test compositio ex essentia et existentia:
quia compositio fit ex distinctis. Atqui
essentia et existentia in Deo nequidem vir-
tualiter ac per mentem distinguuntur, cum
impossibile sit cogitare Deum, et non cogi-
tare existentem. Ego sum qui sum, id est,
qui existo.

3^o. Unde etiam nulla pariter ad-
mittenda est compositio ex natura et perso-
nalitate; quia in Deo non distinguitur
personalitas a natura, sicut distinguitur
in homine.

4^o. Denique, nulla est in Deo com-
positio logica ex genere ac differentia.
Sb. 1^o autoritate Patrum. S. Clemens
Alexandrinus lib. 5. Strom. In eadem modum,
inquit, dici potuerit, quod neque est genus,
neque differentia, neque species, neque indi-
viduum, neque numerus.

S. Cyrillus Alexandrinus, Dial. 2. de Tri-
nit. A recta, inquit, ratione longe alie-
nissimum est, genus de Deo nominare; cum
nulla res sit cum ipso, aut ante ipsum.

Id ipsum aserebat Evagrius Mona-
chus apud Socratem lib. 3. hist. c. 4.

Boetius lib. de Trinit. et Unit. Dei
postquam decem Logice predicamenta recen-

4

28

52. Sicut, ait, Deum in iis locum non habere: Substantia, inquit, in illo verè non est Substantia, sed ultra Substantiam

S. Augustinus in libro Confessionum veniam à Deo petit, quòd eum olim in prædicamento Substantia collocasset.

Ob. 2. ratio Theologica. 1.º Divia in tali composito unum se habet per modum actus perfectioris, nempe Differentia; alterum per modum potentia, quæ perficitur, nempe genus. Atqui in Deo, ente perfectissimo, nihil est per modum potentia; sed totum quòd est, purissimus est actus.

2.º Quòd constat ex genere et Differentia, Species est. Atqui in Deo nulla fingi potest Species, quia Species dicit ordinem ad plura individua numero distincta, repugnat autem plures esse Deos numero distinctos.

3.º Denique, ea semper circa res divinas Theologica sententia est proponenda, quæ et de Deo sentit dignius, et ad modum loquendi SS. Patrum propius accedit. Atqui talis est sententia nostra, ut ex adductis SS. Patrum textibus liquet. Ergo p.

47. Solvuntur Objectiones.

Ob. 1.º contra 1.ºam Conclusionem. Homo factus est ad imaginem et similitudinem Dei, genes. 1. v. 26. Atqui exemplar debet representari in sua imagine, ac proinde debet ei esse similes: Ergo cum Dei imago, homo scilicet, sit corporea, necesse est Deum esse corporeum.

Resp. Dist. ant. Homo factus est ad imaginem p. quoad animam seu mentem, conc. ant. quoad corpus neg. ant. Anima seu mens in homine quantum ad hoc similis est Deo, quòd verum intelligat, et bonum amet,

inquit S. Augustinus lib. i. De Doct. Christ. Dei ^{53.}
imaginem in homine esse, ait S. Chrysostomus, * Hom. 8. in Genes.
ratione Domini, quo in ceteras creaturas
à Deo donatus est. Unde post haec verba ge-
nes. Faciamus hominem ad imaginem et
similitudinem nostram, statim addidit
Deus, ut praesit piscibus maris, et volatili-
bus coeli.

Ob. 2. Do' Scriptura passim humana 48.
membra, brachia, aures, oculos, pedes, hu-
manosque affectus ira, furoris, poeniten-
tia p. Deo tribuit. Ergo p.

Resp. Dist. ant. * Sensu figurato
et metaphoricò, ut nempe nostro intelli-
gendi, et loquendi modo se accommodet,
com. Sensu verò et proprio, neg. ant.
Metaphoricus ergo et figuratus est, non verò
proprius ille, qui nobis objicitur Scripturae
loquendi modus, quo nempe illa virtutes
et operationes Deo tribuuntur, quas homo
per varia sui corporis membra exercere so-
let; unde quia oculis videmus, virtutem,
per quam Deus videt, Scriptura oculos vo-
cat, et sic de ceteris. Pariter cum eadem
Scriptura humanos affectus ira, furoris,
poenitentia Deo tribuit, intelligendum id
est ratione affectus, non affectus: quia
sicut idem facit Deus erga creaturam,
cui subiensus est, quòd agere solent ho-
mines, quos operis alicuius poenitet; idud
nempe quantum in ipsis est, retractando ac
destruendo, quin tamen ulla animi pertur-
batione aut commotione afficiatur. In
omnibus igitur humanis affectibus, qui
Deo affingi videntur, remove semper oportet
omnem maculam, et imperfectionem,

* vide dicta in nostra
Philosophia morali
sive Ethica c. 5. §. 1.

54. que humanis affectibus re verâ necessariò ad-
hæresit. Legendus est hæc de re S. Augus-
tinus lib. de genes. cont. Manich. c. 17. lib.
cont. Ep. fundam. c. 23.

49. Ob. 3^{ta} Est in Deo unitas essentia, et
trinitas personarum, quæ realiter à se invicem
distinguantur. Ergo est compositio.

29
*compositio enim est
distinctorum unio.

Resp. neg. cons. Nam ad veram com-
positionem necessaria est distinctio, et unio:
porro Divina persone, eâ parte, qua in na-
tura seu essentia univertur, non distinguan-
tur; eâ verò parte, qua distinguantur; per-
sonaliter scilicet; non univertur, sed relati-
vè sibi mutuo opponuntur: quomodo igitur
aliquam efficiere possent compositionem?

50. Ob. 4^{ta} aliqua videtur esse in Deo
compositio ex subjecto et accidente; quia
multa Deo accidunt de novo, ut esse Crea-
torem, Dominum, Judicem, &c. Ergo &c.

Resp. Dist. ant. Multa de novo
Deo accidunt, denominativè, extrinsecè, et
objectivè per ordinem ad creaturas, conc.
Subjectivè, intrinsecè, et per ordinem ad
divinam virtutem, potentiam et volun-
tatem, neg. ant. Itaque denominatio-
nes istæ, Domini, Judicis, Creatoris, &c.
spectantur vel extrinsecè, et objectivè, et
per ordinem ad creaturas, quas denotant,
et hoc sensu non sunt Deo eterna, sed
ipsi adveniunt, quando scilicet objectum
creatum, ad quod referuntur, existit. Ita
Deus ab æterno Domini, Creatoris, Judicis ti-
tulum ac denominationem non habuit;
quia nulla fuit ab æterno creatura, in quam
Domini ac Judicis jura et potestatem exer-
cuerit. Si verò denominationes illæ atten-
dantur subjectivè, intrinsecè, et per ordi-
nem ad divinam potentiam, virtutem,

et voluntatem, Deo non adveniunt, cui sunt ^{55.}
essentiales: voluntas quippe divina, cum nova
facit, non mutatur, prout ait S. Augustinus, * lib. 12. de civit. c. 14.
post Tertulianum, cont. Hermogen. c. 3.

Inst. In Deo sunt Decreta libera, et
quidem bene multa: multa autem esse non
possunt ratione divina Substantia, quae una
est, et simplicissima; ergo multa sunt ratio-
ne accidentium, quae divina Substantia ad-
veniunt.

Resp. ut ad object. Sunt in Deo Decre-
ta libera terminative, et objective, non
vero subjective, et ratione essentia. Sed
de hoc inferius.

Ob. 5^{to} Tertulianus dicitur videtur ^{54.}
lib. adv. Praxeam c. 7. Deum verum habere
corpus.

Resp. S. Augustinus eum ab hoc errore
purgat, lib. de Haeres. c. 86. Sed Tertulianum
non curamus, qui et in aliis errasse perhi-
betur, atque haereticus, et haereticorum
dux mortuus est.

Ob. 6^{to} contra Conclusionem 2^{am} ^{52.}
Admittitur in Deo distinctio virtualis et ra-
tionis. Ergo et compositio.

Resp. neg. cons. et paritatem. Dis-
paritas est, quod distinctio virtualis et
rationis summam Dei perfectionem, cu-
jus una et simplex entitas multis distinc-
tis aequivaleret, hinc arguat; inde tenui-
tatem mentis nostrae, quae unius con-
ceptu omnia, quae Dei sunt, attingere non
potest: compositio vero semper aliquam
includat imperfectionem, nempe po-
tentiam, quae compleri, ac perfici potest.

Ob. 7^{mo} Essentia Dei per men — 53.

56. tem cum fundamento in re distinguitur ab attributis. Ergo etiam sic debet ab existentia distingui, non enim videtur esse potior ratio de uno, quam de altero.

6
30
Resp. com. ant. neg. cons. Ratio disparitatis est, quod essentia licet sit idem actu cum attributis, virtualiter tamen ab iis distinguitur, proindeque fundamentum probeat menti, ut ab ea coniungatur sine attributis: at vero essentia non distinguitur virtualiter ab existentia: eam nimirum in suo intrinseco ac essentiali conceptu complectitur, ita ut si non coniungatur ens actu existens, essentia divina minime coniungatur.

54.

S. 2. Jus

De Infinitate Dei.

Infinitas vi nominis est carentia termini et finis. Negativum aliquid sonat, attamen summam, eamque positivam arguit in Deo perfectionem.

Questio huius praeiuncta est de infinitate essentia divina in omni genere perfectionis; id est, utrum essentia divina omnes perfectiones in eminenti primo gradu contineat. Sit

55.

Conclusio.

Deus est in omni perfectione infinitus, et illimitatus.

Ps. 10. Ex Scriptura, Psal. 144. Magnus Dominus, et laudabilis nimis, et magnitudinis eius non est finis. Ubi magnitudo in sensu proprio et Ecclesiae significat omnimodam perfectionem. Et

Psal. 146. Magnus Dominus noster, et^{57.}
magna virtus ejus, et Sapientia ejus non
est numerus. Ergo Dei Sapientia est in-
finita, ergo et quaelibet alia perfectio,
cum eadem sit omnium perfectionum
ratio.

Pl. 2^o De Patribus. Pro omnibus
sunt S. Hilarius, et S. Damascenus. Prior
in Ep. 44. Virtus ejus, inquit, opinione
non clauditur, locis non continetur, nomi-
nibus non enuntiat, temporibus non
subditur. Acutus ad id sensus noster est,
ingenium hebes est, sermo mutus est. Finem
magnificentia ipsius resit, et aliquam eme-
tendi se opinionem immensa magnitudo
ejus non patitur.

S. Damascenus vero lib. i. orthod. fidei
c. 12. haec de Deo eloquitur: Universum id
quod est, tanquam immensum quoddam
et infinitum spem pelagus suo comple-
xi continet.

Pl. 3^o ratione. Quia Deus est
ens perfectissimum, quo nihil melius est, ac
cogitari potest. atqui si infinitus non
esset, cogitari posset aliquid melius ipso,
et perfectius, nempe infinitum, Ergo.

Adde, quod nulla causa excogitari
possit, per quam ad certam perfectionis spe-
ciem vel gradum possit limitari: vel enim
a semetipso limitaretur, quod absurdum
est, vel a creatura, quod aequè repugnat,
cum quidquid creatura perfectionis habet,
ab ipso Deo sit derivatum.

Dicesi? Aggregatum ex Deo et crea-^{56.}
turis est aliquid solo Deo perfectius. Ergo.

Ob. 1^o Ex Scriptura. Deuter. 4. v. 39.
Scito ergo hodie, ait Moyses, et cogita in corde
tuo, quod Dominus ipse sit Deus in coelo sur-
sum, et in terra deorsum, et non sit alius.

Jerem. c. 23. v. 24. Si occultabitur vir in abs-
conditis, et ego non vidabo eum, dicit Dominus.
nunquid non coelum et terram ego impleo?

Baruch. 3. v. 35. Magnus est, et non habet
finem, excelsus et immensus. Job. 11.

v. 8. Excelsior coelo est... profundior inferno
... longior terra mensura ejus, et latior mari.

Psal. 138. v. 7. Quo ibo a spiritu tuo? et quo
a facie tua fugiam? Si ascendero in caelum,
tu idic es; Si descendero in infernum, ades.

Denique Act. 17. v. 28. In ipso vivimus, et
movemur, et sumus.

Ob. 2^o Ex Patribus. S. Cyrillus
lib. de vanitate Idolorum ait, Totum mun-
dum esse Dei templum, et Deum ubique
esse diffusum.

S. Ambrosius lib. de fide c. 16. Deus,
inquit, complens omnia, nusquam ipse con-
fusus; penetrans omnia, nusquam ipse
penetrandus; ubique totus, eodemque tem-
pore vel in coelo, vel in terris, vel in novis-
simis maris praesens.

S. Donique Augustinus, ut alios in-
numeros Sileanus Epist. 187. alias 57. ad Dar-
danum Substantialiter, inquit, Deus
ubique diffusus est. Et lib. 7. de civit.
c. 30. Unus Deus, ait, ubique totus, nullis
inclusus locis... implens coelum et Terram
praesente potentia, non absente natura.

In istis poro tum Scripturae
tum SS. Patrum testimoniis mentio po-
tissimum fit diffusa per res omnes substan-
tia divina, non tantum virtutis et opera-
tionis, ut ajunt Sociniani.

^{59.} alibi, ubi de scientia et omni-
potentia Dei agemus.

Speciali etiam quaedam ra-
tione Deus est in aliquibus
rebus: v. g. in humanitate
Christi, per unionem hypos-
taticam; in sanctis per
cognitionem et amorem,
sive apertam visionem;
in Ecclesia per assisten-
tiam et protectionem sin-
gularem; in coelo, per glo-
riam et majestatem; in
inferno per justitiam vin-
dicem. verum de hujus-
modi Dei presentia
nec est hic questio.

60. Ob. 3^{ta} Rationibus Theologicis
ex Summa Dei perfectione ac simplicitate
deductis.

1^o Deus est Summe perfectus. Ergo
ubique diffusus: alias cogitari posset ens
eo perfectius, et ipse loco aliquo contineri
dici posset, adeoque esse limitatus.

2^o Vel Deus est ubique, vel nullibi.
Si enim Deus alicubi est, ut ajunt Dominicani,
vel libere est ac per voluntatem, vel ne-
cessario et per naturam. Non libere,
quia sic ab illo loco posset discedere, ad ali-
umque transire, illo finire et circumscri-
bi; que omnia directe adversantur Divina
infinitati ac simplicitati: Ergo est ali-
ubi necessario et per naturam; ergo ubique,
cum sit Substantia simplex et infinita,
atque vel tota, vel nullatenus in loco esse
debeat.

3^o Deus ubique operatur; quia
in omni re attingit id, quod ipsi magis in-
timum est, intimior intimo nostro. At-
qui non operatur per operationem ab
essentia sua divulsam et distinctam, id
enim repugnat Summae eius simplicitati.
Ergo per operationem ab eius natura et
essentia indistinctam; ac consequenter
Deus, qui in rebus omnibus operatur, in
eis quoque intimè praesens adest per natu-
ram et Substantiam.

60. Solvuntur Objectiones.

Ob. 1^o Deus ab aeterno est immen-
sus. Atqui ab aeterno non est in loco. ~~Defectus~~
Ergo non est in loco per immensi-
tatem. Resp. Dist. min. ab aeterno non
est in loco defectu loci, qui nullus ab aeter-
no fuit, cum defectu virtualis diffusio-

nis substantia, qua Deus potest et exigit rebus ^{61.}
omnibus inesse, quoniam illae sunt. neg. min.
Immensitas Dei est virtualis dumtaxat, ut supra
diximus, substantia ipsius diffusio, perquam
diffusionem apta est existere simul in omnibus
locis possibilibus in infinitum, atque ~~in~~ in
hujusmodi locis ac spatiis re ipsa existeret, si re
ipsa extarent ^{61.}

Deus ergo in omnibus locis actu extan-
tibus, seu in ipso mundo est in se et in rebus
creatis: ante mundum creatum vero erat
in se ipso tantum, prout nunc etiam est ex-
tra mundum, seu in spatiis, ut vocant imagi-
nariis, id est, non quidem per praesentiam
localem, seu tanquam in quodam loco reali,
nam ante mundi creationem nullus erat talis
locus, quemadmodum et extra mundum nullus
est, cum nulla sit creatura extra mundum,
sed per infinitam suae entitatis diffusionem.

Ob. 2. Deo Deus in coelo residere dicitur ^{61.}
Coelum sedes mea, Psal. 66. v. 1. Ergo non
est ubique.

Resp. Dist. ant. Speciali quadam
ratione, conc. per exclusionem praesentia
alibi in rebus, neg. ant. Coelum et terram
impleo, ait Deus Jerem. 23. v. 24. In coelo
autem sedem habere dicitur speciali qua-
dam ratione; quod nempe potentia sua
ac munificentia divitias magnificentissimas
ibi explicet, per apertam et manifestam
gloriae suae manifestationem.

Ob. 3. Quia ubique est, motus ^{62.}
localis est incapax, nec potest ab uno loco tran-
sire ad alium. Atqui tamen Scriptura de-
clarat Deum ascendere, descendere, accende-
re, recedere. genes. ii. v. 5. Dent. 23. v. 14. Et
in Symbolo ~~quod~~ de Filio Dei dicitur: Des-
cendit de coelo, et incarnatus est. Ergo ^{62.}

62. Resp. Dist. min. Deus dicitur descen-
dere, ascendere p. sensu improprio et metapho-
rico, conc. sensu proprio et litterali, neg. Scri-
ptura, ut supra S. 1^o in Resp. ad object. 2^{am}
num. 48. animadvertimus, se Deo, humano
plerumque modo loquitur, ut se se captivi
nostro accommodet. Descendere, et ad nos
accidere dicitur Deus, quando propitius largi-
tur beneficia; recedere vero, quando illa à
nobis justè retrahit*. Verbum autem divi-
num descendisse dicitur à coelo, non quidem
motu locali coelum deserendo; sed assumen-
do hyrostaticè humanitatem nostram, quæ
certè unio quidam est divinitatis descensus,
id est, demissio, humiliatio. Semetipsum exi-
navit, formam servi accipiens, Philipp. 2.

* vide S. Aug. serm. 70.
de tempore.

C. E. 33

63. Ob. 4^{to} Dedecet Deum esse rebus
foedissimis presentem. Ergo p.

Resp. neg. ant. Nam hoc magis De-
um non dedecet, quàm illum dedecet, res illas
producere et conservare; hæcque dedecentia
est merum imaginationis figmentum, et
solum respectu nostri, quos res illæ male
afficiunt.

S. Quartus

64. De immutabilitate Dei.

Immutabilitas Dei ex vi nominis
negativum aliquid sonat, attamen po-
sitivam, sãnque summam in Deo per-
fectionem arguit, per quam idem sem-
per est, et in eodem statu immobiliter
semper permanet; omninò incapax,
qui perfectionem aliquam aut acqui-
rat, vel perdat. Sit

65. Conclusio.

Deus omninò est immutabilis.
S. Job. 1^o. Ex S. Scriptura. Num. 23. v. 19.

Non est Deus quasi homo, ut mutetur; ^{63.}
neque ut filius hominis, ut mutetur.

Malachia 3. v. 6. Ego Dominus, et non mutar.

Psal. 101. v. 28. Sicut operitorium mutabis eos
in coelos; et mutabuntur. Tu autem idem ipse
es.

Sapient. 7. v. 27. In se permanens omnia innovat.

Denique Jacobi 1. v. 7. Apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio.

Qua Scriptura verba sunt generalia, et generaliter accipienda.

¶ 2.º Ex Concilio Nicensi Symbolo ubi contra Arianos dicitur: Dos autem, qui dicunt... vel creatum, vel mutabilem, vel convertibilem Filium Dei, Catholica et Apostolica Ecclesia q anathematizat

quod hic de filio Dei, quem verum Deum contra Arianos tuebantur Concilii Patres, dicitur, à fortiori de Deo intelligi debet.

¶ 3.º Ex Concilio Lateranensi IV. c. 1. Ubi definit, Deum esse incommutabilem.

Quae omnia juxta proprietatem et vim vocum excludunt à Deo omnem mutabilitatem proprie dictam, scilicet intrinsecam.

¶ 4.º Ex S. Patribus, qui passim idem docent; pro omnibus unum sufficiat laudasse S. Augustinum Tract. in 1. Ep. S. Joannis, ubi, Mutari non potest, quia perfectum est; nec deficit, quia aeternum est.

Lib. Confess. c. 4. Opera mutas, non mutas consilium.

Et Lib. 12. De Civit. c. 14. fecit hominem in tempore, non novo sed immutabili aeternoque consilio.

¶ 5.º Ratione, id divina ens simplex, absolute necessarium, et in omni genere perfectionis illimitatum, et quo nihil melius excogitari potest, est omnino immutabile, ut per se patet; omnis quippe mu-

tabilis

am. 23. v. 19

64. tatis involvit imperfectionem. Atqui talis est Deus, ut constat ex dictis. Ergo est immutabilis.

2^o. Si Deus esset mutabilis, tum vel quoad essentiam et existentiam; vel quoad locum; vel quoad accidentia; vel quoad cognitionem; vel denique quoad secretum seu propositum voluntatis. Atqui nullo ex his modis Deus mutari potest. Ergo p.

1^o. Quoad essentiam mutari non potest, haec enim est spiritualis et simplicissima, quae nulli alterationi, nulli mutationi subiacere potest. Neque proinde quoad existentiam, tum quia est ipsamet Dei essentia, tum quia Deus est immortalis, aeternus, et necessario semper existens*.

2^o. Mutari non potest quoad locum, quia ubique est et omnia implet; nec quoad tempus, quia aeternus. Deut. 32. v. 40.

3^o. Neque quoad accidentia; quia nullum in eo esse potest, quia omnia modo excellentiori in se continet, cui nihil novi accidere, aut aliquid deservire potest.

4^o. Neque quoad cognitionem, cuius oculis omnia nuda et aperta sunt, Heb. 4. v. 13.

5^o. Denique, non quoad secreta voluntatis, quae aeterna sunt, Isai. 46. v. 10. Prov. 19. v. 21. et 1. Reg. 15. v. 29. Ergo p.

Ex his intelligi facile potest, immutabilitatem Dei ex variis eius attributis seu perfectionibus dimanare. Ex aeternitate habet, ut nec impere possit, nec desinere, quoad existentiam; ex immensitate, ut sit ubique, nec locum mutare possit; ex simplicitate, ut omne ab illo auidens exhibeatur; ex certitudine scientiae, ut falli non possit; ex summa in discernendo sapientia, ut secreta non mutet, quae sapientissime sanxit.

2da
pag
34

* Ego sum qui sum,

Exod. 3. v. 14.

* Tu autem idem yse

es, Psal. 101. v. 28.

Qui solus habet immortali-
tatem, 1. ad
Timoth. 6. v. 16.

* Consilium meum sta-
bit, et voluntas mea
fiet. ** Multa cogi-
tationes in corde viri,
voluntas autem Domi-
ni permanebit. *** Si
amphator in Israel
non raret, et poeni-
tentine non flectatur,
neque enim homo est,
ut agat poenitentiam.

voluntatis, quae aeterna sunt, Isai. 46. v. 10. Prov. 19. v. 21. et 1. Reg. 15. v. 29. Ergo p.

Ex his intelligi facile potest, immutabilitatem Dei ex variis eius attributis seu perfectionibus dimanare. Ex aeternitate habet, ut nec impere possit, nec desinere, quoad existentiam; ex immensitate, ut sit ubique, nec locum mutare possit; ex simplicitate, ut omne ab illo auidens exhibeatur; ex certitudine scientiae, ut falli non possit; ex summa in discernendo sapientia, ut secreta non mutet, quae sapientissime sanxit.

Solventur Objectiones.

65.
66.

Ob. 1^o Deus ex non operante factus est operans, ex non creante creans, ex non homine homo, et quidem intrinsecè, per unionem hypostaticam cum humanitate; ergo mutatus est Deus.

Resp. Dist. ant. Deus ex non operante factus est operans, et non creante creans in tempore, operatione transeunte et externa, terminata ad creaturas, cum operatione nova immanente et intrinsecà, seu intra Deum, neg. ant. Duplex in Deo distinguitur operatio: una immanens et intra Deum ipsam, quae ab eius natura non distinguitur, necessaria, et Deo ipsi coaeterna: alia vero transiens et extra Deum, quae ad creaturas in tempore liberè terminatur, quia quidquid est extra Deum, liberum est; Solus Deus est ens per se necessarium. Nulla autem in Deo esse potest nova operatio immanens, seu intrinsecà; quod enim voluit, aut noluit, ab aeterno voluit, aut noluit. Cum autem haec operatio immanens divinae voluntatis ad creaturas tendit, ac terminatur, ratione termini transiens et externa dicitur; ex qua nulla in Deum ipsam, sed in solam creaturam, quae à non esse transit ad esse, cadit mutatio. Ita S. Aug. lib. 5. de Trinit. c. 16.

Pariter distinguenda est ista propositio, Deus ex non homine factus est intrinsecè ac substantialiter homo in Incarnatione per assumptionem humanitatis in unitatem personae Verbi, sustentando, perficiendo, ac supplendo propriam humanitatis Subsistentiam seu personalitatem, cum

Aliqui talis
ergo est
tum vel
vel quoad
quoad
Decretum
qui nullo
Ergo op.
mutari
alis et im-
melli
neque proin-
et infamet
immortalis,
ins?
ad locum
ne quoad
40.
ia; quia
mia morbo
nihil novi
otest.
ionem, au-
lunt, Heb.
ad Secreta
Isai. 41. 10.
Ergo p.
otest, imm-
attributis
aeternitate
e Deo
nitate, ut
proffit; ex
accidens ex
tia, ut habi-
ernendo sapi-
qua sapien-

66. factus est homo, vel per conversionem di-
vinitatis in humanitatem, vel per acqui-
sitionem nova alicujus perfectionis, neg. Ita-
que mutata est humanitas per Inanna-
tionem Verbi, et quidem in melius: quot
enim beneficia inde redundarunt! At di-
vinitas nihil novi acquisivit, cum omnem
humanitatis perfectionem eminenter in se
contineat: nihil quoque amisit, ac perdi-
dit, quamvis humanitatis velo obscurata:
quod 33. Ecclesia Patres illustrant compara-
tione Solis, cujus splendor interposita nube
interdum obscuratur, sed non omnino ex-
tinguitur.

67. Ob. 2. d. Deus alternis vicibus cum-
dem hominem modo diligit ut justum,
modo ut peccatorem odio habet; hodie
36a ipse propitius est ac favet, cras inimicus
35 factus ac subinfensus ipsi irasitur, ac
poenas infligit. Atqui hoc arguunt ve-
ram mutationem. Ergo p.

Resp. Dist. min. ratione diver-
sorum affectuum, quos Deus extra se circa
eundem hominem producit, conc. ratione
affectuum, qui hucspere in Deo sunt, neg.
min. Affectus enim illi aeterni sunt in
Deo, affectus vero temporanei: unde muta-
tio in affectus illos, ac creaturam cadit, non
in Deum. Ita S. Aug. lib. 22. De civit. c. 2.

68. Ob. 3. d. Qui consilium suum mu-
tat, et retractat, quod antea voluit; qui
penitentia, dolore ira, odio, amore, et
aliis hujusmodi affectibus movetur, ille
mutationi obnoxius est. Atqui Deus con-
siliium suum mutavit, quando mundum
diluvis extinxit, quem creando conservare de-
creverat: mutavit, quando Ezechia mortem
propinquam denuntiavit, Isai. 38. v. 1. et

Ninivitis futuram intra quadraginta dies ⁶⁷
bis subversionem, *Jona 3. v. 4.* neque tamen
tunc temporis mortuus est *Ezechias*, aut *Ninive*
post quadraginta dies subversa. Unde *S. Augustinus*
ait: Deus novit mutare Sententiam, si
tu noveris mutare Delictum. Ergo p.

Resp. neg. min. 1^o Jam supra S. 1^o
in Resp. ad ob. 2^{am} ^{nam n. 48. et S. 3. in Resp. ad}
ob. 3^{am} ^{num. 62.} ostendimus, dolorem, iram,
odium et poenitentiam in Deo affectivè non
esse, sed affectivè durare. Vide ibi.

2^o Deus consilium ~~mutat~~ non mu-
tat, quod aeternum est; et quod in tempore
exequitur, semper illud voluit: hominem et
vereare voluit, et delere, non novè, sed aeternò
consilio. *Ezechia* mortem pro-
pinquam, et *Ninivitis* nobis subversio-
nem denuntiavit, non absolute, sed condi-
tionate: si nempe, vel cursus causarum
secundarum, qua mortem *Ezechia* exigebant,
non immutaretur, vel *Ninivita* poeniten-
tiam non agerent. Cursus mutatus fuit cau-
sarum secundarum cursus, et *Ninivita* in
cilio et cinere poenitentiam egerunt; ergo
mutatio in creatura durare contigit, non
in Deo, qui ab aeternò voluit, et decrevit, ut
nec moveretur tunc temporis *Ezechias*, nec
Ninive subverteretur.

Deus à *S. Augustino* dicitur mutare
Sententiam, cum homo mutaverit Delictum
ratione effectus; quia eodem modo se ge-
rit, ac si Sententiam mutaret: non autem
intrinsecè et affectivè, quia una et eadem
divina voluntatis entitas, pro diversa ad res
creatas terminatione, vel amor dicitur, vel
odium, vel ira, p. Hac omnia egregie ex-
ponit *S. Aug. lib. 12. de civit. c. 17. quem vide.*

88.
89.

Ob. 4.^{to} Qui potest aliquid de novo velle, potest de novo fieri intrinsece et immo-
manenter operans. Atqui Deus potest ali-
quid de novo velle, quam quod ab eterno voluit
v. g. creationem mundi, potuit noluisse; quia
scilicet aqis jam liber est, ac fuit ab eterno.
Ergo p.

Resp. neg. min. Non equidem ex de-
fectu libertatis est, quod Deus non possit
aliquid de novo velle; sed quia perfectissi-
mus, qui ab eterno voluit, quidquid voluit,
quia constans, firmus in proposito; quia
nulla ipsi nova ratio subducere potest, cur
aliquid de novo velit; omnia quippe ab eter-
no novit. Non ita est de homine: propo-
situm sapissime mutat, emendat, corrigit;
quia levis est, inconstans, mobilis, infirmus;
quia non omnia statim prospicit, ac novit.

Urg. Qui carere potest aliquo intrin-
seco, mutari potest intrinsece. Atqui De-
us aliquo intrinseco carere potest, nempe
actu libero, quo mundum v. g. creare voluit.
Actus quippe ille liber est, ac Deo intrinse-
cus: liber; quia non necessarius, ac potuit
Deus non velle creare mundum: intrinseus;
quia libertas est perfectio simpliciter sim-
plex, Deo interna et essentialis, respectiva
ad creaturas. Ergo p.

Resp. trans. maj. Dist. min. Deus
carere potest aliquo intrinseco terminati-
vo, conc. entitativo, neg. min. Actus li-
ber divine voluntatis est ipsamet Dei Subs-
tantia, non quidem quatenus terminatur
ad voluntatem divinam, sed quatenus re-
fertur, ac terminatur ad creaturas: quid-
quid enim terminatur intra Deum, necessa-
rium est; quidquid vero extra ipsum termi-
natur, est liberum. Actus ergo Dei
liber supra necessarium addit duntaxat res-
pectum seu terminationem ad creaturas.

4ta
36.

Quia vero actus liber Dei internus est, cum li- 59.
 bertas ipsi interna sit, et aliunde actus liber,
 quatenus liber, possit esse vel non esse, ut con-
 ciliemus, quomodo aliquid in Deo liberum
 et internum possit esse vel non esse, distin-
 guimus in illa terminatione duplicem
 respectum: unum ex parte Dei, et sub eâ
 ratione intrinsecus est, ordinem tamen
 dicens et habitudinem ad extrinsecum,
 nempe ad creaturas; alterum ex parte
 creaturae, et sub illâ ratione purè extrin-
 secus est, ordinem tamen dicens et habita-
 dinem ad extrinsecum, nempe ad creatu-
 ras. Haec viâ exponimus, quomodo eadem
 semper immota remanente Dei Substantiâ
 et entitate, actus liber Dei sit ipsi internus,
 et tamen possit esse, et non esse: non qui-
 dem ratione entitatis divinae, quae omni-
 nò in se necessaria est; nec etiam ratione
 solius purae terminationis externae, libertas
 enim Deo interna per aliquid purè exter-
 num constitui non potest; sed ratione
 terminationis seu ordinis intrinseci ad ex-
 trinsecum, seu creaturam.

S. Quintus.

* De Aeternitate Dei.

70.

* Vid. inf. Exercit. Theol. Exercit. 6. n. 105.

Aeternitas à Boëtio lib. 5. Consolat. Philos. Prosa 6. definitur, Interminabi-
lis vita tota simul, et perfecta possessio.
 vel Aeternitas est duratio interminabilis, in-
divisibilis, et independens. Dicitur inter-
minabilis, quia nec principium, nec finem
 habet; indivisibilis, quia non est successi-
 va sed tota simul. Uno verbo, aeternitas
 est instans semper praesens, nunquam defi-
 ciens. Lege S. Augustinum Serm. 2. in
 Gal. 101.

Prob. 4^{to} ratione. 1^o Aternitas proprie dicta est perfectio simpliciter simplex: Ergo inest Deo enti in omni genere perfectionis infinite perfectio. 2^o Id est aeternum, quod absoluta necessitate caret initio et fine, ut patet ex notione aternitatis. Atqui Deus absoluta necessitate caret principio et fine: nam necessario et essentialiter semper existit, cum sit ens a se, hoc est, ens habens plenissimam sufficientiam et absolutam necessitatem ad existendum independentem ab omni causa producente et conservante. Ergo Deus est aeternus. 3^o Deus est proorsus immutabilis, ut probavimus. Ergo nec potuit ~~transire~~ transire a non esse ad esse, nec potest transire ab esse ad non esse, nam talis transitus est maxima mutatio. Ita argumentatur S. Aug. lib. de natura boni contra Manichaeos.

Ex dictis intelliges 1^o In Deo non esse praeteritum et futurum, sed unicum nunc semper existens; quia quicquid est in Deo aeternum est, ac proinde totum simul praesens. 2^o Eum per suam aternitatem absque ulla sui mutatione determinari formaliter ad coexistendum omni tempore creato, et creabili. 3^o Aternitatem proprie dictam soli Deo convenire posse. Nam solus Deus potest habere durationem totam simul, absolute necessariam, independentem ab alio, et indefectibilem, nullique mutationi obnoxiam: unde id discriminis inter aternitatem et aevum, quod aevum quidem sit mensura rei, quae in suo esse non mutatur, et corruptioni non subiacet, qualis est s.g. Angelus, sed tamen secundum locum, vel electionem seu voluntatem mutari possit.

in solus, in-
tura. Genes.
vocavit ibi
ut. 32. v. 40.
v. 2. A saan
Gal. 9.
net. Gal.
et annu tui
Dominus re-
iniqua lib. 2
omnium crea
et misericors
estans, solus
idem passim
quatinus,
g. ubi sic de
es, et anni
nec erant, nec
simul stant
venientibus
nt. An
n quotidie
s non cebit
t hesterno:
Et lib. 12.
quit, aternus
Nicanò in
ratisantur,
im: Eos autem
quam bonum
colia et apud
mensi III. C. 1.
t Patre, et in
nus solus est
am ex Symbolo
s Pater ppp.

72. Dices 1^o. Davidis 7. v. 9. Deus appella-
73. tur antiquus dierum. Apocal. 1. v. 4. dicitur,

Qui est, qui erat, et qui venturus est. Isaia
44. v. 6. Ego primus et novissimus. Qui loquen-
di modus quamdam in aeternitate Dei sus-
ceptionem tenotare videtur. Aliquis etiam
dei actiones vel praeterita, ut creatio, vel futu-
ra, ut punitionis malorum, p. designantur, Ergo.

Resp. neg. ant. His loquendi modis
Scriptura captui nostro, qui de aeternitate
non nisi per ordinem ad tempus cogitare et loqui
possumus, se se accommodat; quomodo tri-
buit Deo membra, et affectus humanos, non
quod in Deo proprie sint, sed tum quia per
ea facilius possumus Deum apprehendere ac
conipere; tum quia idem erga nos operatur
Deus, ac si haberet membra, et humanis affec-
tibus moveretur. Quapropter dicitur anti-
quus dierum, non quod senio confectus, sed
quod diebus ipsis, et omni tempore sit prior,
et antiquior; dicitur erat, est, et erit; quia
indivise, et modo simplicissimo illas omnes
temporis differentias in se continet; dicitur
primus et novissimus, quia semper est. De-
nique praeterita, vel futura dicuntur non-
nulla dei actiones; non quidem ratione prin-
cipii earum effectivi, quod aeternum est; sed
ratione termini, seu effectus in tempore pro-
ducti, vel producendi.

74. Dices 2^o. Si aeternitas coexistit
omnibus temporum differentibus seu partibus,
sequitur 1^o omnes partes temporis, id est,
praeteritum, praesens, et futurum, simul in-
ter se coexistere respectu aeternitatis. 2^o.
Deum efficere posse, ut praeteritum non sit
verè praeteritum, et futurum non verè futu-
rum, quia utrumque in aeternitate praesens est.
Atqui haec sunt absurda. Ergo, p.

Resp. neg. seq. maj. 1^o enim tota aeternitas
73.
nitas non coexistit omnibus temporis partibus
simul sumptis et existentibus, sed tantum sin-
gulis divisim ac distributive sumptis, si aliqua
mutatio succedentibus: v. g. hodie tota aeternitas
coexistit hodierno diei; cras tota aeternitas
coexistet crastino diei, et sic deinceps. Cum
enim coexistentia simultanea existentiam im-
portet, fieri non potest, ut quod nondum est
in se, alteri coexistat.

Hinc etiam patet responsio ad 2^{um} dum
proteritum Deo quidem maxime praesens est,
cui tota coexistit aeternitas; sicut tota futuro,
quando erit, coexistet. Sed nec proteritum
jam est in se, nec quod futurum est, jam ex-
istit. Idam porro aeternitatis Dei rebus
omnibus coexistentiam vix animo concipere
possumus, adeo sumus corporeis, et ex sensi-
bus, haustis imaginibus affueti, et ex illis ad
intelligendum pendemus.

S. Sextus

75.

De bonitate Dei.

Bonum intelligitur id quod est per-
fectum in suo genere. Sit

Conclusio.

Deus est summe bonus tum bonita-
te absoluta, tum morali, tum relativa
tum per essentiam.

Prob. Conclusio 1^o ex Scriptura,
Luce 18. v. 19. ait ipse Christus, Nemo bonus
nisi solus Deus. Creaturae enim bona haud
sunt nisi per participationem, quia omnem
suam bonitatem non a se ipsis habent, sed a
Deo accipiunt.

Prob. 2^o. In N. Patribus, pro omnibus
sit S. Aug. qui in Gal. 134. Bonus est Do-
minus, inquit, sed bonus, non ut sunt bo-

74 na, quae fecit. ille bono suo bonus est, non
aliumde participato bono. Mihi autem adhaere
re Deo bonum est, qui non egit à quo fieret
bonus; sed egerunt ido cetera, ut fierent
bona. Vultis audire, quam singulariter ille
bonus sit? Dominus interrogatus dixit: nemo
bonus nisi unus Deus.

Prob. 3.^o Ratione. 1.^o De bonitate
Dei absoluta: Bonum absolute idem est ac
perfectum in se. Atqui Deus est Summe per
fectus in se, tum quia est ens, quò nihil
melius ac perfectius cogitari potest; tum
quia, ut ex alibi dictis constat, omnes in se
continet perfectiones vel formaliter, vel vir
tualiter, et eminenter. Ergo est absolute
Summe bonus. 2.^o Est Summe bonus,
bonitate morali. Bonum moraliter idem est
quod sanctum. Sed Deus est Summe ac infi
nite sanctus, ergo et bonus bonitate morali.
pb. min. Deus habet tum infinitam impe
cabilitatem, seu repugnantiam cum omni
culpa vel levissima; tum indefectibilita
tem seu repugnantiam cum omni actione
et omissione aliquò modo vituperabili;
tum virtutes omnes in intensione infini
tas; tum infinitam laudabilitatem in om
nibus actibus suis, quatenus quidquid vult,
aut non vult, id vult, aut non vult prop
ter bonitatem divinam infinite amatam.
Nam si Deus haec omnia non haberet, non
esset ens, quo nihil melius cogitari potest;
posset enim cogitari ens aliquod, quod haec
omnia haberet. Ergo. 3.^o Deus
est Summe bonus bonitate relativa. Bo
num relative idem est, ac conveniens et
appetibile. Atqui Deus est Summe con
veniens et appetibilis, cum sit Summum
bonum, origo et principium omnium alio

rum bonorum, et in omni genere perfectionis 75
infinitus ac illimitatus. Ergo Deus est summus
bonus relative. 4^o Denique, Est bonus
per essentiam omni bonitate quâ bonus est;
quia per se, et independenter ab alio bonus
est omni bonitate quâ bonus est; tum quia
est ens à se et prorsus independentes ab alio;
tum quia est bonus meliori et perfectiori
modo, qui cogitari possit; hoc enim utrum-
que continetur in idea entis, quo nihil me-
lius cogitari potest.

S. Septimus.

De Justitiâ Dei.

Justitia est virtus, que unicuique
reddit, quod suum est. Duplex distinguitur
distributiva nempe, et commutativa. Per
istam unum pro alio commutatur, seu
datur, et accipitur, et consistit in aequalita-
te rei ad rem: per illam vero distribuitur,
quod unicuique debitum est, premium
bonis, malis supplicium. Unde duplex
justitia distributiva pars est, seu munus
et officium; bonis scilicet premium, et
malis poenam distribuere. Sit

Conclusio.

77.

Est in Deo formaliter justitia dis-
tributiva, in premium bonorum, et vin-
dictam malorum. Justitia vero com-
mutativa non est in Deo sensu stricto et
proprio, sed latiori duntaxat.

Prob. 1^a pars conclusionis. Psal. 84.
v. 14. Justitia ante eum ambulabit, et
ponet in viâ gressus suos. Matth. 16. v. 28.
Tunc reddet unicuique secundum opera ejus,
et c. 25. v. 46. Ibunt hi in supplicium ater-
nium, justi autem in vitam eternam. Heb.
6. v. 10. Non injustus Deus est, ut obliviscatur

Summe
76. 39

76 operis vestri, et dilectionis, quam ostendistis
in nomine ipsius. Thepsal. 1. v. 6. Iustum
est apud Deum retribuere tribulationem
eis, qui vos tribulant.

Prob. 2^a pass. Quia iustitia commu-
tativa stricto ac proprio sensu consistit in
aequalitate dati et accepti. Atqui nihil ha-
bemus ex nobis ipsis, quod Deo conferre possi-
mus. Quis prior dedit illi? ait Apostolus Rom.
ii. v. 35. et retribuetur ei? Et re ipsa quid-
quid boni in nobis est, ab ipso Deo boni totius
fonte et auctore profluit. Latiori tamen
sensu admitti potest in Deo iustitia commu-
tativa; quatenus sicut opera nostra bona
ex gratia elicta proportionem quamdam
et aequalitatem habent cum gloria, qua nos
beaturus est.

78.

S. Octavus
De misericordia Dei.

Misericordia sumi potest dupliciter:
1^o pro affectu compassionis et tristitia, qui
in nobis excitatur ex aliena miseria; 2^o
simpliciter ac nude pro voluntate subvenien-
di aliena miseria. Priori sensu mis-
ericordia non est in Deo formaliter et affec-
tive, sed effectivè duntaxat: posteriori
autem sensu est in Deo formaliter. Tris-
tari de miseria alterius, ait S. Thomas*, non
competit Deo; sed repellere miseriam alte-
rius, hoc maxime ei competit. Sit ergo

* hinc q. 21. art. 3.

79.

Conclusio.
Misericordia, quae est voluntas sub-
veniendi aliena miseria, est formaliter in Deo.
Prob. Quia benignitatem, clemen-
tiam, ac misericordiam ~~nobis~~ Dei impri-
mis laudat nobis Scriptura ac commendat.
Exod. 34. v. 6. Dominator Domine Deus mi-
sericors et clemens, patiens et multa miserationis
ac verax, qui custodis misericordiam in-

ostendit
b. Instum
lationem in
stitia commu
onsistat in
ni nihil ha
onferre popu
Apostolus, de
t re ipsa qui
o boni totum
latiori tamen
stitia commu
rostra bona
quamdam
ia, qua nos

milia: qui auferos iniquitatem et scelerata. 77
atque peccata. Psal. 144. v. 8. Misericors et
misericos Dominus, patiens et multum misere-
ricos. . . . Misericordias eius super omnia opera
eius.

S. Nomus.

80.

De omnipotentia Dei.

Per omnipotentiam divinam intelli-
gimus virtutem infinitam, qua potest fa-
cere quidquid non repugnat. Sit

Conclusio.

Deus est omnipotens. Prob. 1^o Ex
Scriptura. Genes. c. 17. v. 1. Ego Deus omnipo-
tens. Et Matth. c. 19. v. 26. Apud Deum om-
nia possible sunt.

Prob. 2^o Ex Symbolis Apostolicis et Ni-
cano, in quibus profitentur nos credere in
Deum Patrem omnipotentem. Item Ex
Conilio Lateran. IV. c. 1. sup. cit.

Prob. 3^o Ex S. Patribus, pro omni-
bus sit S. Augustinus, qui serm. 213. alia de
tempore 139. Omnipotens est Deus, inquit, ad
facienda maiora et minora. . . . Magnus in ma-
gnis, nec parvus in minimis. Postremo omni-
potens ad facienda omnia, qua facere solue-
rit.

Dices 1^o Deus non potest plura fa- 81.
cere, quam re ipsa facit. Ergo non est om-
nipotens.

Resp. Neg. ant. si sermo sit de poten-
tia Dei absoluta. Deus equidem non potest
potentia ordinaria plura vel alia facere,
quam facit. Quia potentia ordinaria est po-
tentia conjuncta, et quasi adligata Decreto
divino efficaci, a quo applicatur, et deter-
minatur ad productionem rerum creaturarum.
Deus autem, cum sit immutabilis, non potest

qua
740

78. Secretum mutare, vel aliud, quod ab aeterno non habuerit efformare, et sine imperio, seu applicatione sua voluntatis nihil re ipsa fieri potest. At Deus potest potentia absoluta facere alia et plura in infinitum, quam qua fecit; nam potentia absoluta est potentia secundum se precise considerata, ideoque soluta ab omni decreto, quo abigitur, seu determinetur ad certarum rerum productionem. Potentia autem divina sic spectata est infinita tum intensivè, tum extensivè: sive est ipsa omnipotentia spectata precise secundum se, ideoque quatenus potest in omne, quod non implicat contradictionem. Quare Deus habet potentiam faciendi alia plura, quam qua facta sunt, et fient, et quidem plura et plura atque perfectiora in infinitum: nam cogitari potest ens hac potentia praeditum.

82. Dices 2^o. Deus non potest peccare, Ergo non est omnipotens.

Resp. neg. cons. Imò verò quia est omnipotens, ideo non potest peccare; nam,

* i. p. q. 25. a. 3. ad 2. ut ait S. Thomas*, peccare est deficere à perfectà ratione: unde posse peccare est posse deficere in agendo, quod omnipotentia repugnat.

83.

Caput Quartum De Visione Dei.

Deum esse invisibilem Scripturae docent: Regi saeculorum immortalis et invisibili soli Deo honor et gloria, inquit S. Paulus i. ad Timoth. ii. v. 17. Item c. 6. v. 16. Lucem habitat inaccessibilem; quem nullus hominum vidit. Verum quia eadem Scriptura alibi testatur, Deum esse visibilem; cum apparuerit, inquit S. Joannes Ep. i. c. 3. v. 2, similes ei erimus

quoniam videbimus eum sicuti est. Et i. Cor. 79.
13. v. 12. Videmus nunc, ait S. Paulus, per spe-
culum in enigmate, tunc autem facie ad
faciem. manifestum est, Deum alia ra-
tione esse invisibilem, alia vero visibilem.
Quod distinctis S. phis explicamus.

S. Primum

An Deus videri possit
oculis corporeis.

Hæretici quidam* Anthropomorpha
dicti circa an. chr. 400. Deo speciem huma-
nam tribuebant, unde sequebatur, cum
oculis corporeis videri posse; et quamvis
concors S. Patrum, immo ipsius Ecclesie sen-
tentia fuerit, Deum per oculos corporis,
quod jam gestamus, crassum nempe et ma-
teriale, videri non posse, tamen etate
S. Augustini controversia fuisse videtur,
num non post generalem corporum represen-
tationem oculi nostri ita defæcati ac
spirituales reddi possint, ut immutata, inquit
S. Aug.* corporum qualitate, Deum in se
ipso immediate conspiciantur sint. Et ergo

Conclusio.

Deus oculis corporeis nec visus est
unquam, nec videri potest.

Prob. 1^o Ex S. Scriptura. i. ad Timot.
i. v. 17. Deus immortalis, et invisibilis di-
ctur. et c. b. v. 16. quem nullus hominum
vidit, nec videre potest. Porro de visio-
ne per mentem intelligi Apostolum non
posse, ostendunt hæc S. Joannis verba:
Scimus, quoniam cum apparuerit, simi-
les ei erimus, quoniam videbimus eum
sicuti est. Ergo intelligenda sunt de
visione per oculos corporis. Denique

84. Prima
F. pag 2/1.

* nomen compositum
ex vocibus grecis
ανθρωπος homo,
et μορφη forma
scilicet species.

85.

+

80. 1. Cor. 2. v. 9. Oculus non vidit, nec auris audi-
vit, nec in cor hominis ascendit, quae pra-
paravit Deus iis, qui diligunt illum.

Prob. 2.^o ex S. Aug. Ep. 92. ad Itali-
cam viduam. Deus, inquit, hinc est purga-
tarum mentium, non istorum corporis au-
lorum.... Hoc autem oculus videre corporis
neque nunc potest, neque tunc poterit. Et
Ep. 147. ex S. Ambrosio haec refert: Nec cor-
poralibus Deus oculis quaeritur, nec circum-
scribitur visu, nec tactu tenetur, nec au-
ditur affatu.

Prob. 3.^o ratione. Facultas orga-
nica, eaque vitalis, fieri non potest in ob-
jectum sibi non proportionatum. Atqui
visio per oculos corporis pertinet ad facultatem
organicam vitalem: Deus vero non est
objectum proportionatum huic facultati;
Substantia quippe spiritalis non est objec-
tum proportionatum facultati corporae:
quod enim videtur oculis corporis, videtur
per medium corporeum ac species corporeas,
Spiritus autem sic videri non potest. Ergo.

Confirmatur. Deus magis distat
ab objecto cuiuscunque facultatis corporae,
quam objectum unius facultatis distat ab
objecto alterius, s. g. coloratum a sonoro.
Atqui tamen una facultas non potest
attingere objectum alterius facultatis,
s. g. oculus sonos, nec auditus colores, alias
confunderentur istae facultates. Ergo
multo minus potest facultas corporae De-
um attingere.

86. Solvuntur Objectiones.

Ob. 1.^o Ipsamet Scriptura testatur
multos ex veteribus Patriarchis Deum vidisse
oculis procul dubio corporis. Genes. 32. v. 30.
Jacob ait, Vidi Deum facie ad faciem. Enod.

33. v. 11. Loquensbatur autem Dominus ad Moysen 81.
facie ad faciem. Isai. 6. v. 1. Vidi Dominum se-
dentem super solium. Denique Job. 42. v. 5.
Auditu auris audivi te, nunc autem oculis me-
us videt te. Et c. 19. v. 26. Rursum circum-
dabar pelle meâ, et in carne meâ videbo Deum
meum, quem visurus sum ego ipse, et oculi
mei conspiciantur. Denique Luc. 3.
v. 6. Videbit omnis caro salutare Dei. Eyp.

Resp. Neg. ant. ad 1. textum genes.
dicimus. Jacob vidisse Deum in personâ mi-
nistri sui nempe Angeli; prout interpreta-
tur Osee Propheta c. 12. v. 3. et 4. qui dicit,
Jacob contatum fuisse cum Angelo. ad 2.
Eod. Moyses, teste S. Stephano Act. 7. v. 38.
contatus est cum Angelo Dei vices gerente.

Ad 3. Isai. Visus est ab Isaiâ Deus sedens
super solium vel in raptu et extasi, vel
in somnis per quâdam species sensibiles,
prout interpretatur S. Aug. Ep. 147. Nisi
volueris, quod absurdum foret, Deum ad
modum corporis extensum esse et sedere.

Ad 4. Ea Job. dicimus, illum non
loqui de visione substantia divina, sed de
effectibus providentia Dei, quasi dicit: O
Deus! audiveram multa de tuâ providentiâ
circa homines; nunc, quae audivi, experi-
mento proprio disce, et quasi ad oculum vi-
deo.

Ad 5. ex eodem, ~~apparet~~ di-
cimus ~~S. Augustinus~~ sensum illius hunc esse,
In hac carne resurgam, et his oculis videbo
Christum Salvatorem meum, non quidem
secundum divinitatem, sed secundum huma-
nitatem, quando apparebit in die iudicii ju-
dicaturus vivos et mortuos. Vel resumpto
proprio corpore Deum videbit, non quidem
per carnem, sed per mentem. Ita S. Aug. * lib. 22. De civ. c. 24.

ris audi-
na pra-
m.
ad Itali-
st purga-
propria au-
corporis
erit. Et
Neccor-
nec circum-
r, nec au-
altas orga-
test in ob-
n. atque
d facultat-
o non est
laullati;
est obje-
propria:
videtur
corpore
est. Ergo
agnis distat
tis corpore
distat ab
a somno.
on potest
laullati;
colores, alia
ates. Ergo
corpore de
mes.
ira testatur
s Deum vidisse
genes. 32. v. 1.
faciem.

2. 42

Denique istud Luc. 3. Videbit omnis caro salutare Dei S. Aug. serm. 277. interpretatur de Christo incarnato, omnium Salvatorem ac Redemptorem.

¶ Vel juxta communem scriptura locum

per vocem caro intelligitur homo.

Sensus ergo est: Videbit omnis homo salutare Dei, oculis mentis, nempe spiritualis, et non corporis.

Ob. 2. Ignis corporeus agere potest in rem spirituales; torquet enim Demones, et animas damnatorum in inferno; pariter aqua baptismalis gratiam spirituales producit in animam baptisati; item anima rationalis, licet non extensa, sed spiritualis, unitur cum corpore extenso ac materiali, et illud videt ac intrinsecus. Ergo etiam potest oculus corporeus esse elevatus ad Deo, ut Deum ipsum videat.

Resp. neg. cons. Disparitas est, quia visio est actus vitalis, quo fluit à principio interno et vitali, et circa objectum potentia vitalis: ignis autem ad animas torquendas, et aqua baptismalis ad sanctificandam animam confert, ut merum Dei instrumentum, qui se qualibet, tanquam instrumentum ad quodlibet non vitale uti potest; sicut usus est huto ad visum coeco nato restituendum. Unde in ejusmodi effectibus producendis nulla requiritur proportio inter instrumentum quod Deus utitur, et effectum; qualis tamen proportio necessaria est inter potentiam vitalem, qua vitaliter agit, et objectum proportionatum.

Ad exemplum animae rationalis, dicimus, eam cum corpore materiali tanquam ejus formam uniri; atque cum mundi organo ex se se alligata sit, esse quodammodo potentiam universalem, qua circa quodcumque objectum cognoscibile versari potest: quamquam quae ratione in fiat, et corpori materiali con-

jungatur, explicari vix imò ne vix quidem à 83.
nobis possit. Vide quo de eà disseruimus in
Metaphysicâ nostrâ part. 2. c. 3. Non ita
porro est de potentiâ particulari v. g. oculò,
qua potentia ad certum obiectum est deter-
minata, et à certâ organi dispositione pen-
det, ut in actum eumpat.

S. Secundus.

88.

3. 42

An Deus intuitivè videri
possit ab intellectu creato et com-
prehendi.

Duplex distinguitur Dei cogni-
tio, abstractiva scilicet, et intuitiva.
Cognitio Dei abstractiva, est ea, quâ Deus
per creaturas tanquam per medium seu
motivum videtur, estque nonnisi im-
proprie visio, quia visio proprie est in-
tuitio rei presentis. Intuitiva est ea,
per quam cognoscitur Deus clarè in se ipso,
et ut est in se.

Arcanum et recentiores Græci apud
Aromaticum*, negant Deum etiam à
beatis posse videri in se, et intuitivè, sed
tantum in quadam ejus similitudine,
vel luce ab eò derivatâ. In opposi-
tum errorem inviduerunt Bequardi et Bequi-
na docentes Deum etiam naturaliter ab
intellectu humano videri posse, et ani-
mam non indigere lumine gloria seu au-
xilîo Supernaturali ipsam elevante ad vi-
dendum Deum, et eò beatè fruendum*.
His præiverat Eunomius cum suis, docens
non solum Deum clarè videri, sed etiam
comprehendi naturaliter posse ab intellectu
creato*.

Contra eos ponitur

* lib. 15. questionum.

* Clementina que
incipit: Ad nos-
trum, de hæreticis.

* Theodor. lib. 4.
Hæretic. fabul.

Conclusio 1^a

Deus non potest intuitivè videri ab intellectu creatò per solas naturas vires; benè autem adjutò, elevatò, et corroboratò aliquo supernaturali auxiliò Dei, quod lumen gloria seu uberior Dei consuetus immutatur à Theologis.

§ 1^a pars conclusionis, § jam adductis Scripturae testimoniis, quibus Deus invisibilis dicitur: quem nullus hominum vidit, sed nec videre potest. 1. ad Timoth. 1. v. 16. Ubi Apostolus negat duntaxat, Deum videri posse naturaliter; nam 1. Cor. 13. Beatis tribuit in celo visionem Dei intuitivam; et S. Joannes Ep. 1. c. 3. v. 2. affirmat, ei, cum apparuerit, similes nos futuros, quoniam videbimus eum sicuti est. Ergo impossibilem duntaxat probant, vel per oculos corporis, vel per solas intellectus creati vires.

Accedunt et alia testimonia, quae gratia Dei beneficio adscribunt intuitivam Dei visionem: * gratiam et gloriam dabit Dominus, Rom. 8. v. 23, gratia Dei vita aeterna. Joan. 17. v. 3, Haec est autem vita aeterna, ut cognoscant te solum Deum verum, et quem misisti Jesum Christum. Porro, si media, per quae ad claram Dei visionem, tanquam ad finem, pervenitur, sunt ex gratia, non ex natura; ipse quoque finis per gratiam, non per solam naturam comparari potest.

§ 2^{do} Ex S. Patribus, probavit S. Epiphanius, qui Haeres. 70. n. 7. haec simul coniungit, et Deum videri posse non posse per naturam, et videri posse per gratiam. Deum quidem, inquit, videri praestitum ab humana natura non posse fatemur... Sed inde tamen invisibi-

U * § 1^a § 83. v. 12.

his Deus, pro sua humanitate ac potentia, im-^{35.}
becidam aciem ita virtute sua corroborare
signatur, ut quod videri alioqui non posset,
afficiat. Item Ex definitione Con-
cilii Viennensis, qua inter ceteros errores
Beguardorum et Beguinarum hic numero
quintus damnatur: Quod quaelibet intella-
tualis natura in se ipsa naturaliter est bea-
ta: quodque anima non indiget lumine
gloriae ipsam elevante ad Deum videndum,
et eo beate fruendum.

Prob. 3.^{ti} ratione. Potentia natu-
ralis vivibus suis permixta non potest elice-
re operationem supernaturalem: alias vel
haec potentia definirer esse naturalis, vel
ipsius actus non esset supernaturalis. Ergo p.

Præterea Dei visio ~~haec~~ intuitiva
longè superat vires omnes et exigentiam na-
turae: nam perfectior est, quam actus
v.g. fidei, spei et charitatis divina, qui fi-
de docente, natura nostra vires ~~superat~~ supe-
rant. Ergo p.

Prob. 2.^{da} pars conclusionis, 1.^o Ex
S. Scriptura. Matth. 5. v. 8. Beati mundo
corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Joan.
14. v. 21. Qui diligit me, diligetur à Patre
meo; et ego diligam eum, et manifestabo
ei me ipsum. 1. Joan. 3. v. 2. Cum appa-
ruerit, similes ei erimus; quoniam videbi-
mus eum sicuti est. 1. Cor. 13. v. 12. Vi-

demus nunc per speculum in anigmate, tunc
autem facie ad faciem. Denique conie-
ditur re vera Sanctis in coelo degentibus
intuitiva et beatifica Dei visio, ut ex
professio inferius demonstraturi sumus, ac
manifeste patet ex Matth. 18. v. 10. Angeli
eorum in coelis semper vident faciem Patris

44

86. mei, inquit ibi Christus ipse. Ergo, p. p.

Prob. 2^{do} Ex perpetua Ecclesia tra-
ditione, quam confirmavit Eugenius IV.
in Decreto seu instructione Armenorum, ubi
pronuntiat, purgatas animas in coelum non
recipi, et intrari clarè ipsum Deum Trinum
et unum sicuti est. Et Patres Fran-
cofordiensis Concilii in Epist. ad Hispanos Bra-
nules jam antea dixerant: Graduamus
Christum verum Deum et vivum, ut ad
eius beatissimam visionem pervenire me-
reamur, in qua est aeterna beatitudo.

+ Prob. 3^{tio} Ex Patribus. S. Joannes
Chrysostomus in Carenesi i. ad Theodorum
Capitulum c. 4. exponens ista verba S. Petri,
Matth. 4. Bonum est nos hic esse, ait: quid
dicitur, quando ipsa verum veritas aderit,
quando a pestis regis adibus, ipsum Regem
conspicere licebit, non ultra in enigmate,
neque per speculum, sed facie ad faciem;
non ultra per fidem, sed per speciem. Et
in oratione de S. Philogonio, Hic quidem,
inquit, nemo Deum vidit; illi autem
qui adsunt, perpetuo vident, quatenus illum
videre licet, non solum presentem, verum
etiam sua gloria splendore condecoran-
tem universum aeternum.

Theodoretus comment. in Epist.
ad Ephes. Nunc, inquit, bonorum, quae spec-
tantur, magnitudo est quidem omnino
ignota fidelibus; fideles autem vident
tanquam in speculo et in enigmate. Per
fidem enim ambulant, non per speciem:
tunc autem videbunt facie ad faciem.

S. Augustinus Epist. 112. c. 5.
Scimus, inquit, posse Deum videri, quoni-
am scriptum est: beati mundo corde, quo-
niam ipsi Deum videbunt. Omittimus
S. Basilium, Gregorius, Epiphanius, p.

Prob. 4^{to} Ratione. 1^o Quia homini⁸⁹
possibilis debet esse beatitudo, ad quam factus
est. Atqui hominis beatitudo in visione Dei
est collocata. Ergo, p.

2^o Mens potest
saltem per gratiam seu auxilium supernatu-
rale intelligere, quod intelligibile est;
hoc enim est intra fines objecti ipsius. At-
qui Deus, ut in se est, intelligi potest.

Ergo potest eâ ratione ab hominibus cons-
pici. 3^o Illud merito censetur possi-
bile, quod nulla ratione demonstrari potest
impossibile. Atqui talis est visio Dei in-
tuitiva, ut patebit ex solutione objectio-
num. Ergo, p.

Quæri hinc etiam solet, an Deus non
modo intuitivè, sed etiam comprehensivè
videtur, non solum secundum ejus essentiam
et omnes ejus perfectiones, sed etiam se-
cundum omnes gradus perfectionum vir-
tuales inter se virtualiter distinctos, et om-
nia, ad quæ ejus potentia ac virtus potest
se extendere, videri possit. Compre-
hensio enim strictè et propriè est adæqua-
ta, totalis, et perfecta rei cognitio, non
tantum ratione objecti, quod totum ap-
prehenditur, sed etiam ratione modi, quò
apprehendi seu cognosci potest, et exigit.

Quartò Eulæria seculò ex Aria-
nis Eunomiani à capite suo Eunomio,
et Anomæi ab errore, quò Filium Patri
dissimilem docebant, ita dicti, audacius
jactitabant, se naturaliter Deum planè
cognoscere, et comprehendere. Sit

Conclusio 2^{da}

90.

Deus comprehendi nullatenus potest
ab intellectu creato.

Prob. 1^o Ex Scripturis. Jerem.
32. v. 19. Magnum consiliò, et incompre-

S. 45

o, p. p.
lexia tra.
emius IV.
norum, ubi
osulum non
m trinum
Patres tra
ispanos for
iamus
ut ad
emire me.
tudo.
P. Joannes
Theodorum
P. Petri
uit: hinc
adicit,
m Regem
enigmata
faciem;
ciem.
i quid
i autem
matem
em, verum
sunderan-
t. in Epit.
m qua spec
m omnino
em vident
mata. Per
er. speciem.
p. faciem.
112. c. 1.
Dei, quæ
do corde, que
omnibus
nos, p.

88. hensibilis cogitatu. Rom. i. Quam incompre-
hensibilia sunt judicia eius, et investigabi-
les viae eius! 1. Tim. 6. v. 16. Lucem habi-
tat inaccessibilem. non quidem per exclusio-
nem cognitionis simpliciter intuitiva, sed
comprehensiva.

Ob. 2^{do} In communis SS. Patrum
doctrina, S. Irenaei, lib. 4. c. 20. Cyrilli Hiero-
solymitani, Catech. 6. Eriphanii, Haeres.
70. n. 7. Joannis Damasceni, lib. 1. orth.
fidei, c. 1. Ambrosii, in Lucam. Augusti-
ni, Ep. 112. et 147. item serm. 117. alias
38. de verbis Domini: simpliciter dicen-
tium, Deum esse incomprehensibilem.

Auget auctoritas Concilii Late-
ranensis IV. sub Innocentio III. c. 1. firmi-
ter credimus, ajunt Concilii Patres, quod
unus solus sit Deus, aeternus, immensus,
incomprehensibilis.

Ob. 3^{tio} Ratione. Ad cogni-
tionem Dei comprehensivam requiritur
non tantum, ut Deus videatur totus, nec
quidquam eum, qui illum videt, lateat,
sed etiam ut videatur totaliter, hoc est, tam
perfectè ac videri potest ac erigit, ita ut
sicut Deus in se infinitus est, ita videat-
ur ut infinitus, et modo infinito. At-
qui Deus haec ratione à se ipso solo con-
cipi potest. Ergo p. Ob. min. Si
hac ratione Deus à creatura cognosci ac
videri posset, tunc infinitum adequari
posset à finito, atque hoc ipso desineret
esse infinitum. Ergo, p.

Confirmatur exemplo hominis,
qui è sublimiori specula mare aut coelum
per angustum foramen intuetur: is qui-
dem mare videt et coelum, sed non totum,
nec quantum ad omnem maris ac coeli
extensionem; sic, à pari, mens creata fi-

mita, non potest modo infinito Deum co-^{89.}
gnoscere, neque etiam Deus totaliter et
adaguate à creatura cognosci: licet enim
beati in coelo videant aperte ac intuiti-
ve quae Deo essentialia sunt ac necessaria,
non tamen ea vident tam perfecte, ac
videri possunt et exigunt. Insuper non
vident omnia libera Dei decreta, et om-
nes respectus Dei ad creaturas, modosque
omnes infinitos, quibus ad eas ferri, et ter-
minari potest.

Solvuntur Objectiones. ^{91.}

Ob. 1^{mo} contra 1^{am} partem Con-
clusionis 1^{ae}. Vel Deus continetur intra
limites objecti specifici intellectus nos-
tri, vel extra: Si primum, tunc natu-
raliter; Si secundum, tunc ne quidem
per gratiam, ac lumen gloria videri
potest ab intellectu creato. Ergo, p^o.

Resp. Dist. ant. Deus generatim
continetur intra limites objecti genera-
lis intellectus creati; est quippe intelli-
gibilis, ne non intellectus est potentia
intellectiva, quae remote ac imhoate vim
habet videndi Deum, com. Continetur
intra limites objecti connaturalis et pro-
portionati, neg. ant. Intellectiva ho-
minis potentia seu facultas sine benefi-
cio gratiae ac luminis gloria proxima et
completa non est ad videndum Deum, quia
finita est, Deus autem, qui est objectum ip-
sius, infinitus.

Ob. 2^{do} Objectum, quod finito^{87.}
tanat modo attingi potest ab intellectu crea-
to, ipsi connaturale, ac proportionatum

incompre-
-estigabi-
licem habi-
er exclusio-
intiva, lib-
S. Patrum
Cyrilli Hier-
onimi, Hares.
lib. 1. orth.
Augusti-
117. alias
-dicen-
-sibilem.
i. Late-
i. Lomi-
quod
mensur,
Ad cogni-
quiritur
totus, ne
lateat,
hoc est tan-
git, ita ut
ita videat
limito. Ut
ipso solo con-
b. min. Si
cognosci ac
adaguate
desideret
to hominis
re aut coele-
etur: is qui
ed non totum
oris ac coele-
ns creatura fi-

546

90. dici potest. Atqui Deus finito modo attingi potest ab intellectu creato. Ergo, p.

Resp. neg. ant. Nam actus fidei, spei, et charitatis finito modo eliciuntur, nec tamen fieri possunt sine auxilio supernaturalis gratiae. Ratio est, quia disproportionis inter objectum et potentiam seu facultatem non tam attendi debet ex parte modi tendendi in objectum, quam ex parte distantiae, quae est inter objectum supernaturale, et facultatem pure naturalem, quae tanta est in re praesenti, ut intellectus, nisi superiori auxilio roboretur, nunquam possit Deum, ut est in se, intuitive videre.

93. Ob. 3^{to} contra 2^{am} partem Conclusionis 1^a. Scriptura et Patres dicunt, Deum esse invisibilem, et videri non posse ab homine. Ergo, p.

Resp. Scriptura et Patres solum intelligunt, Deum videri non posse vel oculo corporeo, vel solis natura viribus, vel comprehensive, vel in hac vita saltem de lege ordinaria. At non negant, immo asserunt, Deum in caelo videri intuitive a beatis ope luminis gloriae, quamvis non comprehensive. Porro lumen gloriae est auxilium supernaturale, seu habitus intellectualis supernaturalis, quo intellectus elevatur, corroboratur, et intrinsicè completur ad intuitivam Dei visionem.

94. Ob. 4^{to}. Nulla est proportio inter Deum seu divinam essentiam, et intellectum creatum; neque potentia finita tendere potest in objectum infinitum. Atqui Deus clarè videndus est objectum in-

intelle
Ergo, p.
Resp. p.
Deum su
in creatum
proportio
rationem, con
tatis habet
tamen, libit
omnitate et mudo
finita finita
finito et organo
tamen, non mo
Deum esse Deum
non potest intelle
hanc asserunt.
Ob. 3^{to}
Resp. neg.
hanc asserunt
Ob. 4^{to}
non compreh
etur, ut m
Atqui Deus v
hinc quippe
1. Joan. 3. v

92. Resp. Dist. maj. Si modo infinito fiat visio, seu cognitio, com. Si modo duntaxat finito, prout fit intellectus creati visio, et cognitio, neg. maj. Vel iterum dist. Ut nihil eius lateat videntem, tam quoad Dei substantiam, quam modos omnes externos, quibus ad creaturas fieri ac terminari potest, com. quoad substantiam duntaxat Dei, neg. Responsio patet ex supra dictis.

Urg. Deus est simplicissimus, et videtur sicuti est. Ergo totus videtur ut infinitus.

Resp. Dist. cons. videtur totus, sed non totaliter, quia non videtur ut habens infinitos ad creaturas respectus, com. videtur totaliter, neg. cons. Non enim videtur modo infinito, sicut videri potest, et exigit. Verba haec Videbimus eum, sicuti est, non adstruunt visionem comprehensivam, sed intuitivam duntaxat, exclusam nimirum ex coelo visione obscuram et abstractivam.

97. Ob. 7^{mo} Ex Apostolo 1. Cor. 13. v. 12. Nunc cognosco ex parte, tunc autem cognoscam sicut et cognitus sum, nempe à Deo. Atqui cognitus est à Deo cognitione perfecta, et comprehensivam. Ergo, p.

Resp. particulam sicuti est colui perfectam aequalitatem non arguere, sicut et quando jubemur esse perfecti, sicut Bater noster, qui in coelis est; sed hoc unum vult Apostolus, futurum scilicet aliquando, ut Deum clarè ac intuitivè cognoscat, non per speculum duntaxat et in enigmate, ut fit in hac vita: quamvis nunquam continget, nec contingere possit, ut tam

perfectè Deum cognoscat, quàm à Deo ipse 93.
cognoscitur.

Ob. 8^{vo} 1. Cor. 9. dicitur: Sic currite, 98.
ut comprehendatis. Et Philipp. 3. Sequor
autem, si quò modo comprehendam.

Resp. Dist. comprehensione im-
proprie dicta, nempe pro rei absentione,
con. proprie dicta seu perfecta et ada-
quata Dei cognitione. neg.

Ob. 9^{vo} Tota divinitas uniri po- 99.
tuit in Christo unione personali et hyposta-
tica cum natura humana. Ergò pariter tota
poterit uniri cum intellectu unione intellec-
tiva perfectissima.

Resp. Dist. Ant. Tota divinitas uni-
ri potuit in Christo unione personali se-
cundum modum et finitam capacitatem
humanitatis, con. secundum omnem et
infinitum modum, neg. ant. Similiter
divina essentia in ratione objecti uniri
potest cum intellectu creato, sed modo pro-
portionato finitae ejus capacitati; non vero
modo infinito et comprehensivo.

I. Tertius

100.

Utrum Iusti plene purgati,
seu quibus nihil luendum superest,
statim à morte, et ante ultimum
ac generale Iudicium intuitiva
Dei visione donentur.

Jam primò Eclesia Saulò Cerin-
thiani, à Cerinthò sic dicti, mille annos post
resurrectionem in terrenò Christi regnò seum-
inum carnales, ventris, et libidinis voluptates,
futuros homines fabulabantur*. Unde Chi-
liasta, hoc est, Midenarii sunt appellati.
Ita S. Aug. lib. De Haeres. n. 8. et ante ipsum Dio-
nys. Alexand. apud Euseb. l. 3. Hist. c. 28.

* vid. Tom. 1. Tract. 1.
De S. Script. part. 2.
sect. 2. c. 4. De Apo-
calypsi.

Fuit aliud Millenariorum genus non ita
 crassum, turpe ac impium, auctore ac Duce
 Papia Hierapolitano in Asia Episcopo, qui
 Paulo Ealesia secundo vixit, viro, ut ait Eu-
 seabius*, mediocri admodum ingenio. Admit-
 tebat ille in eo mille annorum regno corpo-
 reas voluptates, non quidem illicitas et impu-
 ras, sed licitas et inculpatas. Papia fama et
 pietate plures commoti, in eundem errorem
 perducti sunt, Hominiis vetustate Senten-
tiam suam tuentes, ait idem Eusebius.

* lib. 5. c. 31.

* lib. 4.

* Horum Patrum sen-
 tentia in eo diversa
 fuisse videtur ab opi-
 nione Papia, quod
 in isto mille annorum
 regno, corporis, etiam
 licitis, voluptatibus,
 ultra rejectis, solas spi-
 rituales animi deli-
 cias admittent duntaxat.

In Papia errorem abiisse videntur
 plures Patres, Irenaeus*, Tertullianus, contra
 Marcionem*, Lactantius*. Imo, usque ad
 tempora Concilii florentini, grauos aliquos
 occupasse videtur; atque etiam post huius
 Concilii definitionem eandem opinionem tue-
 ri videntur Armeni, et graui Schismatici,
 et aperte satis Calvinus, eam adoptat lib. 4.
 Instit. c. 20.

Hi omnes ergo docuerunt, nemi-
 nem Dei visione fruaturum, nisi post diem
 generalis Iudicii, In quam sententiam
 ante Concilium florentinum propendisse,
 si non abiisse videtur Joannes Papa XXII*.

* Ecclesia rebus pra-
 fuit Paulo 14^{to} ab
 an. chr. 1316. usque
 ad an. 1334. 104.

Contra quos omnes ponitur
 Conclusio.

Anima Iustorum, quibus nihil luen-
 dum superest, statim ac corpore soluta
 sunt, et ante ultimum ac generale Judi-
 cium, fruuntur intuitiva Dei visione.

Prob. 1^o Ex scripturis triplici ar-
 gumento. 1^o Ex iis locis, quibus de-
 claratur post resurrectionem nullum am-
 plius futurum corporis voluptatibus locum,
 sicut fingeant Corinthus, et Papias. Matth.
 22. v. 30. In resurrectione, neque nubent,
 neque nubentur, sed erunt sicut Angeli

Dei. Et c. 25. v. 34. post enarratam Anti-^{9^a}
christi persecutionem, statim ultimum descri-
bitur Iudicium, ac bonis premium, malis vero
aeternum decretum Supplicium. Venite, be-
nedicti Patris mei, possidete paratum vobis
à constitutione mundi regnum.... Discedite
à me maledicti in ignem aeternum.

Secundum argumentum petitur ex his
locis quibus constat, statim à morte nos intuiti-
vâ Dei visione donari, si eâ digni fuerimus.
2. Cor. 5. v. 1. Scimus, quoniam si terrestris
Domus nostra hujus habitationis dissolvatur
quod adificationem ex Deo habeamus, Do-
mum non manufactam, aeternam in caelo. Et
v. 4. In hoc saeculo ingemiscimus gravati, eo
quod volumus expoliari, sed supervestiri...
Scientes, quoniam dum sumus in corpore,
peregrinamur à Domino; scilicet per fidem
ambulamus, non per speciem: scilicet audemus
autem, et bonam voluntatem habemus ma-
gis peregrinari à corpore, et praesentes esse
ad Dominum. Ex Apostolo igitur, iudicio
habemus voluntatem peregrinandi à cor-
pore, ut praesentes simus ad Dominum,
et ut jam non per fidem ambulemus,
sed per speciem, id est ut soluti à corpe-
re nostro humano, statim beatitudine
coelesti, id est, intuitivâ Dei visione,
fruamur. Certè si nemo videret De-
um nisi post resurrectionem, non diceret
Apostolus se optare peregrinari à corpore,
ut non peregrinaretur à Domino: nam
post mortem simul ab utroque peregrina-
retur. Item non diceret ad Philipp.
c. 1. v. 23. se cupere dissolvi, et esse cum
Christo, si statim post dissolutionem
corporis sui cum Christo esse non posset, et
ejus intuitivâ visione frui.

Tertium argumentum. Scriptura
 Declarat ante ultimum ac generale Judi-
 cium, statim à morte aliquod esse par-
 ticulare, in quo uniuscuiusque boni pro
 conditione operum rata est ac definita
 vel ad gloriam in coelo, vel ad supplicium
 in inferno. Ecclesiastici 11. v. 28. genera-
 tum sapiens pronuntiat: Facile est coram
Deo in die obitus retribuere uniusque
secundum vias suas. Psal. 126. v. 3. Cum
deserit dilectis suis somnum, ecce heredi-
tas Domini. Denique Heb. 9. v. 27. Sta-
tutum est hominibus semel mori, post
hoc autem iudicium.

Confirmatur exemplo boni la-
 tronis, cui Christus dixit: hodie mecum
eris in paradiso, Luc. 23. v. 42. Et divi-
 tis epulonis, de quo ibidem c. 16. dicitur
 mortuus est, ac inferno sepultus, ubi
 flammâ cruciatur, v. 24. quo manifestum
 fit, animas Iustorum, quibus nihil be-
 endum superest, statim post mortem frui
 intuitivâ Dei visione, peccatorum ve-
 rò animas poenam damni in inferno pati.

Prob. 2.º Ex Traditione utrius-
 que Ecclesiae, Graecae ac Latinae. In
 Graecis. S. Ignatius, Ep. ad Romanos di-
 cit se per martyrium proficisci de
 mundo ad Deum, et se audire vocem sibi
 interioris dicentem, Veni ad Patrem. Obse-
cro vos, inquit ulterius, ne intempestivâ
benevolentia erga me sitis: sinite me
ferarum etiam fieri, per quas licet Deum
adipisci.... sinite me perire lumen lauri-
re; cum illuc fuero, homo Dei ero.

9. Apud Inseb. l. 3. Hist.
c. 36.

S. Polycarpus, Ep. ad Philipp. c. 5.
 Paulo ceterisque Apostolis haec scribit, 6.º

certo habentes, quod hi omnes non frustra u-97.
currerunt; sed in fide ac iustitia ingressi,
ad locum sibi a Deo debitum pervenerunt,
quandoquidem et passionum ejus participes
extiterant.

Habet etiam testimonium Ecclesia
Smyrnensis in Ep. quam de martyrio S. Poly-
carpi ad Ecclesias universas scripsit, apud Eu-
leb. lib. 4. Hist. c. 15.

SS: Justinus Dial. cum Triphone et
S. Irenaeus lib. 5. c. 35. quamvis Millenari-
um fabulae patrocinarentur, nihilominus
fatentur plures catholicos hujus dogmatis,
quod puram primum Christianorum senten-
tiam nunquam S. Justinus, apertores fuisse.

4 Ex Latinis S. Cyprianus, Tract. de ex-
hortatione martyrii ad Fortunatum elegan-
ter fidem Ecclesiae huc exponit: Baptisma
sanctum; ait, in praefat. nos de malo rec-
edentes statim Deo copulat. Et in fine
libri hujus seu tractatus, Quanta est dignitas,
inquit, et quanta est sanctitas exire hinc
caelum? ... claudere in momento oculos, quibus
homines videbantur et mundus, aperire
eodem statim, ut Deus videatur et Chris-
tus.

S. Ambrosius, Ep. 15. alius 59. n. 4.
Acolius, inquit, Superiorum incola, possessor
civitatis aeternae illius Hierusalem, quae in
caelo est, videt ibi ubi ejus mensuram,
purum aurum, lapidem pretiosum, lumen si-
ne sole perpetuum, et haec omnia jam dudum
quidem tibi compta, sed nunc facie ad faciem.
Et lib. 10. in Lucam tractans de lapsu S. Petri,
unde, inquit, te evocem, Petre, ut doceas me,
quid flens cogitaveris? Unde, inquam, te ev-
ocem? De caelo, ubi iam chorus insertus es An-
gelorum.

†
Nostram quoque et
Ecclesia sententiam
trinitatis SS: Patres,
Clemens Alexandri-
nus, C. S. Strom. Ori-
genes, Prolog. in Cant.
S. Basiliius Hom. in
40. Martyres. S. Chry-
lostomus, Hom. de S.
Philogono, et in Ep.
41. S. Epiphanius,
Heres. 77. S. Grego-
rius Nazianz. Orat.
de S. Basilio in fine,
Deum sic alloquitur,
Nos posteaquam ex
haec vita migraveri-
mus, ibi taberna-
culis tuis exipias, ut
simul viventes, et
sanctam ac beatam
Trinitatem, cujus
nunc exiguam spe-
ciem et imaginem
accipimus, prius
perfectiusque cons-
picientes, desideris
nostris finem sta-
tuamus.

S. Hieronymus Vigilantium errori Mil-
lenariorum adherentem ex professo confutat,
libro adversus ipsum edito. Et in Gal. 67.
De Christo ait: Coelorum excelsa conscendens,
cos, qui in captivitate diaboli tenebantur
absolvit, ac post se tanquam captivos sedu-
cos aeterna vita restituit.

S. Augustinus lib. 9. Confess. c. 3. n. 6.
De Nebridio amico suo sic loquitur: Et nunc
ille vivit in sinu Abraham. Quidquid illud
est, quod illo significatur sinu; ibi Nebridi-
dus meus vivit. Et paulo post, conversam
ad Deum oratione, Jam, inquit, non ponit
aurem ad os meum, sed spirituale os ad fon-
tem tuum, et bibit, quantum potest sapien-
tiam pro aviditate sua, sine fine felix.

S. Gregorius Magnus lib. 35. moral.
c. 8. Ante resurrectionem, inquit, Sancti lin-
gulas stolas accipiunt, quia sola animarum
beatitudine perficiuntur. In fine autem
mundi binas habituri sunt; quia cum men-
tis beatitudine etiam carnis beati gloriam

ada
so
* Duplex distinguitur possidebunt*.

Sanctorum beatitudo,

una perfecta et adae-
quata, qua anima, spi-
ritus et corporis felici-
tatem complectitur,
qua primum resumptis
post generalem resur-
rectionem corporibus
sonabuntur, qua et
extensive saltem, ex
unione scilicet ani-
mae cum suo corpore,
tunc augetur.

Lege etiam S. Bernar-
dum, Serm. 3. in festo seu definitione fidei, cui Graeci pariter ac
omnium Sanctorum, n. 1. Latini subscribere, non laudata Concilii
Imperfecta altera et
inadequata, qua ani-
ma dumtaxat beatitu-
dinem respicit, qua

Prob. 3^o Ex Conciliis his Patribus
posterioribus, qua constantem hanc Ecclē-
siae Traditionem confirmarunt. Lug-
dunense II. an. 1247. in Professione fidei,
Cardinus... idorum animas, qui post sacrum
Baptisma susceptum, nullam omnino pec-
cati maculam inveniunt: illas etiam, qua
post contractam peccati maculam, vel in suis
manentes corporibus, vel eisdem exuta, sunt
purgata, mox in coelum recipi.

Florentinum an. 1439. in Decreto
Sen definitione fidei, cui Graeci pariter ac
Latini subscribere, non laudata Concilii
Lugdunensis verba repetit, quibus majoris
claritatis gratia haec adiungunt Patres:
Et intueri clare ipsum Deum Trinum et unum

Sancti est, pro meritorum tamen diversitate, alium alio perfectius.

Tridentinum Sess. 25. de invocatione Sanctorum docet, Sanctos unacum Christo rogantes, orationes suas pro hominibus Deo offerre. idos vero qui negant Sanctos aeternam felicitate in caelo fruente invocandos esse ... impie sentire.

Hanc esse fidem suam, usque ipso ac quotidiana praxi Ecclesia declarat in suis publicis orationibus, ubi testatur, Sanctorum animas in caelo jam apertis Dei conspectu potiri. Legem autem credendi statuit lex supplicandi, inquit Celestinus Papa in Epist. ad Episcopos Gallia.

Prob. 4^{to} multiplici ratione. 1^a repetitur ex statu Sanctorum Angelorum, qui statim a finali perseverantia, in caelis aeternam felicitate donati sunt, de quibus dicitur Matth. 18. v. 10. Angeli eorum s. parvulorum semper vident faciem Patris mei. Atqui certa est SS. Patrum doctrina, animabus Sanctorum eandem cum Angelis felicitatem et gloriam esse concedendam. Ergo p.

2^{da} ex statu impiorum, qui statim a morte aeternis suppliciis addiuntur, prout supra num. 101. adnotavimus. Atqui Deus prior est ad rependendam mercedem, quam ad poenam infligendam.

3^{tia} repetitur ex fidelium sensu ac praxi, qui Sanctos plene purgatos vocant beatos, eorumque apud Deum operum et patrocinium implorant.

Solvuntur Objectiones.

Ob. 1^o Matth. c. 25. Electi in extremo tantum iudicio audient haec Christi verba: Venite Benedicti Patris mei, possidete paratum vobis Regnum a constitutione mundi. Ergo.

ipsa, statim ac a corpore soluta fuerit, donabitur.

* Ex historia divitis Epulonis, qui fatur se cruciari in flamma, Luc. 10.

102.

100.

Resp. neg. cons. Adruta Christi verba intelliguntur de beatitudine completa etiam integraliter, quae tum animae, tum corporis gloriam complectitur*. Vel haec verba significent solum publicam Declarationem et confirmacionem sententia statim post mortem lata.

* vide notam marginalem, Sup. num. 101. quae faciant solum publicam Declarationem et confirmacionem sententia statim post mortem lata.

103.

Ob. 2^o. Matth. c. 20. in parabola operariorum, Jonasius diurnus, quo significatur merces bonis operibus rependenda, non persolvitur nisi sub vesperam, quae designatur mundi finis. Ergo, p.

Resp. Per vesperam designatur aique privati dies ultima. Vel si per vesperam velis intelligi finem mundi, tunc Jonasius diurnus significabit mercedem completam integraliter, quae in anima simul et corporis gloriae ac beatitudine consistit. Atque, quod in parabolis non semper attendi debeant omnes circumstantiae, cum saepe quaedam posita sint ad ornatum duntaxat, et ut narratio verisimilis ac humana consuetudini accommodata reddatur; sed attendi debeant solum ad id quod proferuntur.

31a
51

104.

Ob. 3^o. Apocalyp. c. 6. v. 9. et 10. S. Joannes ait, Se vidisse sub altari animas interfectorum propter verbum Dei..... Et clamabant voce magna dicentes, Usquequo Domine, non iudicas, et non vindicas sanguinem nostrum de iis, qui habitant in terra? Quibus v. 11. Sicitur, ut requiescant adhuc tempus modicum, donec compleantur conservi eorum, et fratres eorum, qui interficiendi sunt sicut isti. Ex quibus verbis sic arguitur: Anima quae sunt sub altari, et expectant, donec impleatur numerus fratrum, hoc est, Electorum omnium, nondum solummodo visione Dei clara et intuitiva. Atque tales animas se vidisse testatur S. Joannes loc. cit. Ergo, p.

Resp. neg.
S. Joannes
dicitur, quod
sub altari
animas
interfectorum
propter verbum
Dei
vidit
Et clamabant
voce magna
dicentes
Usquequo
Domine
non iudicas
et non vindicas
sanguinem
nostrum
de iis
qui habitant
in terra
Quibus
v. 11.
Sicitur
ut requiescant
adhuc
tempus
modicum
donec
compleantur
conservi
eorum
et fratres
eorum
qui
interficiendi
sunt
sicut
isti
Ex quibus
verbis
sic
arguitur
Anima
quae
sunt
sub
altari
et
expectant
donec
impleatur
numerus
fratrum
hoc
est
electorum
omnium
nondum
solummodo
visione
Dei
clara
et
intuitiva
Atque
tales
animas
se
vidisse
testatur
S.
Joannes
loc. cit.
Ergo, p.

Resp. neg. maj. Altare quippe il-101.
 lud, de quo S. Joannes, non est locus quidam
 subterraneus, sed coelum ipsum, in quo quiescent,
 ac Deo plene fruuntur anime sanctorum, de
 quibus ut c. 6. v. ii. dicitur, Data sunt illis Sin-
gula Stola alba. Et c. 7. v. 9. S. Joannes dicit,
se eorundem sanctos vidisse stantes ante thronum
et in conspectu agni, amictos stolis albis, et pal-
mas in manibus habentes. Et c. 20. v. 4. Vi-
di, ait, Sedes, et sederunt super eas, et judi-
cium datum est illis. Quibus verbis aper-
 te significatur, animabus illis jam tum
 concessam fuisse aeternam ex Dei visione
 felicitatem. Carnior ergo ille, ac
vindicta sanguinis, quam postulant, ni-
hil aliud est, quam tum ardens desideri-
um, quo anime illo tenentur corpora ha-
resumendi, ad completam nempe beati-
tudinem; tum zelus et Studium declaran-
dae divinae justitiae: completa enim, et ex
omni parte perfecta non erit sanctorum fe-
licitas, nisi resurrectis post generalem car-
nis resurrectionem corporibus, prout supra
memoravimus; hoc autem felicitatis pars,
 seu complementum differtur usque ad ulti-
 mum Judicii diem, donec numerus fratrum
 compleatur.

* Num. 101. in nota
 marginali, quae
 incipit: Duplex dis-
tinguitur p.

Ob. 4^{to} Ibid. c. 20. v. 2. dicitur An-105.
gelus ligasse diabolum per annos mille, ut
non seducat amplius gentes, donec consumen-
tur mille anni. Item: Qui non ado-
raverunt bestiam ... vixerunt, et regnave-
runt cum Christo mille annis. Additur: Hoc
est resurrectio prima ... In his secunda mors
non habet potestatem; Sederunt Sacerdotes
Dei et Christi, et regnabunt cum idō mille
annis. Quibus declarari videtur Dupliem
 futuram resurrectionem, primam justorum,
 qui regnabunt cum Christo mille annis; se-

102. eundam impiorum, quae post illud tempus futura est. Ergo, p.

Resp. conc. textus, et neg. idatum. Ad id; cum dicimus cum S. Augustino libro De Civ. c. 7. Illi mille annis significari totum tempus, quod à primo Christi adventu usque ad Antichristi adventum fluct. Quo tempore Diabolus ligatus dicitur, quia liberâ nocendi justis, ac praesertim Praedestinati, facultate caret, quae tamen amplior concedetur tempore Antichristi.

Ad id; dum dicimus, Mille prioribus annis designari totum tempus, quod à primo Christi adventu usque ad extremum iudicii diem futurum est. Quo tempore Sancti secundum animam cum Christo regnabunt in caelis per gloriam essentialem. Per primam autem resurrectionem intelligitur beatitudo animae à corpore separata ante iudicium generale futura. Mille vero posteriores anni designant aeternitatem futuram post ultimum generalis iudicii diem; nam post diem illum Praedestinati completâ, et integrâ beatitudine, animae sibi et corporis gloria, in aeternum fruuntur. Porro aeternitas in Scripturâ interdum diuturno tempore spatio designatur, quemadmodum diuturnum tempus per aeternitatem significatur. vide etiam ea, quae Tom. i. tract. i. De Sacra Scripturâ, part. 2. Sect. 2. c. 4. De Apocalypsi ~~proprietate~~ ~~disse-~~ ~~ruimus.~~

106. ob. 5. to. Ex S. Paulo, Heb. ii. v. 13. Sancti veteris Testamenti non nisi post generalem carnis resurrectionem Deum intuitivè visuri sunt.

4ta
82

Iuxta fidem, inquit, defuncti sunt om-^{103.}
nes isti non acceptis repromissionibus.
et v. 15. Nunc autem meliorem appetunt
patriam, id est, coelestem. Ergo, p.

Resp. neg. ant. Sancti veteris
Testamenti repromissiones factas de
aeterna per visionem Dei felicitate
ante Christum adepti quidem non fue-
runt, quia nemini coelum patuit, nisi
post descensum Christi ad inferos, unde
captivam duxit captivitatem. Cum
vero Apostolus ait, eos nunc meliorem
appetere patriam, particula nunc non
denotat ipsum tempus, quo Apostolus
loquebatur, sed locum tenet ad versa-
tivam, sed, atqui; et sensus est, ani-
mas illas ante Christi ascensum in coc-
lum, repromissiones sibi factas adep-
tas non fuisse sed eas expertasse, quas
post adventum Christi liberatoris obtine-
runt.

Ob. 6^{to} Ecclesia in his liturgiis 107.
generatim ac sine ullo discrimine orat
pro omnibus defunctis, ut Deus illis la-
cum quietis ac refrigerii concedere dignetur;
orat pro Apostolis, pro Martyri-
bus, quin etiam pro beata Virgine,
quibus tamen nihil brendum ac pur-
gandum superesse certum est; orat
etiam diu longe post mortem Fide-
rum, ut Deus eorum animas liberet de
morte aeterna, in die illa tremendâ,
quando coeli movebuntur et terra; orat
ut eas liberet de poenis inferni, et de

104. profundo laeu, de ore leonis, ne absorbeat
cas Tartarus, ne cadant in obscurum, p.

Ergo Supponit, Apostolos, Martyres, bea-
tam Virginem ipsam nondum iuxta
sui visione; ergo Supponit in privato
iudicio nondum definitam esse fide-
lium sortem, ac pro illis Deum esse ero-
randum, ut eas à poenis inferni liberet.

Resp. 1^o dist. ant. Ecclesia ge-
neratim, et sine ullò discrimine orat pro
omnibus fidelibus defunctis, ita ut ora-
tiones illae per accommodam distributio-
nem ad varium scopum et finem tendant
ac referantur, conc. Ita ut ad unum
et eundem scopum ac finem referantur,
neg. ant. Cum in orationibus liturgi-
cis mentio sit Apostolorum, Martyrum,
B. Virginis; orationes illae non eo fine
ad Deum diriguntur, ut pro illis sanctis,
quorum tam perspecta et probata est fe-
licitas, rogetur aeterna beatitudo,
sed ut suos ipsis triumphos gratulemur,
ut in honore et cultu crescant apud homi-
nes; ut eorum opem ac gratiam apud
Deum imploremus, ac ipsi pro concessis
beneficiis immortales gratias referamus.
Pro his vero, quibus aliquid in Purgato-
rio luendum superest, orationes profi-
ciunt, ac utiles sunt, ut à poenis vel
totam liberationem, vel earum saltem
mitigationem aliquam ac levamen ob-
tineant. Ita S. Aug. et S. Epiphanius.*

* In Enchirid. ad Lau-
rentium c. 110. **

Hilar. haeres. 75. n. 9.

Resp. 2^o preces, quas Ecclesia
longè post obitum fidelium ad Deum
fundit, referri ad diem ipsam mortis. Ec-
clesia scilicet rem praeteritam velut fu-
turam ex desiderio sui ardore considerat,

atque Religionis mysteria, tametsi jam ^{105.}
diu adimpleta, festiva recordatione sic
Exprimit ac celebrat, quasi jam tum adim- ^{sta}
plerentur, aut forent adimplenda. Ita ⁵³
tempore Adventus postulat, ut cito ve-
niat Christus. Rorate, inquit, coeli de-
super, et nubes pluant justum: aperia-
tur terra, et germinet Salvatorem. Et
tempore Paschali ait, Hodie Christus sur-
rexit. et ita de ceteris: non quod igno-
ret, jam diu advenisse Christum, illum
mortuum, et a mortuis suscitatum; sed
quod celebrando memoriam temporis illius,
quo natus, mortuus, et a mortuis susci-
tatus est, nativitatem, mortem et resur-
rectionem ipsius spectet, quasi jam
tum primum implerentur. Ita S. Aug. * Ep. 98. alias 23. ad
Bonifacium Episcopum.

Ob. 7^{mo} Bene multi ex veteri- ^{108.}
bus Ecclesie Scriptoribus, ut Justinus,
Irenaeus, Tertullianus, Nepos, Theophi-
lus Antiochenus, Lactantius, P. Ca-
pice, aliorumque Millennariorum sen-
tentia adhaerunt. alii vero, ut Hi-
larius, in Psal. 138. Chrysostomus, Hom.
39. in 1. Epist. ad Corinth. S. Ambrosius lib.
de bono mortis c. 10. Imò etiam S. Ber-
nardus seculi 12^{mi} Scriptor, Serm. 3. de
omnibus Sanctis; docent, animas justo-
rum sine labe ex hac vita decedentium
aeternam Dei visionem ante corporum resur-
rectionem, et extremum Judicii diem.

106. non fructuras. Quam sententiam ipse
Joannes Papa XXII. Saeculo 14^{to} amplexus est.
Sanctus Denique Augustinus circa hanc quas-
tionem dubius fuit, nam lib. 1. Retract.
c. 14. ait, De Sanctis hominibus jam de-
functis, utrum ipsi saltem dicendi sint
jam in illa possessione consistere, merito
quaeritur. Ergo etiam post tot sanc-
tos et veteres Ecclesiae Doctores et Patres
etiam nunc merito sententia, quam
ipsi protulerunt, propugnari poterit,
aut saltem contraria in dubium adduci.

Resp. trans. ant. neg. cons. Ec-
clesiae fides non ex aliquorum Junta-
tate Catholicorum sententia judican-
da et estimanda est, longe pluribus ex
altera parte reclamantibus: porro mul-
to plures, etiam secundo et subsequen-
tibus Ecclesiae saeculis, Millennariorum
errori repugnasse, atque nostram de
immediata post mortem Dei visione.
sententiam propugnasse ex dictis cons-
tat; nec dissimularunt Justinus et Ire-
naeus, multos inter fideles Christia-
nos sibi ea in re adversatos fuisse.
Vigebat igitur etiam tunc temporis
in Ecclesia Dei doctrinae veritas adver-
sus errorem, tamen nondum plene
fuisset eliquata et definita: unde
multi absque culpa et hereseos vitio er-
rare potuerunt; error enim ex ignoran-
tia et humana infirmitate nascitur,
heresis vero ex animi pertinacia, qua
veritati definita pernicacius reluctatur.
Hanc regulam tradit etiam S. Augustinus,
Ep. 43. alias 162. c. 1. n. 1. At postquam
Ecclesia in Concilio Lugdunensi II. Filo-

ventinō, et Tridentinō supra citatis Defi-¹⁰⁷
nivit, animas Sanctorum, quibus nihil
luendum Superest, Statim ac corporibus
Soluta sunt, fuit visio Dei intuitiva,
nemini citra heresis notam contrarium asse-
re vel tueri licet.

Porro non multum hū nobis laboran-
dum esse arbitramur, ut ea, quae mox
adniti Patres paulo involute aut dure
circa hanc quæstionem elocuti sunt, cum
Catholico Dogmate conciliemus. Quamvis
censeamus, hanc illorum mentem esse ac
sententiam, completam nempe. ex
omni parte, perfectamque non fore feli-
citatem hominis, nisi post resurrectionem,
ob illud, quod anima tenetur, naturale
Desiderium resumendi corporis hui, et
simul cum ipso fruendi plenam laborum
mercedem, prout exponit ipsemet S. Ber-
nardus Sermon. 2. et 3. in festo omnium
Sanctorum.

S. Hilarius cum in Epist. 138. ait:
Humana ista lex necessitatis, ut sepultis
corporibus, ad inferos animae descendant, vi-
detur fuisse locutus de animalibus. Iusto-
rum ante Christi in coelos ascensionem.
quamquam alii putent ex eo, quod ipse
verba generalia sint, idum in errore Ire-
nai versatum fuisse.

S. Chrysostomus vero, quando Rom.
39. in iam ad Corinth. dicit, animum, licet
sit immortalis, sine carne ipsa admiran-
dis illis / coelestibus / bonis non fruaturum,
Solum vult, non Solam animam fruitu-
ram bonis alterius vite: idque dicit, ut
probet corporum resurrectionem. Et vero
ipsemet Rom. 3. in Epist. ad Philippens.

Ha
84

108. asserit, justos esse in Coelis cum Rege suo
facie ad faciem.

Certe S. Ambrosium nostram aperte
tueri sententiam adductis ex coloris supra
pag. 97. demonstravimus. Quando ergo lib.
De bono mortis c. 10. ait, diem iudicii fore
diem corona, loquitur de retributione
mercedis complete non solum essentialiter,
sed etiam integraliter, quae animae et cor-
pori publice coram omnibus danda est;
illa enim proprie dicitur corona, quae
victoribus publice et cum celebritate da-
tur. Profecto S. Augustinus, quamvis lib.
20. de Civ. c. 7. non dissimulet se aliquando
versatum fuisse in opinione Millennario-
rum, proinde de ea merito quæri asserue-
rit; at tandem deposita hac sententiâ
statim à morte justis concedendam esse
intuitivam Dei visionem constantè
docuit, prout supra ^{num. 101.} ~~pag. 98.~~ ex ipso demon-
stravimus.

Quidquid alibi dicat S. Bernardus,
tamen serm. 19. de variis hæc de Beatis
eloquitur: Hoc jam tertio hauriunt aquas
in gaudio de fontibus Salvatoris, et miris
ut ita dicam, oculis divinitatis intuentur
essentiam, nullâ corporeorum phantas-
matum imaginatione decepti. Et Epist.
ad fratres de Hyberniâ S. Malachiam sic
addressatur: Abit, ut tua nun, o anima
sancta, minus efficax astinetur oratio,
quando presentis vividius est supplicare
majestati, nec jam in fide ambulas, sed
in speie regnas.... ad fontem ipsum cha-
ritatis æternæ procumbis, pleno hauriens
ore, cuius et ipsa prius stillantia sitiebas.

Quando ergo serm. 3. de omnibus San- 109.
tis, ait: Advertistis tres esse Sanctorum Sta-
tus animarum: primum videlicet in corpore
corruptibili, secundum sine corpore, ter-
tium in beatitudine consummata. Pri-
imum denique in tabernaculis, secundum
in atris, tertium in domo Dei. . . . In illam
beatissimam domum nec sine nobis intra-
bunt, nec sine corporibus suis, nec sancti
sine plebe, nec Spiritus sine carne. Et
serm. 4. Altare, sub quo Joannes vidit ani-
mas interfectorum, exponit de Christi hu-
manitate, quam nunc vident Martyres,
post diem iudicii visuri divinitatem ipsam:
Solum vult, animas separatas a corpore mi-
nus perfecte seu intense Deum videre, quam
cum illi post resurrectionem unita fuerint:
nempe putavit, animas, propter suum na-
turale recipiendi corporis desiderium, non
tam esse expeditas ad Dei visionem, quam
ubi post resurrectionem desiderium illud
expletum fuerit. Sicut non plenam, in-
quit ait. serm. 3. seu potius repetit, nam idem
dixerat serm. 2. habent tamen letitiam
multam in corde suo anima Sanctorum.
Ipsum enim sine corpore compleri casti-
tia, perfici gloria, consummari beatitu-
do non potest. . . . ut ne dum tota eorum
passio liberè pergat in Deum, sed contra-
hatur quodammodo, et rugam faciat, cum
inclinatur desiderio corporis.

Quod denique Joannem Baptam XXII.
attinet, fatemur eum in contrariam sen-
tentiam multum propendisse; attamen
circa idam nihil unquam definit aut do-
cuit ut summus Pontifex et Universalis Ec-
clesie Rector, vel publico diplomate toti Ec-

Thimo
55^a
P. Antoine Soc.
Jesu Tom 2. part. 1.
Theol. univers. de
Deo uno c. 4. art. 3.
ait, Joannem XXII. o

110. *eclesia credendum proposuit. Non asserendo,*

P * *apud Bullarum Hist. Universitatis. Tom. 4. pag. 237.*

inquit Theologi Parisienses, Lepinian- do, seu solummodo recitando opinionem protulit tanquam privatus Doctor Sibi et.

* *Rainaldus ad an. 1334. n. 27. et 28.*

historio, sibi nempe, cum de hac re loquutus erat, nusquam propositum fuisse de-

U *hunc errorem docuit.*

finire suam opinionem: sibi que displi-

se eo tempore, quo veritas appropita non- dum erat ab Ecclesia definita, ubi certo scilicet, cum exploratum habeamus, eam- dem veritatem jam an. 1247. in Concilio Lugdunensi II. ab Ecclesia fuisse expressis verbis definitam, id est 109. ad minimum 69. annis, antequam Joannes XXII. verum Ecclesie potiretur, nam Pontificatum iniit an. 1316.

cere priorem, quam defenderat, sententiam, ac contrariam se amplecti, nisi aliter ab Ecclesia postea definiretur. Unde Benedictus XII. ejus immediatus Successor in Bulla Benedictus Deus, ubi sententiam nostram definit, testatur, Joannem morte preventum non definivisse questionem istam.

S. Quartus.

Utrum anime Sanctorum, quibus aliquid superest expiandum, ad tempus in Purgatorio detineantur, atque Fidelium precibus ac suffragiis juventur et subleventur.

Purgatorii nomine intelligunt Catholici locum in quo iustorum anime detinentur, donec iustitie divine plene satisfecerint, vel pro aliqua poena temporali, qua ipsis post condonatum culpam solvenda superest, vel pro levioribus ac venialibus

* *Post condonatum in hac mortalivita culpam plurimum superesse poenam temporalem profecto- dam manifestum. est exemplo Davidis, qui a Propheta Nathan reprehensus ait: Peccavi Domino. Si-*

quibusdam noxis, illis, dum viverent, non remissis. Hic sistit dogma Catholicum, nec ulterius progreditur. Quis enim sit, et ubi locus ille, quodve poenarum genus anime illic sustineant: an tantum tristitia cuiusdam et doloris, ob dilatam beatitudinem; an quod obscuro quodam et caliginoso

carcere recludantur; vel igne corporeo tor-
queantur: qua sit mensura, quis modus,
qua duratio, quis minister hujus poena, Ecce-
lesia silente nec definiente, certo affirmare
nec possumus, nec debemus. Communior
tamen Theologorum opinio est, verò et mate-
riali igne animas illas ibidem cruciari. Nos
jam in Logica nostra part. i. c. 4. num. 76.
ostendimus, fieri posse, ut anima à corpo-
re separata hujusmodi Purgatorii igne
torqueatur, atque eundem dolorem sen-
tiant, quò quis afficitur, cum ad motò igne
uritur, quia etiam tunc, quando corpori
conjuncta erat, ipsa cruciabatur, nec corpus,
dolorque nihil aliud erat, quam quaedam
anima tristitia, qua affligebatur ob ea,
quae in corpore, cum à Deo colligata erat,
peragebantur; nihil igitur obesse videtur,
quominus coniciamus, Divinam Justiti-
am posse aliquam materia partem ani-
mae separata ita accommodare, ut illius
motus in eà molestas cogitationes exci-
tare possit, quemadmodum indebitus
corporis, seu aliusque partis corporis, ~~motus~~
motus qui in hac vita conjuncta est, motus
hujusmodi molestas, et tristitia cogita-
tiones excitat, et procreat.

Herius, de quo S. Epiphanius, her. 110.
79. et S. Augustinus, her. 93. orationes pro
mortuis damnando, Purgatorium sustu-
lat: inde enim sequitur, aut mortuos pre-
cibus non indigere, aut eis juvari non posse.

Idem triti sunt Valdenses, teste
Guidone Carmelita, in Summa de Haereticis,
Apostolici, de quibus S. Bernardus,
Serm. 68. in Cant. ubi eos appellat viros

iii.
xitique Nathan ad David:
Domine quoque trans-
tulit peccatum tuum....
Verumtamen quoniam
blasphemare fecisti ini-
micos Domini propter
verbum hoc, filius, qui
natus est tibi morietur.
En famosum exemplum
poenae temporalis, qua
post condonatum cul-
pam laenda superest.
Sed haec de re plura in-
ferius in Tract. de poe-
nitentia Tom. 4. The-
ologia nostra.

Eva
56

112. agrestes et idiotas, qui non credunt, inquit,
ignem purgatorium vestare post mor-
tem, sed statim animam solutam à corpore,
vel ad requiem transire, vel ad damnationem.

Verum nulli audacius dogma Pur-
gatorii oppugnare, quam Lutherus, et
Calvinus.

Lutherus nullum esse docet post
hanc vitam purgatorium, sed in vita
duntaxat et in ipsa morte; horrorem
quippe ac mortis poenam purgare, si quid
purgandum superest. Et in Libro ad
Vahlenses de Eucharistia: cum, inquit, ne-
gatis purgatorium, damnatis Missas,
Vigilias, Cenobia, Monasteria, et quid
quid per hanc imposturam erectum est,
per omnia etiam probò.

Calvinus lib. 3. Institut. c. 8. n. 6.
ait: Purgatorium multis blasphemis
constructum esse..... exitiale esse Sata-
nae commentum, quod Christi crucem
evanuat, quod contumeliam Dei mise-
ricordia non ferendam inrogat, quod
Fidem nostram labefacit, et evertit.
sed contra hos ponitur

iii.

Conclusio.

Justorum animae, quibus post
mortem nonnihil superest expiandum,
Purgatorii poenis illud expurgare prius
tenentur, quam ipsis concedatur a peccatis
Dei conspectu frui; atque ut mitio-
res fiant, et breviores earum poena, vi-
ventium suffragiis juvari possunt, ac
sublevari.

Prob. 1^a pars Conclusionis 1^o Ex
Scriptura. Matth. 12. v. 32. haec ait Chris-

tus: Quicumque dixerit verbum contra
Filium hominis, remittetur ei: qui autem
dixerit contra Spiritum Sanctum, non re-
mittetur ei, neque in hoc saeculo, nec in fu-
turo. Supponit huiusmodi Christus, quaedam
 esse peccata, quae in futuro saeculo remittun-
 tur: non remittuntur autem reprobis; ergo
 remittuntur iustis, quibus purgandum ali-
 quid superest.

2^o 1. Cor. c. 3. v. 11. Hac inter alia
ait Apostolus, Dies Domini Declarabit, quia
in igne revelabitur, et uniuscuiusque opus,
quale sit, ignis probabit. Si cuius opus man-
terit, quod superaedificavit, mercedem au-
piet, si cuius opus arserit, detrimentum pa-
tietur: ipse autem salvabitur; sic tamen
quasi per ignem. In Die ergo Domi-

ni uniuscuiusque opera ignis probabit, eius
 opera mala levia et venialia, quae charita-
 tem minuant dumtaxat, non extinguunt,
 vel etiam gravia quoad culpam quidem,
 non vero poenam temporalem remissa ase-
 rint, ipse quidem detrimentum patietur,
 id est punietur et poenam sustinebit tran-
 sitoriam sibi et temporalem, sed salva-
 bitur quasi per ignem, id est, igne purgato-
 ri expurgabitur.

Prob. 2^o eadem pars ex SS. Patribus.
 S. Augustinus lib. 21. de Civ. c. 24. ad priorem
 Matthaei locum, Neque enim, ait, de quibus-
dam veraciter diceretur, quod non eis remit-
tatur, neque in hoc saeculo, neque in futu-
ro, nisi essent, quibus etsi non isto, ta-
men remitteretur in futuro. Eadem
 repetit lib. 6. contra Julian. c. 15. n. 15.

In Psal. quoque 37. ad alterum Apos-
toli textum, Salvati erunt, ait, sic tamen
quasi per ignem..... De utroque igne sciri
essent; non solum de ido aeterno.... sed
etiam de ido, qui emendabit idos, qui per
ignem salvati erunt.

Prima

St.

pag 57

Augustinum sequitur Gregorius Ma-
gnus lib. 4. Dial. c. 39.

Idem Gregorius Magnus loc. cit. ad
priorem Christi sententiam, In qua, inquit,
sententia datur intelligi, quasdam culpas
in hoc saeculo, quasdam vero in futuro pos-
se relaxari.

Et S. Bernardus Serm. 68. in Cant. ad-
versus eos, qui Purgatorium impugnant,
sic ait: Si non credunt ignem Purgatorii
restare post mortem.... querant ab eo, qui
dixit, quoddam peccatum esse, quod neque
in hoc saeculo, neque in futuro remittetur.

Prob. 2. In pars Conclusionis 1.º ex
Scriptura. Lib. 2. Machab. c. 12. v. 43. De
Iuda Machabaeo dicitur: Facta collatione
duodecim milia drachmas argenti misit
Ierosolimam offerri pro peccatis mortuorum
sacrificium, benè et religiose de resurre-
ctione cogitans..... Sancta ergo et salubris est
cogitatio pro defunctis exorare, ut à peccatis
solvantur. En purgatorium clarè defini-
tum, et stabilitum.

Porro hunc 2.º dum Machabaeorum li-
brum divinum et canonicum esse supra Tom.
1.º Theoloy. nostrae, Trait. 1.º de S. Scriptura,
part. 2.º c. 2.º pag. 303. humiliter demons-
travimus.

Et verò etiamsi auctori libri huius
non alia, quam humana historia fides tri-
bueretur, ex hoc tamen Iuda Machabaei,
quod refert, factò aperte colligitur, publi-

ia tunc temporis, jam omnibus persuasum fuit^{115.}
se, Superfluas non esse, nec vanas viventium
pro defunctis orationes. Judas enim, cum
esset ex genere Sacerdotali, credendus est
hoc mandasse, quod sicbat, accepta à Ma-
joribus antiqua consuetudine Sacrificio-
rum, observari solitum esse, licet id ex
prope scriptum non legatur. atque satis
ex eo probatur pia consuetudo Sacerdotum
et aliorum fidelium hujus temporis, cum
certa persuasione, quâ credebant, talia non
frustra, nec inaniter fieri.

Prob. 2.^{do} Ex perpetuo ac constanti
usu Ecclesia, quæ pro mortuis publica suf-
fragia ac incrementum Missæ Sacrificium
semper obtulit.

Tertullianus hujus consuetudi-
nis meminit, lib. De coronâ Militis
c. 3. Oblationes, inquit, pro defunctis
annuâ die facimus. Et lib. De Mono-
gamiâ ultra medium, de officio vi-
dua fidelis erga maritum ita scribit:
Pro animâ ejus orat, et refrigerium in-
terim adpostulat ei, et in primâ resur-
rectione consortium, et offert annuis die-
bus Dormitionis ejus.

S. Cyprianus Ep. 66. prohibet, ne
Sacrificium offeratur pro defuncto Victo-
re; quod contra præscriptam legem, Ge-
minium Faustinum Presbyterum ausus
fuisse actorem constituere, seu ad tute-
lam vel curam nominare.

S. Ambrosius pro fratre suo Sa-
tyro, pro Valentiniânô, Gratianô, et Theo-
dosio Imperatoribus defunctis Solemnes

110. ad Deum supplicationes, ac Myrta Sacrificium obtulisse legitur.

Verum ut alia quamplura exempla taceamus, S. Aug. lib. 9. Confess. refert, Monicam matrem suam vehementer rogasse, ut huius memoria in peragendis mysteriis fieret ad altare; ac re ipsa votis ejus satisfactum fuit, cum oblatum est pro eâ sacrificium pretii nostri, inquit S. Aug. c. 12.

Et lib. De cura pro mortuis gerenda c. 1. n. 3. In Machabæorum libris, inquit, legimus oblatum pro mortuis sacrificium. Sed etsi nusquam in Scripturis veteribus omnino legeretur, non parva est universa Ecclesia, quæ in hac consuetudine claret, auctoritas, ubi in precibus sacerdotis, quæ Domino Deo ad ejus altare funduntur, locum suum habet etiam commendatio mortuorum.

Et Serm. 172. alias 32. De verbis Apostoli, n. 2. Orationibus, inquit, Sancta Ecclesia, et sacrificio salutari, et elemosinis, quæ pro eorum spiritibus erogantur, non est dubitandum mortuos adjuvari, ut cum eis misericordius agatur a Domino, quam eorum peccata meruerunt. Hoc enim à Patribus traditum universa observat Ecclesia.

2. 58
†
§ * an. Chr. 397. Casthaginensi III. c. 29. quo Decernitur, ut Sacramenta altaris non nisi à jejunis celebrentur, excepto uno die anniversariis, quo Corpora Domini celebratur. Nam si aliquorum pomeridiano tempore defunctorum commemoratio facienda est, solis orationibus fiat, si illi, qui faciunt, jam pransi reperiantur.

¶ * an. Chr. 398. Casthaginense IV. c. 79. Poenitentes,

inquit, qui attentè leges poenitentiae exequen-^{117.}
tur, si eam in itinere, vel in mari mortui
fuerint, ubi eis subveniri non possit, memo-
ria eorum, et orationibus, et oblationibus
commendetur.

Concilium Lateranense IV. Sub Inno-^X
centio III. * an. 1215. c. 68. ubi dogma Burza-^{* an. 1215.}
torii Traditione, et usu ~~hanc~~ constare sup-
ponit: siquidem preces pro requie fide-
lium defunctorum approbat, quas turpis
lucri gratia fieri prohibet. Pravas exactio-
nes super his fieri prohibemus, ajunt Pa-
tres Concilii.

Lugdunense II. Sub Gregorio X. anno ⁴ an. 1274.
1274. in formula fidei graecorum: Si ve-
poenitentes in charitate deceperint, ante-
quam dignis poenitentes fructibus de com-
missis satisfecerint, et omnis: eorum ani-
mas in poenis purgatoris post mortem pur-
gari, et ad poenas hujusmodi relevandas
prodesse eis, fidelium vivorum suffragia,
Missarum scilicet sacrificia, orationes et
eleemosynas, et alia pietatis officia, quae
à fidelibus pro aliis fidelibus fieri consue-
verunt secundum Ecclesiae instituta.

Alexandrinum * Sep. ult. in Decre-⁴⁷ * an. 1438.
to de Burgatorio, cui Graeci subscripserunt,
quod eandem continet fidei professionem,
quae mox ex Concilio Lugdunensi II. rela-
ta est.

Concilium denique Tridentinum ^a * exorsum an. 1545.
Sep. 25. Decreto de Burgatorio docet: Bur-^a finitum an. 1563.
gatorium esse; animasque ibi detentas
fidelium suffragiis, potissimum vero accep-
tabili altaris sacrificio juvari; atque Epis-
copis praecipit, ut sanam de Burgatorio
doctrinam à SS. Patribus et sacris Coni-

118. illis traditam à Christi fidelibus eredi, tene-
ri, doceri, et ubique predicari diligenter
studeant. Apud eundem vero plebem diffi-
ciliores ac subtiliores quaestiones, quaeque
ad edificationem non faciunt, et ex qui-
bus plerumque nulla sit pietatis accipio
à popularibus conuentionibus secludantur, in-
certa item, vel quae speie falsi laborant,
evulgari ac tractari non permittant. Ea
vero, quae ad curiositatem quamdam aut
superstitionem spectant, vel turpe haerum
sapiunt, tanquam scandala et fidelium
offendicula prohibeant. Nihil eo Decre-
to sapientius; et ad praecavendas Novato-
rum querelas et calumnias consultius ni-

Ca
* quis post haec non rideat hil.*

Casimirum Ordinum
ex Monacho Ordinis Bra-
monstratensis in gallia
miserum apostatam Cal-
vinianum, et Syrophan-
tam turpissimum, qui in
sua raptoria, cui titulum
fecit: Commentarius de Scriptura
toribus Eccles. tom. 1. Sac. 6.
colim. 1515. scribere non
erubuit, S. Gregorium
magnum primum esse pur-
gatorii inventorem.

Prob. 4^{to} rationibus Theologicis.
1^o Ex Dictis certum est apud omnes Ortho-
dos, remissa per poenitentiam culpa mor-
tali et reatu poena aeterna, Superesse poe-
nam aliquam temporalem, iustitia di-
vina solvendam Sive in ista Sive in alte-
ra vita. Atque in eo distinguitur baptis-
mus à poenitentia, quod per baptismum
omnis relaxetur ac remittatur poena, non
item per poenitentiam: unde nulla poe-
na seu satisfactio repetitur à baptisatis
sicut à poenitentibus, qui post baptismum
Cappi sunt. Ita declarat Concilium Trident.
Sess. 5. Can. 30. Alioquin, ait S. Thomas,
melioris conditionis essent negligentes, quam
solliciti, si poenam, quam hinc pro peccatis
non implent, non sustineant in futuro. Re-
tardantur igitur animae bonorum, qui ha-
bent aliquod purgabile in hoc mundo, à pra-
e-nii consecutione, quousque poenas purga-
torias sustineant.

2^o Non minus apud Catholicos
certum est, inter peccata, alia esse mor-

3. 59

* lib. 4. cont. gent.
c. 91.

talia, quae charitatem extinguunt, et anima^{ii9.} mortem inferunt; alia vero sunt atque venialia, et quotidiana, pro quibus agenda est quotidiana poenitentia. Ita docet S. Aug. Rom. 27. et 50. lib. 83. questionum quart. 26. Atqui multi sunt, etiam inter Justos, qui cum levioribus illis ac venialibus peccatis extremum diem obunt, quorum veniam huc non impetrant, live quod morte preveniantur, live quod minus ardens et intensa in eis sit charitas; illi autem in conspectum Dei non admittentur, nisi prius purgata ac detersa fuerint leves illae lordes: Nihil enim inquinatum intrabit in Jerusalem coelestem. Apocal. 21. v. 27. Ergo.

3^o. Certum denique est, quod fess Symbolum Apostolorum, quamdam esse Sanctorum Communionem, qui communi charitatis vinculo inter se colligati mutuam sibi opem ferunt. Omnes enim Sancti et fideles unius corporis Ecclesiae membra sunt: Membra autem corporis, ait Apostolus i. cor. 12. v. 25. pro invicem sollicita sunt; et si quid patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra. Atqui haec est vera radix et causa, cur mortui viventium precibus et suffragiis; ac vicissim Sanctorum in coelo¹ degentium orationibus viventes sublevari possint. Suffragia vivorum, ait S. Thomas, * In Supplem. q. 73. art. 9. pro sunt defunctis secundum quod unum-
tur viventibus in charitate. Jure nimirum communionis, quae est inter omnia unius Ecclesiae membra. Est quippe Ecclesia militans in terris, aut in coelo¹ trium-

* In Supplem. q. 73. art. 9.

erubi, tona
genter
em diffi
; quaque
t ex qui
tis accep
antur, in
i laboran
ttant. Ca
dam aut
pe huc
idelium
es Dece
s Novato
ltius in
logias.
Orthodo.
pā mor
spe poe
titia di
re in al
tur by
rtismu
poena
ulla poe
baptis
ptismu
um Tribu
S. Thom
entes, quā
p peccat
futuro, d
um qui
undo a pa
mas purg
tholico
spe mor

De
* vide proloqui-
um in tract. de
Ecclesia, Tom. i.
Theol. nostra. 112

120. phans, aut in Purgatorio patiens, una et
eadem quoad Substantiam; diversa tan-
tum quoad modum et Statum*.

Solvuntur Objectiones.

Ob. 1^o Scriptura testatur, nul-
lum pro peccatis in hac vita commissis, et
non condonatis superesse in altera reme-
dium. quodcumque facere potest manus
tua, instanter operare: quia nec opus,
nec sapientia nec scientia erunt apud
inferos, quo tu properas. Eccl. 9. v. 10. Et
c. 11 v. 3. Si ceciderit lignum ad austrum,
aut Aquilonem, in quovunque loco ce-
cidit ibi erit. Ergo.

Resp. neg. ant. ad idem Ecclesias-
tis textum dicimus cum S. Gregorio Magno
lib. 4. Dial. c. 39. illum etiam de iis, qui in
Purgatorio detinentur intelligi posse, ut
qui cum in altera vita nova sibi merita
comparare non possint, his in presenti
bonis operibus ad laborare debent, ut post
mortem saltem aliorum suffragiis ac meri-
tis juvari mereantur.

Ad 2^{um} Resp. Sapientem ad lit-
teram loqui de morte corporali, ac velle di-
cere, ita homines necessariò morituros, et
cum mortui fuerint, per se nunquam ad vi-
tam redituros, quemadmodum lignum tan-
dem aliquando cadit, et ibi manet, ac pu-
trescit, ubi cecidit. Si autem illum de
statu animae intelligere velimus, sensus est
post hanc vitam duplicem duntaxat esse sta-
tum fixum et permanentem: unum iustitiae
in celo, à quo nunquam exiident sancti;
alterum impietatis in inferno, unde nun-

A. 50

quam liberandi sunt reprobi. At inter utrum^{121.}
que idem statum fixum et immobilem, fa-
tur aliquis temporalis et transitorius, iusto-
rum scilicet, quibus aliquid superest poenis
Purgatorii expiandum.

Ob. 2^o. Duos tantum ordines eorum^{113.}
qui à vita decedunt Scriptura commemo-
rat: iustorum scilicet, qui statim Deo fru-
untur, et impiorum, qui torquentur in
inferno. Ergo tertius non superest purga-
torii locus.

Ant. prob. pluribus Scriptura testi-
monis: Matth. 25. v. 34. electis dicitur: Veni-
te benedicti Patris mei, possidete regnum...
aliis vero: Ite maledicti in ignem aeternum.

Joan. 4. v. 24. Amen amen dico vobis, quia
qui verbum meum audit, et credit ei qui
misit me, habet vitam aeternam, et in
iudicium non venit, sed transit à morte
in vitam.

Apocal. 14. v. 13. Beati
mortui, qui in Domino moriuntur. An-
do dicit Spiritus, ut requiescant à labori-
bus suis: opera enim illorum sequuntur illos.
atque pii omnes in Domino moriuntur.
Ergo omnes pii post mortem sunt in requie,
ergo nulla poenâ torquentur.

Sap. 3. v. 1. Iustorum animae in ma-
nu Dei sunt, et non tanget illos tormentum
mortis. Etc. 4. v. 7. Iustus, si morte pra-
occupatus fuerit, in refrigerio erit. Ergo
non in poenâ.

Rom 8. v. 1. Nihil damnationis est
eis, qui sunt in Christo Jesu. Atque omnes
iusti sunt in Christo Jesu. Ergo, p.

2. Cor. 5. v. 1. Scimus, quoniam si
terrestis domus nostra huius habitationis
dissolvatur, quod aedificationem ex Deo

127. habemus, domum non manufactam, aeternam
in caelis. Denique ibid. v. 10. Omnes nos
manifestari oportet ante Tribunal Christi,
ut referat unusquisque propria corporis, pro-
ut gessit, sive bonum, sive malum.

Resp. ad arg. dist. ant. Duo tantum
sunt hominum post mortem ordines, quoad
statum fixum et permanentem, conc. quo
ad statum fluentem, et transitorium, neg.
ant.

Ad 1^{um} Ex Scriptura adductum tes-
timonium Resp. loqui Christum de ulti-
mo iudicio post generalem corporum re-
surrectionem, cum fixus et permanentis
erit hominum status, Sanctorum in caelo,
impiorum in inferno: nullus autem tunc
erit Purgatorio locus, nullus indulgentia.
Verum, ante illum ultimi iudicii diem,
medius quidam est animarum status tran-
siciens, et non permanens; earum scilicet
quae igne, seu poena Purgatorii expiabunt,
quidquid ipsis superest expiandum ac pur-
gandum.

Ad 2^{um} Idem Ex Joan. 4. Iudicium idem
etiam ad idem ultimum iudicium referri
debere, non ad statum animarum, iustarum
ante idem iudicii diem, prout ostendunt
ea, quae sequuntur v. 25. Amen dico vobis,
quia venit hora, et nunc est, quando mor-
tui audient vocem Filii Dei; et qui audie-
rint vivent. Et v. 28. Nolite mirari hoc,
quia venit hora, in qua omnes, qui in mo-
mentis sunt, audient vocem Filii Dei:
et procedent, qui bona fecerunt, in resur-
rectionem vitae: qui vero mala egerunt, in
resurrectionem iudicii.

Ad 3^{ium} Ex Apocal. loquitur hic
S. Joannes de viris perfectis, ac praesertim
de Sanctis Martyribus: eos enim hic conso-

lari volebat / qui in charitate perfecta mori¹²³
untur, neque aliquid purgandium seum fe-
runt. Quamquam et ii, qui in Purgatorio
detinentur, beati quoque, et in Domino esse
mortui dici possunt, cum certa sit eterna eo-
rum salus.

Quod si vero adductus Apoc.
textus, intelligatur de miseris ac calamitati-
bus huius vite, prout nonnullis placet, nihil
contra nos facit: Sensus enim est, Sanctos illos
à doloribus, et cruciatibus, quibus in hac vita
obnoxii fuere per mortem tandem liberari;
tametsi nonnihil in Purgatorio ad plenam
et perfectam munditiam patientur.

Ad 4^{um} Ex Sap. 3. In privato uni-
usuiusque Iudicio statim ab ipsa morte,
aeterna uniusuiusque sortis, seu beata in coe-
lis, seu misera in inferno certa ac determina-
ta est. Unde Iusti in Purgatorio detenti
dicuntur esse in manu Dei, id est, in tutissi-
ma apud Deum custodia, tuti ab omni
tentatione ac periculo, atque de huius aeter-
na beatitudine securi. Unde et dormire
dicuntur in somno pacis, ut legimus in
Canone Missae. Aliquo etiam sensu
dicuntur esse in refrigerio; tum quia
spe certa futurae felicitatis se ipsos solan-
tur; tum quia non patiuntur amplius
artum tentationum huius saeculi.

Ad 5^{um} Ex Ep. ad Rom. Paulus eo
loco disputat de concupiscentia, ac vult
dicere, eos, qui sunt in Christo Jesu, et
ejus gratia muniti non consentiunt moti-
bus carnis suae, nihil peccati contrahere ex
ejusmodi motibus. Itaque hoc loco Pur-
gatorium non impugnatur, sed adversario-
rum nostrorum haeresis, qui vera peccata
spe volunt etiam eos motus, quos interdum jus-
tus sentit, licet eis non consentiat.

5. 61

Quod si serio intelligatur de Decedentibus ex hac vita, de Justis idis loqui dicendum est Apostolus, quorum ardens, et eximia est charitas, atque in tali perfecta charitate statim à morte ad coelos evolant, nullo interjecto purgatorio loco; quia nihil purgandum habent; tales sunt omnes Martyres, et omnes, qui statim à percepto baptismo ex hac vita rapiuntur: quamquam et is, qui sunt in Purgatorio, nihil quoque damnationis esse merito dici potest, cum certa sit aeterna eorum salus.

Ad 6^{um} In Ep. ad Cor. 2^a Apostolus id solium aperit, patere scilicet domum coelestem post mortem, non patere ante mortem: quod autem omnes pii statim post mortem transferantur ad coelum non aperit, sed potius contrarium indicat, cum ait ibid. v. 3. Si tamen vestiti, et non nudi inveniamur. Significat enim his verbis, eos, qui meritis et virtutibus vestiti sunt, ac proinde perfectam poenitentiam in hac vita egerunt, mox in domum coelestem deduci; alios autem salvari quidem, sed sic tamen, quasi per ignem, ut ait, i. ad Cor. 3. v. 15.

Ad 7^{um} In eadem Ep. et c. 5. v. 10. Verissima est Apostoli Sententia; iusti enim in altera vita suffragiis viventium juvantur pro conditione scilicet et mensura bonorum operum, quae illi in hac vita fecerunt. Non enim ipsis nova post istam vitam accrescunt merita, sed ex procedentibus merentur, ut juvari possint à viventibus. Ita textum hunc exponit S. Augustinus c. 110. In chivili.

Eodem prois sensu intelligi debet illud Apostoli ad Galat. 6. v. 5. Unusquisque onus suum portabit. Sive, quia non propter aliena, sed propter propria peccata quisque

punitur: Sive quia aliorum meritis non ^{125.}
iuvabitur post mortem, nisi propria ipsius in
hac vita precesserint: sive denique, quia in
ultimo Iudicio nemo aliorum suffragiis ac
precibus iuvari poterit, sed quisque ex iis,
quae gessit, in corpore iudicabitur.

Ob. 3^{to} Ezechielis 18. v. 21. dicitur ^{114.}
tur: Si impius egerit poenitentiam ab om-
nibus peccatis suis, quae operatus est.... om-
nium iniquitatum eius non recordabor.
Qui ergo ex hac vita discedunt, vel poeni-
tentiam egerunt, vel non? Si prius, eo-
rum iniquitatum Deus non amplius recor-
datur; non ergo eos punit, sed admit-
tit statim ad gloriam. Si vero poeni-
tentiam non egerunt, nullus ipsis indul-
gentiae ac satisfactioni locus relinqui-
tur. Ergo p.

Resp. Dist. ant. Si impius ege-
rit poenitentiam perfectam ac comple-
tam, ut omne debitum poenae, non
tantum aeternae, sed etiam temporalis
persolverit, iniquitatum illius Deus
non recordabitur, omnemque ipsi poe-
nam etiam temporalem relaxabit, ut
fit in Martyribus, aliisque eximie
sanctis, conc. Si omnino perfectam ac
completam non egerit poenitentiam,
iterum dist. iniquitatum eius Deus
non recordabitur, ita ut eas non pu-
niat aeternam poenam, conc. poenam tem-
porali, neg.

Ob. 4^{to} Latroni in extrema ho- ^{115.}
ra converso Christus ait, Luc. 23. v. 43. Ho-
die mecum eris in paradiso. Ergo con-

662

126. versio cordis perfecta sufficit ad salutem
sine satisfactoria poena, adeoque sine Bur-
gatorio.

Resp. Dist. cons. Ergo conversio cor-
dis perfecta sufficit ad salutem sine ulâ
post hanc vitam satisfactione, si tanta
fuerit charitatis vehementia, ac tantus
ardor, ut omnem poenitentis maculam pec-
cati et reatum poenae etiam temporalis
eluat, ut contingit in Martyribus: mayo-
rem enim charitatem nemo habet, quam
qui animam ponit pro amicis suis, con-
scius, neg. cons. Porro necesse est sum-
mam in latrone illo fuisse, Deo donante
charitatem: quamquam et ille gravissi-
mam egit poenitentiam, cum durissi-
mam, ac turpissimam mortem constan-
ti ac patienti animo toleravit. Poeni-
tentia enim non semper ex diuturni-
tate temporis aestimanda est, sed ex ar-
dore charitatis.

116. Ob. 5^{to} Nulla poena seu satis-
factio ab iis est exigenda, pro quibus Chris-
tus plenè ac superabundanter satisfecit.
Atqui Christus pro omnibus peccatis nostris
plenè ac superabundanter satisfecit. Ergo.

Resp. neg. maj. Christi enim
satisfactio etsi superabundans nostras
non tollit nec impedit, sed magis perficit:
quidquid enim pretii ac valoris ha-
bent humana nostra opera, derivatur
à meritis Christi. Ne ipsa quidem
plenè pro nobis satisfecit Christus pretio
sanguinis sui; sed pretium illud nobis
applicari debet per sacramenta, et per
bona opera nostra*. *Coheredes Christi si
tamen compatimur, ut et conglorificemur.

f * Rom. 8. v. 17.

g * Per sacramenta, si
debitè percipiam-

Ob. 6^{to} *Presente culpa, crescit et*
 poena. Ergo culpa decrescente vel omni-
 no sublata, tollitur et poena; ergo re-
 missa omni culpa, remittitur etiam om-
 nis poena. Atqui iustis in charitate
 defunctis omnis culpa remittitur. Ergo
 et poena; ergo nulla ipsis post hanc vi-
 tam luenda superest: sublata enim
 causa tollitur effectus.

Resp. Dist. primum cons. Ergo
 sublata culpa mortali tollitur et poe-
 na aeterna, con. poena temporalis, neg.
 Remissa omni culpa mortali non semper
 remittitur omnis poena temporalis.
 Peccata quaedam venialia etiam in ius-
 tis esse possunt, cum extremum diem ob-
 eunt, quae quamvis charitatem non
 extinguant, tamen purgari et expia-
 ri debent poenis quibusdam tempora-
 libus, supra demonstravimus.

Negamus etiam sublata causa
 omnem tolli eius effectum; mala enim
 actus, seu actuale peccatum causa est
 reatus culpa et poena: attamen rema-
 net ille reatus, etiam postquam fluxit,
 ac transit eius causa, seu actus peccati.
 Pariter extinguitur igne, qui est causa ca-
 loris, superstes remanet calor; disrupto
 gladio, unde vulnus inflatum est, re-
 manet vulnus.

Ob. 7^{mo} *Gal. 126. v. 3. dicitur, 118.*
Cum dederit dilectis suis bonum: ecce
hereditas Domini. Ergo Purgatorium
 non est medium inter mortem fidelium
 et coelestis hereditatis consecutionem.

Resp. Neg. cons. Verba enim illa

117.
 tollitur reatus cul-
 pa lethalis, et poena
 aeterna: per opera au-
 tem nostra satisfacto-
 ria applicatur ad tol-
 lendam poenam tempo-
 ralem. Poena quippe
 aeterna commutatur
 in temporalem, quan-
 do culpa remittitur:
 quia cum remittitur
 culpa, redditur ami-
 citia, et consequen-
 ter jus ad gloriam; ac
 proinde non amplius
 locus est aeternae puni-
 tionis: attamen exigunt
 iustitia divina iura,
 ut peccatum aliqua
 ratione puniatur; et
 idcirco poena aeterna
 mutatur in tempora-
 lem. Punienda ergo
 sunt peccata vel in hac
 vel in altera vita.

7. 63

salutem
 e sine bu
 nversio
 sine ubi
 si tanta
 ai tantu
 culam pe
 poralis
 is: mayo
 t, quem
 is, conc
 est lum
 s donante
 ravifi
 durifi
 constan
 Boeni
 uturmi
 sed exa
 seu lau
 iibus
 latisfe
 atis not
 feat. In
 ti enim
 s nostras
 is peff
 abis ha
 rivatur
 midem
 tus post
 no not
 a, et per
 hoisti
 orificum

128. Palmista exponi possunt, vel de cetera securitate assequenda hereditatis; vel de gloriosa carnis resurrectione, quae Christi hereditas est, quam sanguine suo nobis acquisivit, ac sanctis suis in ultimo Iudicio retribuet. vel de illis iustis, qui summam Dei charitate luenti, ac dirissima quaeque pro Christo perpessi, quales fuerunt Martyres, nihil post vitam huius labores, ac tolerata fortiter tyrannorum supplicia, expiandum ac purgandum habent.

ii9. Ob. 8^o S. Augustinus nonnullis in locis de Purgatorio dubius fuisse videtur, ut Enchiridii c. 8. lib. 21. De Civ. c. 26. lib. de fide et oper. c. 18. lib. de octo Dubitantiis questionibus. Ergo.

Resp. neg. ant. Cujus falsitatem aperte demonstrant ea, quae ex ipso protulimus testimonia. Ergo adductis locis non dubitat, an sit Purgatorium, sed an cetera quaedam peccata levia et imperfectiones ex humana fragilitate contracta ibidem puniantur; item quis sit idarum Purgatorii poenarum modus.

Inst. 1^o Idem S. Doctor Epist. 199. alias 80. n. 2. In quo, inquit, quemque invenierit huius novissimus dies, in hoc eum comprehendet mundi novissimus dies: quoniam qualis in die isto quisque moritur, talis in die illo iudicabitur. Et tract. 49. in Joan. n. 10. Requiem, ait, quae continuo post mortem datur, si ea dignus sit, tunc accipit quisque, cum moritur.

Resp. ad idem Idem vult huius S. Augustinus, nempe post vitam praesentem, merita vel demerita non crevere; sed unumquemque talem fu-

129.
turum in ultimò iudiciò, in ordine ad glo-
riam, vel gehennam, qualem postrema
vita dies illum invenerit. Non autem
excludit intermedium quemdam ac tran-
sitorium Statum, in quo animae iusto-
rum purgantur, si quid ipsis purgandum
superest.

Ad 2^{um} Dum Patet ex ipso textu. So-
lutio. Conditio enim hæc, quam apponit
S. Augustinus, si dignus sit, manifestè
declarat mentem illius esse, justum re-
quiem illam non adipisci, nisi dignus
fuerit; hoc est ad plenum purgatus. Ergo
igne Purgatorii prius mundari debet, si
quid sordium adhuc animo adheresit,
quam illa perfectà requie fruatur.

Inst. 2^o Lib. 2. de peccat. merit.
et remis. c. 33. dicit, peccata huius remissa
non obesse post hanc vitam. Et lib. de
Spiritu et Litt. c. 28. aperit, peccata venia-
lia hominem justum non impedire à vitâ
eternâ. Atqui obessent atque im-
pedirent, si daretur Purgatorium p. Ergo.

Resp. Neg. min. Peccata quorundam
culpam et reatum poena eterna huius remis-
sa non obsunt post hanc vitam consequen-
de glorie tardius aut citius, prout magis
vel minus quis mundus fuerit à leviori-
bus noxiis, aut temporali poena plus vel
minus obnoxius. Peccata item venia-
lia non extinguunt charitatem, et con-
sequenter non impediunt justum à vitâ
eternâ huius tempore consequendâ, post
plenam scilicet ac perfectam Satisfactionem
Deo persolutam.

Ob. g^{no} SS. Patres communiter 120.
docent, Satisfactioni et emendationi

130. locum non relinqui post hanc vitam, ita
S. Cyprianus, ad Demetrianum. S. Chrysos-
tomus, Hom. 2. de Lazaro. S. Gregorius
Nazianzenus, Orat. 15. Denique S. Cy-
rilus Hierosol. catech. 18. Ergo, p.

8. 64
Resp. Dist. ant. Post hanc vitam
nihil est satisfactioni et purgationi locus,
quantum ad remissionem culpa mortalis,
et reatum poena aeterna, ac conversio-
nem cordis, conc. Nullus enim erit tunc
merito vel demerito locus. Quantum
ad remissionem vel culpa venialis, vel poe-
nae temporalis, qua luenda superest,
neg. ant. Certum est laudatos S. Ba-
tres loqui duntaxat de remissione culpa
mortalis, et reatu poena aeterna.

121 Ob. 10^{mo} Ubi nullum est meri-
tum, ibi non est vera satisfactio. Atqui
post hanc vitam nihil est meritum. Ergo.

Resp. 1^o Neg. maj. Qui enim ex
Judicis Sententia poenas coactus, et in-
vitus luit pro perpetrato crimine, is certe
non meretur, et tamen satisfait. Ra-
tio discriminis inter meritum et Satis-
factionem in eo est, quod ad meritum
requiratur libertas, non tantum a coac-
tione, sed etiam a necessitate; ad Sa-
tisfaciendum autem, satis est, quod quis
poenam patitur, et ita divina vel
humana justitia satisfaiat.

Resp. 2^o Dist. min. In altera
vita⁷ justus non merentur merito actua-
li, quod ipsis de novo accrescat, conc. me-
rito, quod praecipit dum erant in via,
et quod post mortem remanet, estque
vera causa, cur ipsis viventium suffa-

gia profint. Neg. Ita S. Aug. Enchirid. 131.
c. 110. Et Serm. 172. alias 32. De verbis
Apostoli.

Instabis. Ex hac responsione duo
sequuntur minime admittenda.

Primum Etiam ipsos Demones, atque Jam-
natos, Divina justitia, tametsi coactos,
Satisfacere posse. Alterum, justos,
pro quibus nulla fiant Suffragia, eter-
num in Burgatorio permansuros. Ergo.

Resp. neg. ant. Ad primum confa-
tarium dicimus, Demones, ceterosque
damnatos Divina quidem justitia Satisfa-
cere, at sine ulla refrigerii aut solatii spe,
necnon tandem illos torqueri necesse esse,
quamdiu remanet reatus culpe mortalis,
ac poena aeterna: at reatus ille in aeternum
manebit: In inferno enim nulla est redemp-
tio; ergo aeterna erit eorum poena. Justi
autem, qui in Burgatorio ad tempus detinen-
tur, poenas quidem luunt sine novo merito,
at cum certa spe et fiducia brevi consequen-
da felicitatis, et animo Divina justitia legi-
bus plene subiecto.

Ad 2. dum falsa prorsus est hypothe-
sis. Etsi parentes, vel amici, vel alii cognati
huic erga mortuos pietatis officio decissent, non
deest tamen pia et communis Mater Ecclesia,
ut observat S. Aug. lib. De cura pro mortuis ge-
renda, c. 4.*

Ob. 3. mo Se habet charitas ad aeter. 122.
na premia, sicut peccatum mortale ad
aeterna supplicia; Sed qui moriuntur in
peccato mortali statim detrahuntur in in-
fernum; ergo pariter qui moriuntur
in charitate, statim in coelum convolant.

* Posset etiam dici,
quod etsi pro justis
in Burgatorio deten-
tis nulla a viventi-
bus suffragia fierent,
ipsi tamen a Burga-
torio tandem libera-
rentur, postquam ven-
te Divina justitia sa-
tisfecissent; suffragia

132.
animi à vivacibus pro ipsi
oblata id duntaxat effi-
ciunt, ut à poenis citius,
quam alias eveniret, lib-
erentur.

Resp. Neg. Maj. Ut enim fect vulga-
re axioma, Bonum ex integrâ causâ, malum
ex minimo defectu. Bonum non fit perfec-
tè bonum ex qualibet virtute, sed ex vinu-
lò, et unione omnium: malum è contra
fit absolute ac perfectè malum ex quoli-
bet vitio. Propterea qui in charitate mori-
untur possunt cum idâ simul nonnihil ha-
bere, quod impediât, ne statim æternum
felicitatis præmium consequantur.

Inst. Deus longè propensior est
ad miserendum, quam ad puniendum. Atqui
eos, qui moriuntur in peccatò mortali, statim
plectit æternâ poenâ. Ergò multò magis
æternò præmiò afficere debet amicos suos
qui cum gratiâ sanctificante ex hac vitâ
decidunt.

216
Resp. Propositionem adductam
esse veram, ubi omnia sunt paria: hi ve-
rò paria non sunt. Nam homo peccator,
qui lethalis peccati reus moritur, nihil ha-
bet, unde possit Deo gratus esse; adeoque
statim à morte puniendus est: è contra qui
gratiâ sanctificante instructus moritur,
acceptus quidem Deo est in ordine ad vitam
æternam suo tempore consequendam; ve-
rùm quia aliquid in ipso expiandum ac pur-
gandum superest, necesse est, ut justitia
divina in Purgatorio satisficiat, donec
plenè purgatus fuerit.

123.
Ob. 12.º Post remissionem culpam
nulla remanet poena; nam remissio culpe
fit per meritum passionis Christi, quod est
infinitum, et sufficientissimum ad tollen-
dam omnem culpam et poenam. Ergò ni-
hil purgandum remanet post justifica-
tionem.

133.
Resp. neg. ⁱⁿ ^{ma} ^{partem} ^{ant.} ^{stui}
Objectioni jam satisfecimus supra in respon-
sione ad object. 5^{am}. Certè post remissionem
culpam remanent adhuc poenalties hu-
jus vitæ, mors, morbi, et alia hujusmodi,
quibus subjacemus, tametsi Christus pro no-
bis perfecte satisfecerit; ergo etiam hoc
non obstante poterit remanere post hanc
vitam poena aliqua temporalis in Purga-
torio sustinenda. Vide, quæ in Resp. ad
object. 5^{am} diximus.

Ob. 13^{to} Nulla poena luenda sunt 124.
iis, qui statim à percepto baptismo mor-
iuntur. Ergo nec iis, qui per Sacramentum
poenitentiae mundati sunt, et absoluti.

Resp. Neg. cons. et paritatem. Ratio
discriminis est, quod Baptismus sit Sacra-
mentum regenerationis et innovationis, à
quo omnis culpa simul et poena expungitur:
poenitentia verò sit Sacramentum sanatio-
nis, in quo majores ex parte hominis poeni-
tentis dispositiones requiruntur; gravius
quippe peccatum est, quod post bap-
tismum committitur, quam quod ante.
Discrimen istud assignat Concilium Trid.
Sess. 14. c. 2. de Poenitentiae Sacramento.

Ob. 14^{to} Peccata venialia re- 129.
mitti non possunt post hanc vitam: quia
non remittuntur absque poenitentia, cui
post obitum locus non remanet. Ergo inuti-
le prois est Purgatorium.

Resp. neg. ant. Ad remissionem
venialium peccatorum non est necessaria
verè dicta poenitentia, sed virtualis dispi-
centia in hac vitæ duntaxat sufficit, vel poe-
na Purgatorii in altera vitæ; nam chari-
tatem et Dei amicitiam non extinguunt.

134.
126.

Ob isto qui in ultimâ mundi huius periodo morientur, immunes erunt à poenis Purgatorii, ut pote quia nulla erunt. Ergo cur non etiam ii ab illis sunt immunes, qui ante moriuntur?

Resp. Justos huiusmodi, quibus post hanc vitam aliquid luendum erit, purgandos fore igne ultima conflagrationis, ita ut acerbitas poenae brevem illius durationem sit compensatura.

127.

S. Quintus

Utrum omnes Beati aequaliter Deum videant.

Jovinianus, quem ex professo confutavit S. Hieronymus, ut aequalia peccata, ita et merita faciebat. Qui in Satoritate Epicureus est, ait S. Doctor, subito in retributione meritorum Stoicus efficitur.

Eundem errorem, quoad Beatos, scutus est Lutherus, cum dixit, omnes esse pares Beatae Virgini in Sanctitate et meritis coram Deo: inde enim sequitur, pares etiam ei esse in premio.

Non eodem fundamento nixus est uterque hic Haereticus. Fundamentum suum sumebat Jovinianus ex parabola Evangelicâ Matth. c. 20. ubi omnibus in vineâ Domini laborantibus datur aequalis merces, nempe Denarius diurnus. Fundamentum autem Lutheri est, quia putat, omnes justos esse, non per propriam, sed per Christi gratiam, qua omnibus, qui fidem habent, aequaliter imputatur; item omnes accipere premium, non per propria, sed per Christi merita, quae similiter omni-

66 2

bus, qui fidem habent, ex aequo appli- 135
cantur.

Catholicae fidei caput est, non
aequalem esse quoad gradus et mensuram
in omnibus beatis intuitivam Dei visio-
nem. unde sit.

Conclusio.

128.

Beati in Caelo non vident aequa-
liter Deum; sed alii aliis perfectius vi-
dent pro diversitate scilicet meritorum:
ideoque beati non sunt omnes equali-
ter Beati.

Prob. 1^o Ex Scriptura. Joan. 14.
v. 2. In domo Patris mei mansiones mul-
tae sunt. Loqui vero Christum de mansio-
nibus in Caelo demonstrant ista, quae se-
quuntur verba: Vado parare vobis locum.
Quod quidem similitudine Solis, Luna
ac Stellarum illustrat Apostolus 1. Cor.
15. v. 41. Alia, inquit, claritas Solis, alia
claritas Luna, et alia claritas Stellarum;
Stella enim a Stella differt in claritate;
sic et resurrectio mortuorum. Gloria igitur
corporis, juxta Apostolum, in resurre-
ctione erit inaequalis in electis; ergo eti-
am gloria animae, nam gloria corporis
commensuratur gloria animae. Et ra-
tio est, quia merita sunt inaequalia;
ergo et praemia. Unusquisque propri-
am mercedem accipiet secundum suum
laborem, 1. Cor. 3. v. 8. Et 2. Cor. 9. v. 6.
Qui parit seminari, parit et metet. Quod
de praemio ad gloriam, idem de supplicio
ad damnationem dicendum, Apocal. 18.
v. 7. Quantum glorificavit se, et in deli-

136. cuius fuit, tantum data ei tormentum et luctum

Prob. 2. Id. Ex 38: Patribus, quorum
communis haec est fides ac doctrina.

J* Acta Sincera Marty-
rum pag. 32.
S. Polycarpus, in Actis passionis huius
Iudicem sic alloquitur: Merita mea doloris
astimatione pensabo. Quanto graviora pestu-
lero, tanto premia majora percipiam.

S. Irenaeus, lib. 4. adv. haeres. c. 13. alias
27. n. 3. Plus Deum diligamus, ait, quanto
autem plus eum dilexerimus, hoc majorem
ab eo gloriam accipiemus.

Tertullianus, in Scorpiaco c. 6. Quo-
modo, inquit, multa mansiones apud Pa-
trēm, si non pro varietate meritum?
Quomodo et Stella à Stella distabit in glo-
riā, nisi pro diversitate radiorum.

S. Cyprianus, lib. De habitu Virg. in
fine, hinc virgines alloquitur: Cum habi-
tationes multas apud Patrem suum esse di-
cat: Christus: melioris habitauli hospi-
tia demonstrat: habitaula ista meliora
vos petitis, carnis desideria castrantes ma-
ioris gratia premium in coelestibus obti-
netis.

S. Augustinus, tract. 67. in Joan.
Etsi alius, inquit, est alio fortior, alius alio
justior, alius alio sanctior: in domo Pa-
tris mei mansiones multae sunt. Nullus
eorum alienabitur ab illa domo, ubi man-
sionem pro suo quisque accepturus est me-
rito.... Multae mansiones diversae me-
ritorum in una vita aeterna significant
dignitates. Et lib. De sancta Virgini-

tate, c. 26. In multis autem mansionibus
honoratur alius alio clarior.

S. Hieronymus, ut jam supra di-
ximus, ex professo Jovinianum asserentem,
omnia merita, perinde ac peccata, aequa-
lia esse, computavit.

138. vel gravitate: Justa idem Apoc. 18. v. 7. Quan-
tum glorificavit se, et in deliciis fuit, tan-
tum dote illi tormentum.

129. Solvuntur objectiones.

Ob. 1^o Matth. 20. v. 9. Operarius, qui
in aequali tempore laboraverunt, aequalis re-
penditur merces, nempe idem Denarius.
Denarius autem iste figura est beatitudinis,
quae aequali mensura omnibus sanctis, retri-
buenda est, tametsi longe diversa sint eo-
rum merita. Ergo p.

Resp. Dist. min. Denarius iste fi-
gura est beatitudinis objective sumpta,
et ratione durationis aeternae, quae aequalis
erit omnibus sanctis, conc. ratione inten-
sionis, seu perfectionis. neg. min. Itaque
omnibus beatis eadem quidem beatitudo
objectiva, hoc est, Deus ipse proponitur: ea-
dem quoque est in omnibus, beatis duratio
felicitatis aeternae, quae nullum habebit
finem; at non eadem mensura perfectio-
nis, seu graduum intensio in illa felici-
tate aeterna. Ita interpretatur S. Augus-
tinus Serm. 87. alias 89. de verb. Domini c. 4.

130. Ob. 2^o Si inaequalis futura sit fe-
licitas Sanctorum, unus alteri invidet,
unde profecto turbari posset Summa illa
pax et quies, quae in caelo regnare debet.
Ergo, p.

Resp. neg. ant. In beata civitate
illa, inquit S. Aug^o. magnum in se bonum
videbit, quod nulli superiori vel inferiori
invidet, sicut enim non invident Archan-
geli Angeli ceteri: tamque nollet esse unus-
quisque, quod non accepit.... quam nec in
corpore vult oculus esse, qui est digitus.

131. Ob. 3^o Omnes Beati vident De-
um, sicuti est. Ergo aequaliter vident.

h
* Lib. 22. de civ. c. 30.

18. v. 7. huc
sunt, tan
1.
erarius, qui
aqualis re
sonarius,
beatitudinis
sanctis, vel
sa sunt co-
arius ibi p.
re sumptu
qua aquali
tione inter
um. Itaque
beatitudi
oponitur: et
Beatis dicit
m habet
a perfec
in illa p.
tudo. Aug.
p. Domini
i futura
i invidi
Summa ibi
are debet.
leata virtute
in se bonum
idus infir
dent hinc
ollet esse un
quam nec m
est dignitas
i videntur
er videntur

Resp. neg. cons. Quia non vident 139.
Deum, quantum videri potest sicut est:
unde unus alio perfectius Deum videre po-
test, sicut est.

Ob. 4. to Ens simplex, qualis est De-132.
us, non potest videri inaequaliter. Ergo
aqualiter ab omnibus videtur.

Resp. neg. ant. Quia cum Deus sit
infinitus, est objectum virtualiter multi-
plex; et eius perfectiones infinita habent
infinitos gradus virtuales, virtualiter inter
se distinctos: ac proinde videri possunt se-
cundum plures aut pauciores gradus, et ma-
gis vel minus clare pro maiore vel minore
intensione luminis gloria.

Ob. 5. to Si Beati inaequaliter vi-133.
dent Deum, qui minus clare et minus per-
fecte eum vident, non sunt perfecte bea-
ti. Falsum conseq. Ergo.

Resp. neg. sequel. maj. Itaque
omnes Iusti in Coelo sunt perfecte beati,
quia omnes summò bonò perfecte quoad
essentiam possessionis fruuntur, et eorum
appetitus perfecte satiatur, cum nihil
amplius desiderent. Beati quippe om-
nes, cum efficaciter Deum amant plusquam
se ipsos, et omnia ad eius gloriam referant,
efficaciter se conformant voluntati divinae,
quà statutum est, inaequalem beatitudi-
nem retribuere pro inaequalitate merito-
rum. Item cum proximum sicut se
ipsos perfectissime diligant, de alio-
rum bono maiore beatitudine gaudent,
necum eis invident.

140.
134.

§ Sextus.

De ceteris Questionibus,
Quae circa intuitivam Dei visionem
in Scholis proponi et expendi
solent.

Theologi Scholastici, proterea, quae
jam tractavimus, varia adhuc circa intuiti-
viam Dei visionem discutiri consueverunt:
ut 1.^o An in hac vita mortali aliquibus,
proter Christum, concessa fuerit saltem
transeunter intuitiva Dei visio. 2.^o
Utrum in ea quaedam Dei species sive im-
pressa, sive expressa sit admitterenda. 3.^o
Quid sit lumen gloria, et quae ejus neces-
sitas, quaque officia. 4.^o An et
quomodo intellectus concurrat ad visio-
nem Dei intuitivam. 5.^o Quidnam
Beati in Deo videant? 6.^o An vi-
sio beatifica Angelorum et hominum
sit ejusdem speciei. 7.^o Denique,
quodnam sit principium inequalita-
tis visionis beatifica, seu unde illa oria-
tur.

Verum ut ut Subtiles videan-
tur haec quaestiones, non tamen tanti
ponderis eas esse arbitramur, ut diu-
tius iis immoremur, ad graviora quip-
pe et utiliora vocamur. Attamen
ne illorum Theologorum, quos simi-
lia delectant, indignationem, si illas
neglexerimus, inurramus, atque eas
à nobis omnino contemni criminen-
tur, breviter circa illas mentem nos-
tram aperire animus est.

135.

Pyitur ad i^mam. Dubium non
est, quin, Deo volente, homo in hac vi-

tā mortali ad intuitivam Dei visionem ad 141.
mitti possit. At an id quibusdam concessum
jam fuerit, omnino incertum est. Neque
enim ea, quae Scriptura Exod. 33. v. 19. Et
Num. 12. v. 6. De Moyse; item 2. Cor. 12. v. 2.
et act. 26. v. 18. De S. Paulō commemorat,
ita eisdem intuitivam, dum adhuc in hac
vitā essent, Dei visionem aperire viden-
tur, quin alii ejusdem Scripturae textus,
ut Exod. 33. v. 20. et 21. Joan. 1. v. 18. Et 1.
Cor. 13. v. 12. eis illam denegare videantur.
Minus adhuc ad rem faciunt ea, quae S. Gre-
gorius lib. 2. Dialog. c. 35. De S. B. N. Be-
nedictō refert, quod nempe sub uno Solis
radio totum mundum collectum viderit:
Hoc enim visionem aliquam potius sa-
piunt, quam intuitivam Dei visionem.

Ad 2. Jam Theologi post Philoso- 136.
phos duplicem speciem distinguunt, unam
impressam, quae virtualis est objecti si-
militudo, seu imago ac representatio, quae
intelligibilis dicitur, ac affectivè concurret
ad intellectionem cum ipsa facultate; al-
teram verò expressam, quae formalis est
objecti cognitio, ac terminus cognitionis
actualis, et vulgò verbum mentis, seu
Sermo interior appellatur.

Certè cum objectum visionis, divi-
na scilicet essentia, sit per se se intinse
praesens intellectui, ac immaterialis, pro-
lus inutilis, ac superflua videtur species in-
telligibilis, quae destinata est ad supplen-
dam objecti praesentiam, vel impropor-
tionem.

Admittenda tamen videtur in visione Dei beatifica species, quae dicitur expressa, seu verbum mentis: Quia ut ostendit S. Augustinus lib. 9. de Trinit. c. 11. animus, cum se ipsum aut aliud quodlibet intelligit, rei cognita similitudinem et speciem quamdam intra se efformat, quae expressa species est ipsum mentis verbum, seu similitudo formalis et actualis cognitionis nostrae terminus: atqui datur tale verbum mentis in visione Dei, tum quia intellectio vera est actio mentis; omnis autem vera actio habet aliquem terminum, sed terminus formalis intellectiois vocatur species expressa, seu verbum mentis: tum quia mens nostra reddi non potest actu et formaliter intelligens, nisi per aliquid intrinsecum, cum sit facultas vitalis; illud vero intrinsecum et formale vocatur species expressa*.

* cognitio seu visio bifariam spectari potest, 1. quatenus directa est et tendit in objectum. 2. quatenus repraesentativa est objecti, illudque exprimit: quatenus directa est in objectum dicitur simpliciter visio vel cognitio seu idea formalis, quatenus vero est ipsissima objecti representatio, verbum, similitudo aut species expressa appellatur, id est idea objectiva.

Supposita fide, probant aeternam Verbi divini generationem, quae terminus est actionis, quam Pater aeternus se ipsum intelligit, et intelligendo Filium suum seu Verbum suum producit.

AD 3^{iam} Jam alibi adnotavimus, Lumen gloriae esse habitum intellectualem supernaturalem, qui intellectum elevat seu exhalat ad elicendam Dei visionem. Certè quemadmodum ad fidem, spem, charitatem, aliasque virtutes internas requiritur auxilium supernaturale, quia naturae vires superant, ita etiam ad visionem Dei intuitivam requiritur quoddam auxilium supernaturale, quod lumen gloriae appellatur, juxta istud Gal. 35. v. 10. In lumine tuo videbimus lumen. Lumen quippe illud gloriae non requiritur

...ante objecti...
...tam...
...convenit...
...causa p...
...instrument...
...tonguem...
...ad omnem...
...tonguem...
...omnem a...
...intellec...
...agit et...
...Dei el...
...ad eliu...
...vires...
...intellec...
...nam into...
...nale est...
...aliter est...
...comatur...
...et esse...
...imati...
...tam...
...trini...
...tributa, q...
...quavis non...
...tales horum...
...tos. 2^o...
...lum ex...
...alii passu...
...ctus, alii...
...veant...
...trinas popu...

143.
ex parte objecti, id est, Dei, qui intus præ-
sens est; sed ex parte potentia, seu mentis crea-
ta, ut nempe adjuvetur, et elevetur ad De-
um clarè ac intuitivè videndum.

Ad 4^{am} tam videtur, quod Intellectus, 138.
activè concurrat ad visionem Dei beati-
ficam, ut causa principalis; lumen verò
gloriae ut instrumentum Dei. Quia in-
tellectus tanquam vitalis facultas activè
concurrit ad omnem veram intellectionem
et quidem tanquam causa principalis, ut
potè proximum ac immediatum vitale
principium intellectionis vitalis. Lumen
verò gloria agit et concurrit tanquam ins-
trumentum Dei elevantis et roborantis
intellectum ad eliciendam actionem, quæ
naturales ejus vires superat. Unde patet
lumen gloriae intellectui creato non esse con-
naturale, nam intrinsicè ac essentialiter
supernaturale est, quod autem intrinsicè
et essentialiter est supernaturale non po-
test fieri comaturale; sicut quod est
intrinsicè et essentialiter rationale, non
potest fieri irrationale.

¶ Est quippe ejusdem
ordinis cum infusis
habitus fidei, spei,
charitatis, et gratia,
qui habitus in sua
substantiâ et en-
titate sunt super-
naturales.

Ad 5^{am} tam Beati videntur 10 Dei 139.
essentiam, trinitatem personarum, om-
nia attributa, quæ creduntur in hac vi-
tâ, quamvis non videant omnes gradus
virtuales horum attributorum, ut potè
infinitos. 2^o. Creaturas possibili-
secundum suum esse proprium, alii quidem
plures, alii pauciores, cum alii claris et
perfectis, alii minus perfectè et clarè De-
um videant. Nemo tamen videt omnes
creaturas posibles, quia nemo videt om-

144 nes gradus virtuales omnipotentia Divina,
utpotè infinitos. 3^o Decreta Divina.

6 70
4^o Creaturas existentes cō plures vel pau-
iores, quō perfectius vel minus perfectè
Scientiam visionis intuitivæ habeant. Cognos-
cunt tamen omnes Beati omnia Singula-
ria, quæ ad ipsos spectant, qualia sunt ea,
quæ ad Beatos pertinebant, cum in terris
degerent, et preces quæ ad eos diriguntur,
hauc vident in Deo, vi scilicet visionis
beatificæ.

140 Ad 6^{am} Dicimus visionem bea-
tificam hominum non differre specie à
visione beatificâ Angelorum, sed esse ejus-
dem speciei cum illâ. Nam, ut passim
in Philosophiâ nostrâ exposuimus, actiones
specificam suam distinctionem desumunt
ex objecto, et modo in illud tendendi: Atqui
idem est objectum in visione beatificâ An-
gelorum et hominum, ipsa nempe Dei
essentia; idem modus vivendi Deum, da-
re scilicet ac intuitivè.

141. Ad 7^{am} denique questionem,
Dicimus, Inaequalitatem visionis beati-
ficæ oriri, tanquam à causâ physicâ to-
tali et adequatâ ab inaequali lumine
gloriæ, inaequalitas enim visionis beati-
ficæ tota pendet ex meritis quibus cor-
respondet; est quippe visio Dei beati-
ficæ merces, et premium. Ergo cum Beati
in coelō inaequaliter Deum videant, ~~proinde~~
~~merces~~ necnon proinde merces eorum et
premium sit inaequale, inaequalitas hæc
ab eo repetenda videtur, quod in ipsis est in-
aequale. Atqui solum lumen gloriæ est
in ipsis inaequale. Ergo id.

146. omnino potest. Deinde, Scientia in se
proiſe ſpectata eſt cognitio ſimplex, certa
et evidens rerum omnium, etiam per cau-
ſas, non quidem diſcurrendo, et unum ex
alio inferendo, ſed uno et ſimplici intuitu
cognoſcendo cauſas in effectibus, et effectus
in cauſis; uno verbo, cognoſcendo res, ut
ſunt. Atqui talis cognitio certa et evidens
eſt in Deo. Etenim Deus eſt perfectiſſi-
mum, quo nihil melius eſſe et cogitari po-
teſt; Deus autem perfectiſſimum res om-
nes Scientia ſeu cognitione perfectiſſima
neceſſario complectitur. Ergo, ꝑ.

145.

S. Secundus.

De objecto Scientiæ Dei.

Duplex diſtinguitur Divina Scientia
objectum: unum primarium, et quidem longe
nobilius et excellentius, Deus ipſe ſcilicet quan-
tus quantus eſt; alterum ſecondarium,
omne ſcilicet ens creatum.

7 71
Creatura vero conſiderari poſſunt,
vel ut mere poſſibiles, vel ut exiſtentes, vel
ut absolute, necneſſario futura, vel ut futu-
ra contingenter ac liberè, vel denique ut fu-
tura ſub conditione, id eſt, quæ futura
ſunt, aut eſſent, ſi aliqua poneretur condi-
tio. De hiſce capitibus ſingulatim hæc
diſperendum. Litigitur

Concluſio ima

146.

Deus ſemetipſum perfecte ac compre-
henſive cognoſcit.

Prob. 1.º In Scripturis. Joan. 10. v.

15. ſicut novit me Pater, et ego agnoſco

Patrem.

Matth. 11. v. 27. Nemo novit

Filium niſi Pater, neque Patrem quis

novit, niſi filius, et cui voluerit filius

revelare. Eadem habentur Luc. 10. v. 22.

Et i. Cor. 2. v. ii. Quis enim hominum scit, quae 147
sunt hominis, nisi Spiritus hominis, qui in
ipso est? ita et quae Dei sunt, nemo cognovit
nisi Spiritus Dei. Et v. 10. Dixerat Apo-
stolus, Spiritus omnia scrutatur, etiam
profunda Dei.

Prob. 2^o. Ex 33. Patribus, quorum 147.
omnium constans est assertio, Deum omnia
videre in se ipso. Novit omnia Deus Pa-
ter in se ipso, ait Augustinus lib. 15. de Tri-
nit. c. 14. Novit in Filio, sed in se ipso
tanquam se ipsum, in Filio tanquam
verbum suum, quod est de his omnibus
quae sunt in se ipso. Omnia similiter
novit et Filius; in se scilicet tanquam
ea, quae nata sunt de iis, quae Pater
novit in se ipso; in Patre autem tan-
quam ea, de quibus nata sunt, quae ipse
Filius novit in se ipso. Ergo Deus se ip-
sum cognoscit: Siquidem ratio cetera
cognoscendi debet saltem in instanti ra-
tionis prius cognosci, quam ea, quae per
eam cognoscuntur; juxta illud Philo-
sophorum axioma: Propter quod unum-
quodque tale, et idem magistrale.

Prob. 3^o. Ratione. Quia Deus 148.
sibi in se ipsi praesentissimus est. Ergo
se ipsum tam perfecte cognoscit, ac
cognoscibilis est: quae cognitio perfec-
tissima ac comprehensiva dicitur.
Idem enim comprehenditur, ait S. Tho-
mas, quod tantum cognoscitur, quan- * ^K part. i. quest. 12.
tum cognoscere potest est cognoscibile, art. 7.
non tantum ex parte objecti, quod ita

tra in se
lex, certa
m per cam
numm ex
ici intuitu
et effectus
res, ut
et evi-
festi spi-
gitari pa
res om-
estipima
si.
Scientia
idem longi
sicut que
indarum
i popu-
stentes
ebat pa-
nigae ut
a futu-
etur com-
datum hi
ostia per
osuit.
Joan. 10. v.
go agnosce
Nemo novit
Patrem qui
erit filius
Luc. 10. v. 22

l
* Ep. 147. alias 112.
c. 9. n. 21.

148. Totum videtur, inquit S. Augustinus, ut
nihil illius lateat videntem, Sed etiam ex
parte modi, qui infinitus est, ac respon-
det infinitae Dei cognoscibilitati; unde
fit, ut à solo Deo possit Deus comprehen-
di. Deus ait Minutius in Octavio, soli
sibi tantus quantus est notus.

149.

Conclusio 2^a

Deus certo, distinctè ac singilla-
tim cognovit omnes creaturas, etiam pos-
sibiles.

Prob. Job. 28. v. 24. Ipse fines
mundi intrinetur, et omnia quae sub caelo
sunt, respicit. Ecli. 1. v. 2. Aerem ma-
ris, et pluviae guttas, et dies saeculi quis dimu-
meravit? Altitudinem caeli, et latitudinem
terrae, et profundum abyssi quis dimensus
est? ... unus est altissimus creator omni-
potens.

Psal. 138. v. 5. Eae, Domine, tu
cognovisti omnia novissima et antiqua.
Denique Heb. 4. v. 13. Non est ulla crea-
tura invisibilis in conspectu eius, omnia
autem munda et aperta sunt oculis eius.

In ipsa Dei Sapientia, ait S. Aug.
lib. ii. de Civ. c. 10. Sunt inconvulsi quidam
atque infiniti thesauri rerum intedigi-
bilium, in quibus sunt omnes invisibiles
atque incommutabiles rationes rerum etiam
visibilium et mutabilium, quae per ipsum
factae sunt. Quoniam Deus non aliquid
nesciens fecit, quod nec de quolibet homi-
nem artifice rectè dici potest: porro si
sciens fecit omnia, ea atque fecit, quae
noverat. Ex quo occurrit animo quod-
dam mirum, sed tamen verum, quod iste
mundus nobis notus esse non posset, nisi
esset; Deo autem nisi notus esset, esse

non posset. Quae S. Augustini verba Demons^{149.}
trant, res omnes possibili à Deo cognoscit,
cum ex iis plurimas re ipsa produxerit: porro
nihil facit Deus nisi sciens ac volens.

Ratio quoque est. Ea Deus cognoscit, 150.
quorum habet ideas. Atqui Deus habet
ideas omnium creaturarum etiam possi-
bilium. Ergo eas cognoscit. Maj. cons-
tat; neque enim nos ob aliud dicimus rem
aliquam cognoscere, quam quod illius ideam
in mente nostrâ geramus. Min. prob.

Se habet Deus respectu creaturarum etiam
possibilium, sicut artifex respectu eorum
quae per artem suam potest facere. Atqui
artifex habet ideas eorum, quae per ar-
tem suam potest facere. Ergo p.

Item, Deus, ut supra ostensum,
se ipsum perfectissime ac comprehensive
cognoscit. Ergo cognoscit omnia ad quae
potest se extendere, ac de facto se se ex-
tendit divina illius virtus. Atqui potest
se extendere ad omnia possibilis, et de
facto se extendit ad omnes creaturas. Ergo p.

Conclusio 3^{ta}

151.

Deus certissime cognoscit omnia praesentia, singularia etiam vilissima, bona et mala tum culpa, tum poena, occultas etiam cordium cogitationes.

1^o Novit omnia singularia, etiam vilissima. Nihil passere vilius; nihil capillis minutius, et tamen Matth. 10. v. 29. et 30. dicitur, Nonne duo passeris a se veniunt? et unus ex illis non cadet super terram sine Patre vestro. Vestri au-

150. tem capilli capitis omnes numerati sunt.

Eccli. i. v. 2. Arenam maris, et pluvia guttas, et dies Sauli quis dimmeravit? ... unus altissimus creator omnipotens.

2^o. Omnia, quae fecit Deus, perfecte cognovit. Gen. i. v. 31. Vidit Deus cuncta quae fecerat, et erant valde bona.

3^o. omnia mala cognovit, sive sint natura, ut monstra; sive culpa, ut peccata; sive poena, ut morbi, afflictiones, &c. Sap. 8. v. 8. Signa et monstra scit, antequam fiant.

Eccli. ii. v. 15. Bona et mala, vincta mors, paupertas et honestas à Deo sunt.

Isaia 45. v. 7. Ego Dominus, et non est alter, formans lucem et creans tenebras, faciens pacem et creans malum. Ego Dominus faciens haec omnia.

Denique Amos 3. v. 6. Si erit malum in civitate, quod non fecerit Dominus.

Adque verba S. Augustinus lib. contra Adimantum Manicheum c. 26. Malum hoc loco, inquit, non peccatum, sed poena intelligenda est. Dupliciter enim appellatur malum, unum, quod homo facit, alterum, quod patitur: quod facit, peccatum est, quod patitur, poena. De poenis ergo loquebatur Propheta, cum hoc diceret. Divina enim providentia cuncta moderante et gubernante, ita homo male facit quod vult, ut male patiat, quod non vult.

Et postea: Ipse Deus quantum ad se pertinet, bonum facit; quoniam omne iustum bonum est, et iusta est illa vindicta.

4^o. Mala culpa seu peccata Deus etiam certissime cognovit. Psal. 68. v. 6. Deus, tu scis insipientiam meam, et delicta mea à te non sunt abscondita. Genes. 6. Di-

Cap. V. De Scientiâ Dei.

151.
citur: Videns Deus, quod multa malitia
hominum esset in terrâ. Simplicii autem
cognitione, ut ajunt, non per complacen-
tiam et approbationem Deus peccata co-
gnoscit; cognoscendo enim bonum, cognos-
cit et malum, quod est boni privatio.

5^o. Denique Deus cognoscit occultas
cordium cogitationes. Prov. 15. v. 2. Omnes
viae hominis patent oculis ejus: Spirituum pon-
derator est Dominus. Psal. 7. v. 10. Scru-
tans corda et renes Deus. Et Psal. 43. v. 22.
Novit abscondita cordis. Psal. Denique
138. v. 21. Intellexisti cogitationes meas
de longè. Item Ecli, 23. v. 25. Omnis
homo, qui transgreditur... contemnens in ani-
mam suam, et dicens: Quis me videt? Tene-
brae circumdant me... Delictorum meorum non
memorabitur Altissimus. Et non intelligit, quoniam
omnia videt oculus illius.... Et non co-
gnoscit, quoniam oculi Domini multo plus
lucidiores sunt super Solem.... hominum cor-
da intuentes in absconditas partes.

P. K. p. 73

152.
Superfluum nobis videtur, con-
clusionem nostram tam clarè in Scriptu-
ris expressam, et apud omnes Theologos cer-
tam et indubitatam, variis S. Patrum
testimoniis munire; sufficiat strictim
hæc eas rationes assignare, quibus passim
utuntur. Nimirum Suprema veritas,
Suprema mens ac sapientia, Suprema vita,
Suprema potentia, uno verbo, Ens perfecti-
tissimum omnia perfecte cognoscere de-
bet. Ut Suprema veritas, omne verum
intelligibile attingit, cujus ipsa est regula.

Ut Suprema mens ac sapientia, om-
nia intelligit et ordinat, quia omnium
exemplar est ac forma. Ut Suprema vi-
ta, est in actu perfectissimo vita actua-

152. his; alius porro fingi non potest talis actus, quam perfectissima et simplicissima rerum omnium cognitio. Ut Suprema potentia, ea omnia novit, quae vel facit, vel fieri permittit. Denique ut ens perfectissimum in omni genere perfectionis simpliciter infinitum, res omnes certâ et exploratâ scientiâ pervadere debet; et si quid ipsum latere posset, perfectissimum non esset, quo perfectius aliquid excogitari posset, quod nempe nihil lateret.

153. Haec tamen adducta argumenta etiam probant Deum res omnes, praeteritas cognoscere, In cognovisti omnia novissima et antiqua, Psal. 138. v. 5. id est, praesentia et praeterita.

154. Ratio insuper haec adduci potest, quia Deus cognoscit omne, quod cognosci potest, cum ejus scientia sit infinita in ratione scientiâ. Atqui praeterita perinde ac praesentia et possibiliâ cognosci possunt, seu sunt cognoscibilia, ut experientia constat. Ergo. Praeterea, quod primum diximus, alioqui Deus non haberet in omni ratione quidquid melius est habere quam non habere: ideoque non esset ens, quo nihil melius excogitari potest.

Conclusio 4^{ta}

Deus certissime cognoscit futura omnia libera, et contingentia.

Antequam Conclusionem nostram probemus. Notatum volumus, futurum duplex esse, necessarium unum, alterum contingens. Brevius est illud quod habet necessariam connexionem cum sua causa; sic necessario futura est combustio paleae, cui fax ardens admovebitur. Contingens

est, quod liberè futurum est, ut sunt bo-¹⁵³
na vel mala hominum opera. De futuris
necessariis non disceptatur; sed de contin-
gentibus, quae tametsi possint esse vel non
esse, quia tamen aliquando sunt futura,
quaeritur an Deus ea certissime cognoscat.

Impiorum huius error est, qui apud Job
c. 22. v. 13. ajunt, Quid enim novit Deus? et
quasi per caliginem judicat. Et Psal. 93. v. 7.
Non videbit Dominus, nec intelliget Deus Ja-
col.

Tullius lib. 2. de Divinatione, igno-
rans, quā ratione Dei praesentia conciliari
posset cum humana libertate, maluit Deo
negare futurorum praesentiam, quam ho-
mini suam libertatem, atque ut homines
faceret liberos, ait S. Aug. fecit sacrilegos. ^{¶ m} lib. 5. de Civ. c. 9.

Marcion et praesentiam, et boni-
tatem, et omnipotentiam Deo detrahebat
cogitans primum hominem in peccatum labi
passus fuisset; ut refert Tertullianus lib. 2.
adversus ipsum c. 5.

Joannes Huns in oppositum Cice-
ris errorem lapsus, libertatem hominis ne-
gavit, quam cum divina praesentia con-
ciliare non potuit. Vide Concl. Constanti-
ense Sep. 25.

Boetianus eò etiam dementia
devenere, ut dicerent, futura libera con-
tingentia conjecturis duntaxat quibus-
dam ac verisimilibus rationibus Deo no-
ta esse, non certā ac firmā cognitione:
quia futura haec non sunt in genere sibi-
lium, cum non habeant, ut illis placet,
determinatam objectivam veritatem. Ita
Socinus, Praelect. c. 11. Bellius, lib. 1. c. 24. Smal-
cius, contra Frantzium Dispt. 12. Contra illos

74

74

154.

155. 138. v. 3. Prob. Conclusio 1^a. Ex Scripturis. Bfal.
Intelexisti cogitationes meas de longe.

Sap. 8. v. 8. Sicut praeterita de futuris aestimantur...
Signa et monstra sicut antequam fiant, et even-
tus temporum et saeculorum. Eccli. 23.

v. 28. Domino Deo antequam crearentur, om-
nia sunt agnita. Jerem. i. v. 5. Prius-
quam te formarem in utero novi te. Isai.

48. v. 8. Scio quia provaricans provaricaberis,
et transgressor ex utero vocavi te. Joan.

6. v. 68. Sciebat ab initio Jesus, qui essent non
credentes, et quis traditurus esset eum.

Non tantum in his locis sermo est de futuris necessariis seu ex necessaria causa- rum secundarum conexione, sed etiam de futuris liberis et contingentibus, quales profecto sunt libera hominum, qui provaricaturi aliquando sunt, actiones. Ina- propter Isaiam citato c. 48. v. 5. Deus ait: Prædixi tibi ex tunc, antequam venirent
indicavi tibi, ne forte diceres, Idola mea
fecerunt haec. Ergo Deus certissime cogno-
cit futura contingentia, ut qui ea longe
antequam eveniant, prædicit. Unde
etiam Susanna Daniel. c. 13. v. 42. et 43.
ait: Deus aeternæ, qui absconditorum es
cognitor, qui nosti omnia antequam fiant,
tu nosti quoniam falsum testimonium tu-
lerunt contra me.

Et profecto Scriptura aperte indi- cant, præsentiam et prædictionem re- rum liberè ac contingentè futurarum certum ac invictum esse divinitatis ar- gumentum. Deus ipse apud Isaiam c. 41. v. 22. invidens aliarum Gentium De- os, dicebat: Aecedant et nuntient vobis
quaecumque ventura sunt... Annuntiate
quæ ventura sunt in futurum, et sciemus,
quia Dii estis vos.

155.
Prob. 2^o Ex SS. Patribus. Præscientia

Dei, ait Tertulianus lib. 2. cont. Marion. c. 5. Tantos habet testes, quantos fecit Prophetas. Et in Apologet. c. 20. Idoneum testimonium divinitatis, veritas divinationis. Et S. Augustinus lib. 9. de Civ. c. 9. Confiteri esse Deum, et negare præscium futurorum, a pestissima insania est. Et infra. Qui enim non est præscius omnium futurorum, non est utique Deus.

Prob. 3^o Ratione. Deus est ens perfectissimum. Ergo ejus scientia debet esse perfectissima, adeoque ad omne, quod cognosci potest, debet se extendere. Atqui futura libera et contingentia sunt in genere seu ordine rerum, quæ sciri et cognosci possunt. Ergo divina menti sunt semper, et ab æternò præsentia. Deus, ait S. Aug. lib. 15. de Trin. c. 7. ita omnia cognovit, ut nec ea, quæ dicuntur præterita, ibi prætercant, nec ea, quæ dicuntur futura, quasi desint expectentur, ut veniant; sed et præterita et futura cum præsentibus sint cuncta præsentia.

Conclusio 5^{ta}

156.

Deus certissime cognoscit futura conditionata.

Futurum conditionatum dicitur, quod futurum esset, si aliqua poneretur conditio, v. g. conversio Tyrionum, si vidissent miracula Christi, quæ quidem nec merè possibilis erat, nec etiam absolute futura, sed quæ futura fuisset, si aliqua posita fuisset conditio: futurum igitur conditionatum medium veluti locum occupat inter merè possibile, et absolute futurum.

156.
157.
num. marginalis

Flia
75

Prob. Conclusio 1^o Ex Scripturis. Ea
Deus certò cognovit, quæ prædicit; neque
enim falli potest divina prædicitio. Atqui
futura conditionata Deus prædicit. Ergo, p.
Min. Prob. 1. Reg. c. 23. à Domino prædi-
citur futura Davidis per Cēlitas prædi-
tio, si in eorum urbe remansurus fuisset:
nempe roganti, Si descendet Saul, sicut
audivit servus tuus? à Deo ipso respon-
sum est, Descendet. Roganti iterum,
Si tradent me viri Cēla, et viros, qui
sunt mecum, in manus Saul? Respon-
sum est, Tradent: quo audito responsò:
Surrexit David, et viri ejus quasi sexcenti,
et egressi de Cēla, huc atque illuc vaga-
bantur inerti.

Matth. ii. v. 21. Christus prædicit
futuram Tyriorum et Sidoniorum poeni-
tentiam, si ipse apud eos eadem, quæ in
Galilæa, miracula patrasset: Va tibi Cro-
zain, va tibi Bethsaida, quia si in Ty-
ro et Sydone facta essent virtutes, quæ
facta sunt in vobis, olim in cilicio et cin-
re poenitentiam egissent.

Sap. 4. v. 11. De justo immaturâ
morte sublato dicitur: Raptus est ne ma-
litia mutaret intellectum ejus, aut ne fitio
deiperet animam illius. Ubi certè futu-
ra Justo perversio prænotatur sub condi-
tione non implendâ, si nimirum diutius
vixisset.

Prob. 2^o ex SS. Patribus. S. Gre-
gorius Nyssenus, Oratione de infantibus mor-
te immaturâ sublatis, aperit id beneficij
locò habendum esse; Verisimile est enim,
inquit, cum, qui id quod futurum est æque
atque præteritum cognovit, progressum
vita infantis ad perfectionem prohibere,

ne quod vi praeiudicium malum animadversum
est, in eo, qui ita victurus fuisset, perficia-
tur, atque ei, qui ea voluntate arbitrio-
que victurus fuisset, vitii nequitiaque
materia vita fiat.

S. Cyrillus Alexandrinus, lib. i.
contra Julian. probat Boetii senten-
tiam, nempe Deum, qui futura novit,
alios propter pietatem adhuc juvenes vi-
ta praeripere, alios vero propter clades,
que necessario futura sunt per eos.

S. Joannes Chrysostomus, lib. i. ad
Stagirium rationem reddens, quare Deus
Adamum admissio peccato statim e pa-
radiso proturbaverit: Quo circa, inquit,
primum hominem a principio e para-
diso expulit, quia ex honore sibi pras-
tito deterior effectus esset, si post pre-
tium violatumque mandatum immo-
tus ille stabilisque durasset.

S. Augustinus, lib. de dono per-
severantiae c. 9. Nunquid possumus dicere,
ait, etiam Tyrios, et Sidonios talibus
apud se virtutibus factis credere nobisse,
aut credituros non fuisse, si fierent?
cum de ipsis Dominus attestetur, quod
aturi essent magna humilitatis poe-
nitentiam, si in eis facta essent illa
signa virtutum.

S. Gregorius, lib. 33. Moral. c. 19. ali-
as 19. observat in bonum justorum ce-
dere si aliquando vexentur. Quia, in-
quit, miram potentiam Deus praevidet, quod
si quieti ac liberi in tranquillitate per-
sisterent, tentationes ferre adversarii
non valentes, mentis prostrati vulneri-
bus jacerent.

158
158.

Solvuntur Objectiones.

Obi.º contra i.ºam conclusionem.

¶ 2.º S. Aug. lib. 12. de
civ. c. 18.

Quidquid scientiã comprehenditur, scientis
comprehensione finitur. Atqui Deus nullã
provis ratione finire potest. Ergo, p.

Resp. Dist. Maj. finitur improprie, hoc est, cognitio adæquat totam
rei cognoscibilitatem, con. finitur proprie,
hoc est, ipsi Deo finis ac meta quedam
profigitur. neg. maj. Pariter Dist. min.
Deus non finitur, nec termino clauditur
proprie, con. improprie, quasi perfecta
et adæquata cognitione se ipsum non co-
gnoscat, neg. min.

159.

Ob. 2.º Deus se cognoscit in suis
creaturis, quas comprehendendo novit à
se dependere. Ergo in se ipso non se cognos-
cit.

Hta
76

Resp. Neg. cons. Quamvis enim
Deus quodammodo se in creaturis cognos-
cat tanquam in termino secundario, ni-
hil obstat, quin primario se ipsum in
se ipso perfectissime cognoscat.

160.

Ob. 3.º Si Deus se ipsum co-
gnoscat cognitione comprehensiva, co-
gnoscat etiam perfectiones omnes, et
attributa, quæ continent. Ergo cum ipsa
cognitio, quam habet de se ipso, sit una
ex Dei perfectionibus, necesse est, ut
eam quoque cognoscat. Et rursus, cum
cognitio, per quam cognoscit cognitio-
nem sui comprehensivam, sit aliqua
Dei perfectio, debet illam pariter cognos-
cere, et sic erit progressus in infinitum
in admittendis cognitionum cognitio-
nibus supra se ipsas reflexis.

Resp. Cogn
in se ipso
et se ipsum
ita representat
se ipsum refl
necesse e
reflexiones inte
una unica refl
ut pote infin
ita se ipsum
representat
nem perfectam
et. unum y
Ob. 4.º Om
hum objectu
alter ab object
Atqui nihil
tum ab ejus na
plex est. Erg
tio, per quam
scat.
Resp. Dist
tira ad hum o
sistenti et
potest conipi
cipatur, con.
hu probiamen
tio transcendent
et intrinseca p
ut realem distin
re refertur, et te
statur: e contra
mentali seu pr
et denominatio

Resp. Cognitionem Divinam 159.

cum sit infinite perfecta, atque distincte representet quidquid perfectionis est in Deo, et se ipsam, et reliqua Dei attributa representare; atque hoc modo esse supra se ipsam reflexam: neque tamen propterea necesse est, admittere infinitas reflexiones inter se virtualiter distinctas, cum unica reflexio sufficiat, per quam, utpote infinitam, intellectus divina, ita se ipsam cum ceteris Dei attributis representet, ut cognoscat se esse visionem perfectam divinarum perfectionum, et suimet ipsius.

Ob. 4^{to} Omnis Scientia est relativa ad suum objectum. Ergo distinguitur realiter ab objecto, circa quod versatur. Atqui nihil est in Deo realiter distinctum ab eius natura, quia Deus summe simplex est. Ergo non datur in Deo cognitio, per quam se ipsum perfecte cognoscat.

Resp. Dist. Maj. Scientia est relativa ad suum objectum relatione transcendentali et essentiali sine qua non potest concipi, nisi eius objectum concipiatur, conc. Relatione accidentali seu predicamentali, neg. maj. Relatio transcendentalis, cum essentialis sit, et intrinseca fundamento, non arguit realem distinctionem inter rem, que refertur, et terminum ad quem refertur: e contra contingit in relatione accidentali seu predicamentali, que cum sit denominatio partim intrinseca, par-

* Res qua refertur dicitur Subiectum

160. tim extrinseca fundamentò, cui convenit,
necesse est, ut includat terminum realiter
à fundamentò distinctum. Nam si termi-
nus esset realiter idem cum fundamentò,
relatio consequenter foret adæquate in-
trinseca fundamentò. Vide quo de re-
latione diximus in Metaphysicâ nostrâ
part. 1. c. 2.

162. Ob. 5. to contra Conclusionem
3. tiam Non videtur Deus omnia Singula
saltem vilissima cognoscere. Ita
S. Hieronymus, in c. 1. Habacum, ubi ait:
absurdum esse ad hoc Dei deducere ma-
jertatem, ut sciat per momenta sin-
gula, quot nascantur culices, quot ve-
morianitur, p. Idem sentire videtur
S. Chrysostomus, Hom. 35. in Matth. cum
ait, Deum capillos humano more non
numerare. Ergo, p.

Resp. Neg. ant. Ad S. Hierony-
mum, dicimus, cum ~~excludere~~ non exclu-
dere à Deo perfectam rerum etiam vilissi-
marum notitiam, sed eam tantum,
qua mutationi et successioni obnoxia est,
que nimirum pro variâ rerum productio-
ne aut interitu per singula momenta
Deo accrescat. prout ait S. Aug. l. 15. de Trin.
c. 14. Hunc sensum duntaxat à S. Hiero-
nymo excludi inveniunt ipsamet illius adve-
ta verba: Deum per singula momenta
non scire, quot ~~esse~~ nascantur aut mo-
riantur musce. Quod autem rerum etiam
minutissimarum cognitionem, curam, et
providentiam Deo non denegaverit, de-
monstrant hæc ipsius verba ad ista Chris-
ti verba: Vestri capidi capitis omnes mu-

* Comment in c. 10.
S. Matth.

merati sunt. Immensam, inquit, Dei ^{161.}
ga homines ostendit providentiam, et ines-
fabilem signat affectum, quod nihil nos-
trum lateat Deum; et etiam parva et otio- sta
sa dicta eius sententiam non fugiant. 97

Non alia etiam est S. Chrysostomi
mens atque sententia, quam ut excludat
à Deo, non quidem simplicem rerum etiam
abjectissimarum notitiam, sed solummodo
anxiam illam, scrupulorum ac morosam
per singula momenta divisam capillo-
rum enumerationem. Quid vilius proferri-
bis, ait cit. loc. Sed tamen numquam igno-
rante Deo cipientur.

Ob. 5. to * Deus tentavit Deum Abra- ^{163.}
hamum, ut eius fidelitatem exploraret, q
unde gen. 22. v. 12. Nunc cognovi, quod
times Dominum. Et c. 18. v. 21. Descen-
dam et videbo, utrum clamorem, qui ve-
nit ad me, opere compleverint: an non ita
est, ut sciam. Ergo Deus, ante rei adven-
tum, rem ipsam certo non cognovit.

Resp. Dicit. ant. Deus tentavit
Abrahamum, ut eius fidelitatem explo-
raret, id est, notam faceret exterius, seu
declararet, conc. ut eam primum cognos-
ceret, neg. ant. Stylo Scripturae, id
Deus cognoscere, aut nescire dicitur, quod
aliis declarat, vel non declarat: quo sensu
filius hominis seu Christus nescire dicitur
ultimum Iudicii diem, non quod
illum ignoret, sed quod eum non aperiat,
neque declarat. Fidelitatem igitur Abra-
hae, cum aliis Deus notam fecit, cognosce-
re dicitur, publico scilicet coram omnibus
experimento; hanc enim jam cognoverat
Deus, cum dicebat gen. 12. v. 19. Scis, quod

162. praecepturus sit filiis suis, ut custodiant vi-
am Domini, et fiant iudicium et iustiti-
am.

Pariter dicitur Deus decernere, ut videat clamorem et scelera Sodomitarum, non quod idum ignoraret, si quidem v. 20. dixerat: clamor Sodomorum et Gomorrhæ multiplicatus est; sed ad instructionem et doctrinam nostram ita loquitur Scriptura, nempe ut innuat, debere Iudices ad exemplum Dei accuratè, et omnibus depositis prejudiciis, propius inspicere et examinare reorum crimina, nihil temerè vel precipitanter moliri in penis decernendis.

Profectò, prout alibi jam saepius ad notarium, Scriptura in his, ut et aliis passim locis, humano more et modo loquitur ut se se nobis nostrisque res intelligendi usibus accommodet. Id quippe perfectè sive dicimus, quod experimentò comprobatur, ac oculis nostris veluti subiicitur.

164. Ob. 7. mo Ut Deus aliquid cognoscat, necesse est, ut sit illius causa efficiens aut exemplaris: non alia enim causa et ratio reddi potest, cur Deus omnes creaturas perfecte cognoscat, quam quod sit earum causa efficiens vel exemplaris. Atqui Deus modo modo est causa peccatorum. Ergo certò peccata non cognoscit.

Resp. Neg. Maj. Potest enim Deus multa cognoscere, quorum non est causa efficiens vel exemplaris. Ita cognitæ res impossibiles, quarum nec efficiens nec exemplaris causa est. Eodem modo cognoscere potest peccata, quamvis nec sit illorum causa per se efficiens, nec exemplaris; mediâ videlicet cognitione recti, ac boni, cuius est causa efficiens, et exemplaris.

Ob. 8^{vo} Si Deus alia à se cognos-¹⁶³
ceret, ejus cognitio à rebus creatis quodam-¹⁶⁵
modo penderet, et ab ipsis veluti speciem
mutuaret; pendent enim potentia et ac-
tus ab objecto, à quo specificantur.

2^o. Cognitio illa Dei foret obnoxia
mutationi, pro conditione mutabilis crea-
turae, qua cognoscitur.

3^o. Indecens
videtur, ut mens prestantissima et infi-
nita occupetur circa res vilissimas. Ergo.

Resp. Neg. ant. Ad primum Si que-
rit facultatis intelligentis ab objecto de-
pendentia, merè objectiva illa est, ac
terminativa, qua ne vel minimum qui-
dem dignitati ac prestantia facultatis
derogare potest.

Ad 2^{um} dum Deus ^{sta}
unicò et simplicissimo actu, eoque eter- 78
nò, omnia simul cognoscit et intrinetur,
totaque mutatio cadit in terminum co-
gnitionis, nempe creaturam, non in ip-
sam facultatem aut actionem cognoscentis.

Ad 3^{tium} Indecens non est, Deum
vilissima cognoscere, quasi vilis et abjec-
ta objecti cogniti conditio recideret in ipsam
facultatem cognoscentem. Neque enim
sicut inficitur Solis radius, cum loca foedissi-
ma penetrat, nec aies oculi, cum vilia
et abjecta inspicit.

Ob. 9^{no} Contra Conclusionem 166.

4^{ta} Scriptura, ubi loquitur de co-
gnitione rerum liberè futurarum, usur-
pat particulam fortè, forsitan, qua du-
biam ac conjecturalem, non verò certam
omnino ac exploratam denotat rei noti-
tiam. Jerem. 26. v. 3. Noli subtrahere ver-
bum, si fortè audiant, et convertantur.

Ezech. 2. v. 8. Hoc dicit Dominus: si fortè

164. vel ipsi audiant. Christus ipse adloquens Sama-
ritanam, Joan. 4. v. 10. Si scires, ait, domum
Dei, et quis est, qui dicit tibi, Da mihi bi-
bere; tu forsitan petisses ab eo. Et c. s.
v. 46. Si crederetis Moysi, crederetis forsitan
et mihi. Ergo Deus non cognoscit om-
nia futura libera et contingentia p.

Resp. neg. ant. ad textus adduc-
tos, dicimus 1.º Scripturam, ut, quod
jam loquens inuulatum, sese nobis accom-
modet, humano plerumque modo loqui
et particulam forte, forsitan, usurpare,
ut significet rei futura eventum semper
incertum esse respectu nostri, non autem res-
pectu Dei. Ita S. Aug. in Psal. 4. 2.º

ut doceat, ex provisione rei futura humanum
non ledi arbitrium. Ita S. Hieronymus in c. 26.
Jerem.

3.º Illa dubitantis parti-
cula forte, forsitan, utitur Scriptura vel
ad designandam rei difficultatem, vel ad
invepiendam hominis malitiam et perrica-
ciam. Ita S. Aug. Tract. 37. in Joan.

167. Ob. 10.º In Scriptura multa præ-
muntiantur tanquam futura, quæ tamen
re ipsa non contingere. Isaia, 38. v. 1. mors
Ezechia demuntiat futura, Dispone do-
mini tue quia morieris. Jona, 3. v. 4. præ-
muntiat futura intra spatium quadra-
ginta dierum ruina et subversio Ninivita-
rum, Adhuc quadraginta dies, et Ninive
subvertetur. Attamen nec tunc mortuus
est Ezechias, neque Ninive subversa. Ergo.

Resp. Dist. ant. Præmuntiantur
futura conditionate, con. absolute, neg.
ant. Quæ præmuntiantur futura subali-
qua conditione, eâ non posita, re ipsa non
sunt futura, quæ tamen futura fuissent,
si conditio fuisset impleta. Mors Ezechia,
e. g. futura prædicatur, non quidem abso-
lute, sed supposito, quod non immutare-

tur ordo et cursus causarum secundarum 163.
qui mortem ejus exigebat, cum autem, Deo
volente mutatus fuerit, tunc Ezechias
mortuus non est. Pariter, Subver-
tenda praedictur Ninive, non quidem
absolute, sed conditionate, si nempe poe-
nitentiam Ninivita non agerent; quam
cum egissent, Subversa non fuit eorum
civitas.

Ob. 11. mo Si certa est in Deo futu- 168.
rorum contingentium cognitio, duo gravissi-
ma incommoda sequuntur. Primum, futu-
ra illa non amplius liberè ac contingenter
sed necessario esse futura; quia, cum divi-
na praesentia falli non possit, necesse
est ea evenire, quae praesunt. Alterum,
inutilem omnino ac superfluum esse
humanam in rebus, tum civilibus, tum
spiritualibus curam ac sollicitudinem:
quocumque enim homo se convertat, ne-
cesse est idud fieri, quod Deus praenovit.

Resp. neg. utrumque consequens:
praesentia quippe Dei rei futura li-
bertatem non tollit, sed supponit. 1. Quia
res supponit futuras, eo ipso modo, quo
futurae sunt: liberè autem ac contingen-
ter futurae sunt. 2. Praesentia Dei
praesens ut est nuda rei cognitio, non ma-
gis tollit rei futurae libertatem, quam
vel cognitio rei praesentis, vel memoria
rei praeteritae. Ita S. Aug. lib. 3. de libero
arbitrio c. 4. Sicut enim peritus, e. g.
medicus, qui ex tali morbo talem effectum
scuturum praevidet, illum scuturum sup-
ponit, non vero facit; ita et praesentia
rei futurae, et actualis ejus cognitio, et

Nima
79

memoria rei praeteritae, rem futuram, vel praesentem vel praeteritam non facit, sed supponit. 3^o. Quia, ex communi SS: Patrum effatō, non ideo res futurae sunt, quia cognoscuntur à Deo; sed ideo potius cognoscuntur, quia futurae sunt. Cum vero nonnulli à scriptoribus Ecclesiasticis asserere videntur, res ideo futuras esse, quia cognoscuntur à Deo, particula causalis quia non causam formalem aut à priori hinc significat, sed argumentum duntaxat seu signum à posteriori, quia nempe Dei praesentia signum est rei futurae.

Inde facile solvitur primum, quod obiicitur, incommodum, quia Deus praesivit, necessario futurae sunt, Dist. necessitate subsequente liberam voluntatis Determinationem, conc. Necessitate antecedente, et ex ipsa Dei praesentia profluente, neg.

Ad alterum, quod opponitur, incommodum, inutilem scilicet fore humanam curam et sollicitudinem, negatur consecutio: siquidem non nisi ex supposita illa in rebus ad salutem animae pertinentibus cura et sollicitudine ex beneficio gratiae certissime à Deo cognoscitur futura hominis salus. Quapropter merito dixit Petrus: Satagite, ut per bona opera certam vestram vocationem, et electionem faciatis.

* 2. Pet. i. v. 10.

Ob. 12^{mo}. Quod non potest certo cognosci à Deo, quod Determinatam non habet veritatem. Sed talia sunt futura contingentia: neque enim sunt Determinata vel in se, cum non existant; vel in causis suis, utpote quae liberae sunt. Ergo, p.

167.
Resp. neg. min. Futura enim
illa Determinatam habent veritatem, tum
in praesentia Dei, tum in se ipsis, et in cau-
sis liberis, non quidem pro presenti, sed pro
futuro.

Ob. 13^{to} Si Deus futura mala praes- 170.
civit, quare, cum potens sit, ea non impedi-
vit?

Resp. causam esse 1^o Quia Deus ho-
minem liberum condidit, et sua libertati
permittit, ut sit meriti ac demeriti, pra-
mii vel supplicii capax. 2^o Quia Deus
provisor est generalis, qui ex malo etiam
bonum eruere novit, atque in manifesta-
tionem gloria ac justitiae suae hominum
peccata convertit.

Ob. 14^{to} Nonnulli ex antiquis ne- 171.
gant esse in Deo veram praesentiam.
Ita S. Aug. lib. 2. ad Simpl. q. 2. S. Greg.
Magn. lib. 20. Moral. c. 23. Boetius lib. 5.
consolat. Philos. par. 6. Ergo, p.

Resp. Dist. ant. Nonnulli ex an-
tiquis negant in Deo veram praesentiam,
quoad nomen, conc. Quoad rem nomine
significatam, neg. ant. Cum enim pra-
sientia vi nominis sit futuri scientia,
atque Deo proprie nihil futurum sit, ut
sunt omnia maxime praesentia, consequen-
ter nulla in eo proprie, et quoad nomen,
est praesentia; sed tantum scientia, quae
ad res futuras velut ad praesentes extenditur.
Ita explicat S. Aug. cit. q. 2. lib. 3. ad Simpl.

Ob. 15^{to} contra Conclusionem 172.
stam S. Augustinus, ejusque discipuli
Ss: Prosper et Fulgentius, nullam in Deo
admittunt praesentiam, nisi rei, quae ali-
quando re ipsa futura est. Imo incidunt
graviterque reprehendunt ac damnant

168. in Belagianis et Semipelagianis praescientiam futurorum sub conditione; ut S. Aug. lib. i. de anima et ejus origine c. 12. Et lib. de praedest. Sanctorum, c. 14. S. Prosper Ep. ad S. Aug. Inter Epistolas S. Aug. 225. S. Fulgentius, lib. i. de veritate praedestinationis, c. 7. Ergo, p.

Qua
80

Resp. Ad primum Dist. ant. Non agnosunt memorati SS. Patres in Deo praescientiam rei absolute futurae, nisi si vera futura illa sit, cone. alias falsaretur Dei praescientia. Rei sub conditione futurae, iterum distinguimus: unam agnosunt praescientiam ad sensum Belagianorum, et Semipelagianorum, quos refellunt, cone. ad sensum Catholicorum, neg. ant.

Itaque cum Deus res cognoscat, quales sunt, illa vero vel sint absolute futurae, vel conditionate duntaxat, si aliqua ponatur conditio; consequenter res absolute futuras, re ipsa, ut absolute futuras cognoscat; res pariter sub conditione futuras, siue conditio ponenda sit, siue non ponenda, certo etiam cognoscat: at non ad sensum hereticum Belagianorum, et Semipelagianorum, qui contendebant 1.° Scientiam conditionatorum Deo regulam et motivum esse ad gratiam concedendam iis, quos illa bene viros esse providebat; quod quidem quam falsum sit, vel imo Tyrriorum et Didoniorum exemplo demonstratur. 2.° Parvos premio vel supplicio donandos esse, non quidem propter opera bona vel mala, quae re ipsa fecissent, sed quae facturi fuissent, si ad

pleniorē aetatem servati fuissent; quod 169.
etiam absurdum est et impium: Si enim
nemo puniri potest propter crimen non-
dum patratum, multo minus propter cri-
men quod nunquam committi debet.

Ad 2^{um} Resp. Hos SS. Patres
damnare in Belagianis et Semipelagianis
abusum Scientiae conditionatorum, non
ipsam in se spectatam Scientiam. Variè
autem tum Belagiani, tum Semipelagiani
Scientiā conditionatorum abutebantur.

1^o Volebant Belagiani, fundamen-
tum praedestinationis ad fidem et gloriam
esse merita purè humana, ex solis liberi
arbitrii viribus, quae Deus absolutè futu-
ra providens, ad fidem, et gloriam homi-
nem praedestinat. Semipelagiani vero,
etsi ad fidem et opus bonum gratiam ne-
cessariam esse faterentur; ad initium
tamen fidei, seu ad quendam pium cre-
dulitatis affectum, naturam solam et
vires liberi arbitrii sufficere contendebant.

2^o Idem Semipelagiani docebant,
bonum vel malum usum gratiae, quem
Deus futurum providebat, causam esse
ei motivum, quo movebatur Deus, ut
gratiam his concederet, aliis vero denega-
ret.

3^o Quantum spectat ad parvulos,
recurrebant ad merita vel demerita eorum,
non quae fecissent, sed quae facturi fuissent,
si diutius vixissent. Ita referunt SS. Au-
gustinus, Ep. 194. aliàs 105. ad Sixtum, n. 42.
Prosper, Ep. ad Augustinum, quae est de er-
roribus Massiliensium. Atque iste Semi-
pelagianorum abusus Augustinum eo ad-
duxit, ut scriberet, Futura, quae non sunt
futura, à Deo non praesiri. intellige ad

170. Sensum et mentem Semipelagianorum, et
ad eum finem et usum, quem illi confin-
xerant.

173. Ob. 16^{to} Nulium futurum potest
certo à Deo cognosci ante Dei Decretum. At-
qui nulium est in Deo Decretum ~~absolutum~~
~~absolutum~~ pro re nunquam futura, inutile
scilicet ac superfluum illud foret. Ergo, p.

Resp. Dist. min. Nulium est in
Deo Decretum absolutum pro re nunquam
futura, con. nulium est Decretum con-
ditionatum, quod nempe sit pars illius con-
ditionis, sub qua res esset futura, neg. min.
E.g. cum Deus predixit futuram Tyriorum
conversionem, vidit Tyrios convertendos sub
ista conditione, si voluissent apud illos fi-
eri miracula Christi, et eam ipsis concedere
gratiam, que necessaria fuisset, ut, visis
Christi miraculis, credidissent, conversi illi
fuissent. In eo igitur Systemate, quod
nihil continet Laniori doctrina adversum
Decretum Dei, quod esset, includitur tanquam
pars conditionis, sub qua futura conditio-
nata videntur à Deo; ac consequenter ve-
ra est in rigore ista propositio, Nihil fu-
turum cognoscitur ante Decretum Dei: vel
quod est, si res absolute futura est; vel
quod fuisset, si res duntaxat futura sit
sub conditione nunquam ponenda.

Prima
L. 81.

174.

§. Tertius.
De medio, in quo Deus om-
nia cognoscit.

* Medium cognitionis illud dicitur
in quo res aliqua cognoscitur, seu quod
prius cognitum ducit in cognitionem alte-
rius.

Favile inter Theologos convenit De-
um absque ullo medio se ipsum suasque
perfectiones, per se ipsum immediate co-
gnoscere. Ratio est aperta: quia Deus sibi

* vid. inf. Exercit. Theolog.
Exercit. 5. n. 86. et seq. item
Exercit. 7. n. 116. et seq.

metipſi eſt intimè præſens, nec quid- 171.
quam in eo prius eſt ipſius eſſentia, ni-
hil quod ſit veluti cauſa cognitionis
eſſentia divina. Deinde attributa ſeu
perfectiones divina ad ipſam Dei eſſentiam
pertinent, ſine quibus conipi non po-
teſt. Ergo immediate in ſe ipſis cognos-
cuntur.

* Deum quoque in ſua eſſentia res
omnes creatas, atque etiam poſſibiles cognos-
cere inde habetur, quòd, cum divina po-
tentia ſcientia et virtus ſit infinita, re-
rum cognitionem non ab objectis ipſis,
ſed ex ipſamet Dei eſſentia deſumat.

* vid. inf. Enchir. Theolog.
Enchir. 5. n. 85. et ſeq.

Deinde Deus ſuam eſſentiam compre-
henſive cognoviſſe, prout priori S. conſtat.
ià nam 146. oſtenſum: comprehenſive
autem Dei eſſentiam cognoscere, eſt eam
cognoscere omni, quo cognosci poteſt, mo-
do, nempe tam ſecundum id, quod eſt in
ſe, quam ſecundum id omne, ad quod po-
teſt ſe extendere. Atqui ſic divinam eſſen-
tiam cognoscere, eſt in eà tanquam in
cauſa cognoscere omnes creaturas etiam
poſſibiles, cum re verà per creationem ad
eas ſe poſſit extendere.

* id eſt, ſemetipſum
cognoviſſe.

Verum hæc apud Theologos ma-
gnam non patiuntur difficultatem; at
longè magis operosa videtur altera ques-
tio, quippe que jam à centum quin-
quaginta ſeptem annis*, ab anno videli-
cet 1588. quò primum in lucem prodit
Liber Ludovici Molina à Societate Jeſu
De concordia liberi arbitrii cum gratia,
hinc in e Theologorum animos mirè agita-
vit, atque diviſit, ita ut hætenus ad pa-

* N. hoc exaratum fuit
an. 1745.

172. eam et concordiam neutriquam adduci potuerint; in quo scilicet medio Deus cognoscatur tum que liberè ac contingenter sunt absolute futura, tum que conditionatè duntaxat futura sunt.

173. Theologi illi, quos Thomistas à S. Thomà Aquinate Ordinis Prædicatorum alumnò, qui vulgò Theologorum Scholasticorum Princeps atque Doctor Angelicus audit, vocant; communiter docent, futura libera et contingentia ordinis naturalis à Deo cognosci, tum in existentia illorum cum Divina æternitate, tum in Decreto absoluto physice prædeterminante. Quæ verò prædeterminatione sunt ordinis supernaturalis, in Decreto absoluto, et gratia per se efficaci certò et infalibilerè determinante voluntatem ad bene agendum; quorum necessitatem cum illi repetant ex Supremo Dei erga res omnes Dominio, ac perfectà creatura à Creatore dependentia, consequenter tum Decretum absolutum, tum gratiam ex se efficacem exigunt in ipso etiam natura innocentis statu.

176. Theologi verò illi, quos Jansenistas, à Jansenio Iprensensi Episcopo, nuncupant, cum vim et efficaciam gratia in presenti statu reponant in delectatione celesti relative superiori ac victrice, id est, qua gradibus superior est, quam delectatio terrestri opposita concupiscentia, consequenter in huiusmodi gratia et Decreto absoluto eam conferendi, futura libera supernaturalis ordinis certò à Deo cognosci asserunt. In duobus autem à Thomistis hæc differunt, 1º Gratiam ex se efficacem ac decreta physice prædeterminantia pro solo natura lapsa ac corrupto statu admittunt,

* vide ea quæ de prædeterminatione physica disputamus in nostra metaphysica part. 2. cap. 1. §. 5.

2. 82

non vero pro statu naturae innocentis. 2^o. 173.

Thomista volunt, gratiam efficacem esse in se absolute efficacem; Janseniani vero relative duntaxat ad terrestrem concupiscentiam opposita Delectationem*.

Augustiniani autem, à S. Augustino, cuius sunt alumni, sic dicti, hanc distinctionem opus esse contendunt: 1^o enim docent, futura naturalis ordinis videri in creatura voluntate, tanquam in medio. 2^o Opera supernaturalia status naturae innocentis pariter visa fuisse in eadem voluntate sub gratia versatili constituta. 3^o Tandem, futura supernaturalia nostri status videri à Deo in decretis efficacibus concedenda gratia ex se se efficacis certo ac moraliter voluntatem determinantis.

Atque hinc patet, Augustinianos circa statum naturae innocentis idem sentire cum Molinistis, de quibus mox dicemus: circa opera supernaturalia presentis status vero Thomistis consentiunt hoc uno excepto, quod scilicet Thomistae gratiam ex se se efficacem ac physicè determinantem agnoscant; Augustiniani vero non nisi moraliter.

* Alii Theologi Molinae discipuli, 178. et ab ipso Molinista dicti, gratiam illam ex se efficacem. sensu tum Thomistico tum Janseniano, et absoluta decreta physicè prædeterminantia repudiant, ne forte noceant humanae libertati. Consent illi, Deum circa liberas hominis actiones nihil omnino statuere ac definire, nisi prius per scientiam conditionato-

* hanc medi, in quo Deus futura libera et contingentia cognoscit, Jansenianorum exponendi rationem non probavit Ecclesia, quod huiusmodi relativa vitrix ac superior Delectatio libertati humanae nocere videatur; certum quippe est, huiusmodi Delectationem necessario ad suas partes trahere voluntatem humanam, quemadmodum pondus quatuor librarum necessario vincit et ad se trahit pondus duarum duntaxat, ubi ambo bilancem occupant; verum de hoc fusius in Tract. de gratia agemus.

^a vid. inf. Exercit. Theolog. Exercit. 7. n. 116. et seq.

174 rum, seu mercedem, de qua inferius, cognoverit, quid homo facturus sit, si in his, vel illis circumstantiis collocetur, si haec vel illa gratia ipsi conferatur: non quod existiment, praevidum illum sub conditione talis gratiae voluntatis consensum Deo causam esse ac motivum gratiam illam conferendi; enimvero Semipelagianorum error hic fuit: sed ut nostris concipiendi modo Deus dirigatur in suis decretis absolutis formandis, ac salva remaneat sub efficaci Dei motione humana libertas.

Hujus Sententiae patroni agnoscunt, 1^o gratiam efficacem in ratione doni ac beneficii; scilicet doni cujusdam ac beneficii singularis loco haberi debere, quod ex multis congruis auxiliis, quae Deus habet in sua potestate, ista potius seligat ac largiatur, cum quibus hominem consensurum praevidet. 2^o gratiam efficacem esse ex se in actu primo, id est, ex se habere, non vero ab humana voluntate vim omnem suam movendi, excitandi, alliciendi voluntatem ad bonum; non tamen efficacem in actu secundo, nisi accedente consensu voluntatis, quo etiam accedente vis omnis et efficacia ipsi gratiae prevenienti, excitanti, adjuvanti, et concomitanti tribuenda est, non humana voluntati, quae quidem ad opus bonum simul cum gratia ista concurret, et cooperatur, ut tamen prima partes gratiae semper tribuenda sint: Non ego, dicebat Apostolus, sed gratia Dei meum.

179. Quapropter totus hujusmodi famosa controversia cardo in eo verti videtur, (utrum nempe gratia, per quam voluntas

383

humana bonum operatur, Debeat certo et 175.
invictè promovere seu prædeterminare phy-
sicè vel moraliter voluntatem ad bene agen-
dum; an verò satis sit, si preveniat, comi-
tetur, concurret, ac simul operetur cum
voluntate. En quò tandem reudat gran-
dis illa et operosa controversiarum moles,
quæ, ut jam diximus, à Paulo et amplius
Theologos nostros tam durè exarcent et
etiam ad convitium usque et injuriam,
quin tamen certi aliquid et stabili, cui
tuto inniti possimus, hætenus protulerint;
tot tantisque scilicet difficultatibus in-
voluta est hæc questio.

Certè S. Augustino adeò obscura et 180.
explicata difficilis visa fuit hæc questio,
quæ nempe circa modum seu medium,
quo Deus omnia cognoscit, versatur, ut
nihil circa eam definire ausus sit. Non
audemus dicere, ait, quomodo novit Deus? * In Plat. 49.
Ne fortè hoc à me, fratres, expectetis, ut ex-
plitem vobis, quomodo cognoscit Deus: hoc
solum dico, non sic cognoscit, ut homo,
non sic cognoscit, ut Angelus; et quo-
modo cognoscit, dicere non audeo, quo-
niam et scire non possum.

Id ipsum sane hætenus Ecclesia 181.
visum est, ut quæ nihil adhuc super
hæc questione definierit; quæ silentia,
et nos meritò silere debemus. Igitur
nobis satis est, hæc varias variorum Theo-
logorum hæc de re sententias et opinio-
nes, modosque, quibus suam quique
exponunt, retulisse. Deum illa
humanâ libertate seu liberò arbitrio
omnia futura contingentia cognoscere,

176. Scriptura, Patres, Ecclesia, ratioque ipsa
suadent ac declarant; hinc nobis haren-
dum, neque aviosius investigandum,
quibus id faciat mediis, quod eum nos
latere voluisse vel tanta hac de re sen-
tentiarum et opinionum varietas, et quod
caput est, Ecclesia silentium illud probant.
S. Quastus.

182.

An Scientia Dei sit causa
rerum.

Theologi generationem duplicem in
Deo distinguunt Scientiam, Simpliis in-
telligentia videlicet, et visionis: per illam
Deus res ut mere possibles, per hanc res
ut aliquando futuras cognoscit. His ad-
dunt aliqui tertiam, quam conditiona-
torum Scientiam nuncupant, alio nomi-
ne eam mediam dicunt, quod velut media
sit inter Scientiam simpliis intelligen-
tia, et Scientiam visionis, atque priorem
immediate sequatur, omnique Dei abso-
lutum et efficax decretum antecedit, prout
jam in Metaphysica nostra exposuimus, part.
2. c. 1. §. 4. pag. atque etiam fusius §. se-
quenti explicabimus.

Porro Scientia Dei diu potest
causa rerum vel directiva, quando sili-
cet dirigit operantem ad opus, quemadmo-
dum ars, qua est in mente artificis, illum
dirigit ad artefactum, ostendendo ipsi et
finem, et media; vel efficiens, quando
siliet influat per veram causalitatem
in ipsum opus. Porro certum est, Scien-
tiam Dei nullatenus causam esse peccato-
rum.

Disputant Theologi inter se,
quoniam Dei Scientia rerum causa diu se-
beat, an Scientia simpliis intelligentia,

an media, an visionis, vel hae utraque: ^{177.}
sit.

Conclusio

183.

Nec scientia visionis: nec scientia media, si qua datur, sed sola scientia simplicis intelligentia est causa rerum.

Prob. 1^a pars 1^o ex hac communi SS: Patrum sententia, nimirum non ideo res esse futuras, quia cognoscuntur à Deo; sed potius ideo cognosci, quia futurae sunt.

Non est, inquit S. Justinus, seu auctor questionum ad Orthodoxos apud ipsum q. 58.

praescientia causa ejus, quod futurum est:

sed id, quod futurum est, est causa praescientiae.

Quocirca non Christus causa est proditionis Iudae: verum proditio est causa Domini praescientiae.

Origenes, in c. 8. Epist. ad Rom. Non propterea, inquit, scit aliquid quia id sit Deus futurum; sed quia futurum est, scitur à Deo antequam fiat.

S. Hieronymus in c. 26. Jerem. Non, inquit, ex eo quod Deus scit futurum aliquid, ideo futurum est: sed quia futurum est, Deus novit quasi praescius futurorum.

Ergo his horum et aliorum SS: Patrum locis, quae brevitatis gratia praetermittimus, scientia visionis praesupponit res futuras, adeoque eas non facit, nec proinde earum causa esse potest. Unde

Prob. 2^o. Ratione 1^o quod praesupponit res futuras non potest esse earum causa, cum essentialiter sit causa, ut sit prior suo effectui. Atqui scientia visionis praesupponit res futuras; et quidem 1^o praesupponit futuras res necessarias, quia praesupponit decretum absolutum, quo futurae

4. 84

178. Decernuntur: est enim eò Decretò posterior,
cum illud sit medium, in quo futura necessa-
ria à Deo videntur. 2^o. Scientia visio-
nis presupponit quoque, saltem respectu
naturæ lapsæ, futuros actus liberos ordinis
Supernaturalis: cum actus illi futuri sint ex
Decretò absoluto, quod Deus ab æternò tulit
de iis ut futuris; unde illud Decretum est
medium, in quo à Deo sciuntur; medium
verò prius est cognitione, quam ~~mediorum~~,
objectum, cuius est medium. p. Ergo, p.

Prob. 2^o. Quia vix stare ac con-
ciliari potest veata libertas cum eà scien-
tiã, quæ virtute Decreti absoluti et an-
tecedentis causa est futura actionis. Ne-
cesse quippe est, necessitate non tantum
consequente et hypotheticã, sed absolutã
et antecedente illa fieri, quæ Deus abso-
lutã suã voluntate fieri Decernit: neque
verò alio magis efficaci momento opportu-
nè usi fuere SS. Patres ad conciliandam
humanam libertatem cum Divinã præscien-
tiã, quàm quòd non idèò res sunt futu-
ræ, quia præsciuntur à Deo, sed potius
idèò præsciuntur, quia futurae sunt.

Prob. altera pars usdem, quibus
prior probata est, argumentis. Nam iuxta
Scientiã mediã Defensores futura sub con-
ditione præcedunt Dei cognitionem abso-
lutumque ejus Decretum: per eam quippe,
ut ajunt, Deus videt, ad quid voluntas
se se ex innatã suã libertate determina-
tura sit, si in his aut illis circumstantiis
à Deo ponatur.

Prob. 3^{ta} pars conclusionis. So-
la Scientiã simplicis intelligentiã præce-
dit res futuras: sola in eas influunt per mo-
dum providentiæ seu directionis, et artis seu

179
operationis; prudentia quidem, inducens
Dei voluntatem, ut hoc vel idud operari ve-
lit; artis vero, ostendens post Determinatio-
nem voluntatis, modum, quo res facienda
sunt.

Solvuntur Objectiones, 184.

Ob. 1^o. S. Augustinus lib. 13. Confess.
c. ult. Disertè aperit creaturas idè esse,
quia cognoscuntur à Deo. Nos, inquit, ista
qua fecisti videmus, quia sunt. Tu autem,
quia vides ea, sunt. Eadem quoque
videtur esse mens S. Gregorii Magni lib. 20.
Moral. c. 32. Quaecumque sunt, inquit, non
in aeternitate ejus idè videntur, quia sunt;
sed sunt, quia videntur. Ergo Scientia
visionis, dumtaxat est causa rerum.

Resp. neg. cons. ad Patrum tex-
tus dicimus, 1^o. Sensu illativo, non autem
causali SS. Patres dixere, res idè esse, quia
videntur à Deo: quippe si videntur, ne-
cessaria est ista illatio, ergo sunt; falsi
enim non potest divina praesentia.

2^o. Haec testimonia intelligi rectè pos-
sunt de illà Scientià, qua Deus solus res ali-
quas operatur, non de actionibus liberis,
qua cooperante creaturà produuntur.

3^o. Denique, cum aliqui Patres affirmant,
res idè esse, quia videntur à Deo, intelli-
gendi sunt, non de Scientia visionis, sed
de illà, qua dicitur simplicis intelligentiae,
qua procedit decretum, cujus directiva est.
Unde hoc modo distingui potest antecedens
propositio prolata objectionis SS. Augusti-
nus et Gregorius creaturas idè esse aperunt,
quia videntur seu cognoscuntur à Deo Scien-
tià simplicis intelligentiae, cons. Scientià
visionis, neg. ant.

9. 5. 85

180.
185.

Ob. 2^o Scientia simplicis intelligentia est merè speculative, tota nimirum occupatur in contemplandâ rerum possibilitate. Atqui, ut patet, habitus merè speculativus non est causa efficiens rerum. Ergo, p.

Resp. Dist. Maj. Scientia simplicis intelligentia non applicata per actum divina voluntatis est merè speculative, con. applicata per actum voluntatis! neg. maj. p.

Tria in Deo rationis instantia velut seu momenta sunt distinguenda. In primò Deus habet ideas rerum omnium possibilium; in alterò se se determinat ad produendum e.g. hominem juxta ideam hominis, quam in primò instanti in mente gerebat; in tertio denique videt hominem existentem: in priori ex his instantibus Scientia simplicis intelligentia est merè speculative, at in alterò est practica, quia dirigit Deum ut se determinet ad hominis productionem, et ad eam concurrit per modum causa exemplaris.

186.

Ob. 3^o Ea Scientia non potest esse causa rei future, quæ rem non cognoscit ut futuram vel existentem. Atqui Scientia simplicis intelligentia non cognoscit res ut futuras vel existentes, quòd proprium est Scientie visionis, sed ut possibile, duntaxat; Ergo, p.

Resp. Dist. maj. Ea Scientia p. quæ rem non cognoscit ut futuram p, nec ideam, ad quam fieri debet, con. quæ rem non cognoscit ut futuram, et tamen ideam cognoscit, ad quam res illa fieri debet, neg. maj. Pariter Dist. min. Atqui Scientia simplicis intelligentia non cognoscit res ut futuras vel existentes, cognoscit

tamen ideam, ad quam ipsa fieri debent,^{181.}
con. min. Et non cognoscat ideam illam,
neg. min. Ars in artifice non cognos-
cit ipsum opus, quod artifex operari vo-
luerit, sed cognoscat ideam ad quam ex
suppositione, quod fiat, exigi debet; ea
tamen ars est causa operis: ergo pariter
Scientia simplicis intelligentiae idem est
causa rerum futurarum, quod cognoscat
ideam, ad quam futura, si fiant, exigi
debent.

S. Quintus
De Variâ Scientia Dei

187.

Divisione

Quamvis unica sit eaque simpli-
sissima, quantum ad entitatem, Dei Scien-
tia; pro varietate tamen objectorum
multiplex distingui solet à Theologis.

1.^o alia necessaria dicitur, seu natura-
lis, quae versatur circa Deum ipsum et
res possibiles; alia vero libera, quae habet
pro objecto creaturas.

2.^o alia dicitur
speculativa, quae nihil operatur cir-
ca objectum suum; alia vero practica,
quae operatur.

3.^o alia approbatio-
nis, quae innotetur et probat quae bona
sunt; alia improbationis; quae impro-
bat, quae non facit, peccata sibi et.

4.^o alia dicitur simplicis intelli-
gentiae, quae, ut S. precedenti dicitur, cir-
ca res possibiles; alia visionis; quae circa
res existentes, vel aliquando futuras ocu-
patur.

* Nonnulli Theologi tertium quor-
dam membrum divisionis, interserunt,

6. 86
* vid. inf. Caenit. Theol.
Caenit. 7. a. 116. et seq.

182 quod vocant Scientiam mediam, seu conditio-
natorum, eo quod illa Scientia species sit
media inter Scientiam simplicis intelligen-
tia, et visionis, nec non versetur circa ob-
jectum, quod nec mere possibile est, nec
absolute futurum, sed quod futurum
esset, si aliqua poneretur conditio.

Ergo Scientia media est Scientia
conditionatorum independens ab om-
ni Decreto Dei absolute et efficaci, eoque
anterior: media, ut dictum, nuncupa-
tur, eo quod medium quemdam locum
teneat inter Scientiam simplicis intelli-
gentia et visionis, ejusque objectum
medium sit inter objectum Scientia utri-
usque; quia neque mere est possibile
neque absolute futurum p.

Non hic queritur, utrum illa Sci-
entia media distinguenda sit, vel revo-
canda ad Scientiam simplicis intelligen-
tia, aut visionis. Profecto enim, prout
jam in *Metaphysica* nostra advertimus,*
vel conditio, quam includit Scientia me-
dia, mere possibilis est, vel aliquando po-
nenda: Si mere possibilis, Scientia illa
revocatur ad Scientiam simplicis intelli-
gentia, nec ab ea distinguitur; si vero
conditio aliquando futura est, revocatur
ad Scientiam visionis.

Totus ergo controversia status
unice respicit usum ac necessitatem Sci-
entia media; utrum scilicet Deus in
suis Decretis absolutis formandis per illam
dirigatur, nec absolute hoc Decreto quin-
quam circa liberas hominis actiones prius
decernat, quam per illam mediam Scien-

9.
* part. 2. c. 5.

tiam exploraverit, ac certo cognoverit, quid ¹⁸³
homo facturus sit ista vel alia posita condi-
tione, in his vel illis circumstantiis consti-
tutus.

En questionis Status, cujus occasio-
ne vel ab ipso anno 1588. quo primum in lu-
cem prodit liber Ludovici ~~Molina~~ Molina
è Societate Jesu, De concordia liberi arbi-
trii cum gratia, in quo Scientiam illam ad-
struit, tanta exarsit discordia inter Patres
Dominicanos ex una parte, et Patres Socie-
tatis Jesu ex altera, ut ad eam, si fieri pos-
set, sapiendam habita fuerint celeberrimi-
mo illo De auxiliis Congregationes coram
SS. Pontificibus Clemente VIII. ab anno
1598. usque ad ann. 1605. quo extremum
diem clausit, et Paulo V. a die 20. Septemb.
ann. 1605. usque ad diem 28. Augusti anni
1607. quo tandem finis impositus fuit
illis Congregationibus, et triduo post ex
mandato Pauli V. partes litigantes di-
missa, ac intra religiose modestia fines
se continere iussa sunt, ne ve pars una
alteri erroris notam ullam inureret se-
verè inhibitum ipsi fuit, nullo à S. Se-
de lato eam in rem iudicio.

In duas ergo partes hū Schola divi - 188
ditur. Prima est Thomistarum, et eorum,
qui se Augustinianos dicunt, qui cum gra-
tia per se, et ab intrinseco efficaci, ac de-
cretorum Dei absolutorum necessitatem rigi-
dè tueantur, inutilem omnino existimant
Scientiam mediam, utpotè sine qua Deus
certissime cognosuit in suis absolutis Decre-
tis, ac virtute efficaci hae gratiae, quid ho-
mo facturus sit, si hae gratia ipsi concedatur.

184.

Secunda Sententia est eorum, qui
timent pro libertate, si quid Deus circa li-
beras hominis actiones absolutò suo Decretò
prius decernat, quam per Scientiam illam
conditionatorum exploraverit, quò se incli-
natura sit voluntas, si hæc vel illa gratia
ipfi conferatur. Hoc enim duplex assigna-
tur hujus Scientiæ officium, 1º ut
Deum dirigat in suis Decretis absolutis for-
mandis. 2º ut explicetur quomodo
salva et integra remaneat humana liber-
tas cum Decretis Dei absolutis et gratiâ
per se efficaci.

189.

Quinam autem harum bina-
rum contrariarum opinionum veritas
patrocinetur, hæc tamen remanet iner-
tum, prolatis utrimque validis et plausi-
bilibus argumentis, Super quibus cum
usque hæc Ecclesia nihil definit, ve-
rum eadem in sua utrimque probabi-
litate reliquerit, nec nos quidquam de-
finimus, aut probatis hinc unius partis ar-
gumentis, idine alterius momenta rejici-
mus velut improbabilia, verum contra,
quantum possunt, ea valere jubemus,
sine ullâ illorum soliditates disquisi-
tione. Profectò Sacra Scriptura, Ss:
Patres, ipsaque Ecclesia nobis præclara
subministrant argumenta, quibus et Dei
supremam in hominum voluntates po-
testatem, et horum liberum arbitrium
tueamur; hæc nobis sufficere arbitramur,
nec opus esse investigare, an hæc interpo-
sitâ eâ, quæ Media nuncupatur, Dei Scien-
tiâ an Deus eveniant, atque quem or-
dinem, à quo veritas hujus questionis uni-
cè pendet, in suis Decretis Deus instituerit,
quem nos Patere hæc tamen voluit.

7. 87

Capitulum Sextum
De Voluntate Dei.

185

190.

* Esse in Deo proprie dictam voluntatem communis est omnium sententia. Omnia, quaecumque voluit, fecit, ait Psalmista Psal. 113. v. ii. Matth. 6. v. 10. jubente Christo sic Deum oramus: Fiat voluntas tua. Rom. 9. v. 19. Voluntati eius quis resistit? Et c. 12. v. 2. et 3. Reformamini in novitate sensus vestri, ut probetis, quae sit voluntas Dei bona, et beneplacens, et perfecta. Item Ephes. 1. v. 2. Operatur omnia secundum consilium voluntatis suae, p.

* vid. inf. Invenit Theol. Invenit. 8. n. 142. et seq.

Ratio est, quia Deus est ens perfectissimum; ergo omnis et quaelibet perfectio, quae nullam in suo essentiali conceptu imperfectionem includit, in ipso formaliter continetur. At voluntas in ente spirituali est perfectio, quae nullam in suo essentiali conceptu includit imperfectionem. Ergo p.

Haec voluntas porro in Deo non est per modum potentiae seu principii virtualis divinae volitionis; sed per modum operationis; quia Deus est actus purissimus ac maximè simplex; et sicut intellectus in eo non habet rationem potentiae, sed actus, ita et voluntas.

Unde manifestè sequitur, voluntatem, ut et intellectum pertinere ad primum essentiae divinae conceptum seu ideam: essentia quippe entis perfectissimi formaliter includit omnem perfectionem simpliciter simplicem,

quidem primum, creatura vero secundum 187
darium. Formale vero sola Dei increata
bonitas.

Prob. 1^a pars Conclusionis. Inia ob-
jectum materiale divinae voluntatis est
id quod, circa quod versatur divina volun-
tas. Atque primario versatur circa De-
um, seu divinam essentiam, secundario
vero circa creaturas. Ergo, p.

Prob. 2^a pars. Inia obiectum,
formale divinae voluntatis, est id quod, sub
quo divina voluntas Deum et creatu-
ram attingit. atque sub ratione increa-
tae huius bonitatis voluntas divina Deum
ac creaturam attingit. nam Deus amat
se propter se ipsum, ut et creaturam,
atque in sua increata bonitate tan-
quam in fine quiescit voluntas ipsius.
Ergo, p. Universa enim propter se-
metipsum operatus est. Prov. 16. v. 14.

Et vero expresse docet S. Augus-
tinus lib. 1. de Doctrina Christ. c. 31. Deum
nobis non fieri, sed uti, quia nos propter
semetipsum amat. Quid vero sit
fieri vel uti re aliqua exponit eodem lib.
c. 4. Fieri, ait, est amore alius rei in-
herere propter se ipsam: uti autem, quod
in usum venerit, ad id, quod amat, obti-
endum referre. Unde concludit, Deum
creaturis non fieri, quia eas non amat
propter se ipsas, ipsis inherendo; sed illis
uti, quas refert ad se se tanquam ad su-
premum bonum et finem ultimum.

S. Thomas part. 1. q. 19. art. 1. ad 1.
diserte conclusionem nostram confirmat.

188. Licet, inquit, nihil aliud à Deo sit finis Dei: tamen ipsemet est finis respectu omnium, quae ab eo fiunt, et hoc per suam essentiam cum per suam essentiam sit bonus. At non esset finis omnium, quae ab eo fiunt, si omnia non faceret propter se ipsum, et faceret aliquid, quod ad se ipsum non referret. Deinde art. 2. ejusdem quaestionis ita concludit: Sic igitur vult se et alia. Sed se ut finem, alia vero ut ad finem: in quantum concedet divinam bonitatem etiam alia ipsam participare.

193.

I. Secundus.

An Deus se ipsum, et alia à se distincta velit et diligat, et quomodo.

Certum est 1^o Deum primario ac necessario se ipsum amare; ut potè infinitum et supremum bonum infinite amabile; non quidem necessitate coactionis ac violentiae, sed necessitate voluntaria et naturalis inclinationis; atque ex mutuo patris et filii amore procedit Spiritus Sanctus.

Certum est 2^o Deum amare, et quidem liberè, omnes creaturas sive existentes, sive aliquando futuras; nam Deus amat ~~omne~~ omne quod bonum est. Sap. 11. v. 25. Diligis omnia, quae sunt, et nihil odisti eorum, quae feisti. Genes. 1. v. 31. Vidit Deus cuncta, quae fecerat, et erant valde bona. 1. Timoth. 4. v. 4. Omnis creatura Dei bona est. Cum verò illae creaturae liberè sint à Deo productae, quibus certe non indiget, liberè quoque illas diligit: ex hypothesis tamen quod eas creaverit, necesse est consequenter, ut eas diligat. Cum bonitas Dei, inquit S. Thomas*, sit perfecta et esse possit sine aliis,

G * part. 1. q. 19. art. 3.

cum nihil ei perfectionis ex aliis auerescat, 189.
sequitur, quod alia à se cum velle non sit
necessarium absolute, et tamen necessari-
um est ex suppositione; Supposito enim
quod velit, non potest non velle, quia non
potest ejus voluntas mutari.

Certum est 3^o Deum velle mala
naturæ aut poenæ non quidem per se ac-
directè, sed per accidens, ratione alterius;
mala vero culpa, seu peccata, nullatenus
vult, neque per se, neque per accidens;
ea nihilominus permittit, ex quibus novit
erui bonum.

1^o Mala naturæ, id est, naturæ de-
fectus et aberrationes, qualia sunt mons-
tra; et mala poenæ, quæ in punitionem
culpæ seu peccati inducuntur, ut mors,
fames, sitis, morbi, &c. non sunt ex pri-
mâ Dei hominem rectum et justum crean-
tis intentione, nec habent ex se se spe-
ciem boni: attamen per accidens, et ratio-
ne alterius, hujusmodi mala et incommo-
da vult Deus, volendo bonum aliquod, cui
tale malum annexum est. Ita vult poe-
nam, ut hominem à malò retrahat, et
revocet in ordinem justitiæ, excitet advi-
gilantiam, reddat cautiores contra om-
nes Demonis impetus ac mundi illecebras,
quàmque etiam Demonstret justitiæ.
In hoc sensu dicitur Amos 3. v. 6. Si erit ma-
lum in civitate, quod non fecerit Domi-
nus. Et Eccli. 11. v. 14. Bona et mala,
vita et mors, paupertas et honestas à Deo
sunt.

2^o Deus per se ac directè non vult
mala culpa seu peccata. Psal. 5. v. 5. Non
Deus volens iniquitatem tuas. Sap. 14. v. 9.
Odio sunt Deo impius, et impietas ejus.

190. Denique Jacobi i. v. 13. Deus intentator malorum est.

3^o Peccata Deus permittit secundum leges suae providentiae, nempe ut creatura rationali suam relinquat libertatem, et ex ipso malo bonum eruat. Deus et bonus, ut de malo etiam bene faciat....

R *In Enchirid. c. ii. ait S. Augustinus,*

i *c. 27.

*Melius judicavit de malis bene facere, quam nulla mala esse permittere.

194. Verum quaeritur etiam an Deus creaturas mere possibili-
necessario amet?

Pro quo notandum 1^o Creaturas possibili-
hinc à nobis non considerari prout sunt in Deo, et virtualiter in eius omnipotentia continentur; sic enim considerata sunt ipse Deus, et eodem amore diliguntur à Deo, quo Deus se ipsum diligit: sed considerantur secundum illud esse proprium et objectivum, quod habent in Deo.

Not. 2^o Divinam voluntatem vario affectu versari posse circa creaturas: 1^o affectu simplicis complacentiae. 2^o affectu efficaci et absoluto, quo vult rem aliquam absolute fieri. 3^o affectu inefficaci, quo se vera Deus, quantum in se est, vult aliquid esse, quod tamen non fit, quia, ut fiat, relinquit in potestate causa libera creata. Hoc modo vult mandata sua ab omnibus observari, quae tamen ab omnibus non observantur; vult omnes salvos fieri, nec tamen omnes salvantur.

ada
jo

195. Quamquam Deus creaturas mere possibili-
biles non amet affectu efficaci et absoluto, quia sic desinerent esse mere possibili-
et essent absolute futurae; nihil tamen

obstat, quin dicamus, eas ab eo amari neces-^{191.}
sario amore simplicis complacentia.

Ratio est 1^o. Quia creaturae illae pos-
sibiles veritatem habent objectivam, quae
à Deo cognoscitur. Ergo et bonitatem,
quae amore simplicis complacentia à Deo
diligitur. Amor vero ille necessarius est,
quia non potest Deus quin amet, quod bo-
num est, et est objectum suae omnipoten-
tia.

2^o. Deus, si voluerit, producere
potest creaturas possibles. Atqui produ-
cere illas non posset, nisi cognoveret illas
bonas esse bonitate saltem in potentia,
seu objectivam; Deus enim non potest per
se se nisi bonum. Haec autem bonitas ne-
cessario terminat divinam voluntatem,
sicut veritas divinum intellectum: amor
enim ille complacentia erga creaturas
possibiles est veluti dispositio requisita
per quas idoneus sicut ita dicam: redditur
ad eas producendas; prout exponit S. Tho-
mas, 1-2. q. 25. art. 2.

§. Tertius.

An Dei voluntas sit libera,
et quae sit eius libertatis expli-
canda ratio.

Libertas est visus determinativa
cum activa indifferentia ad agendum vel
non agendum, quae dicitur libertas contra-
ditionis; vel ad agendum oppositum,
et dicitur libertas contrarietatis.

Actus voluntatis, quo Deus se ipsum
vel alia à se diligit, est ipsamet essentia di-
vina per modum actus vitalis significata,
quae ad essentiam ipsam, et actus Dei inter-
nos ac permanentes necessario, ad creaturas

2. 90

196.

192. verò liberè terminatur. Quæstio igitur
hæc est, qua ratione huiusmodi actus volun-
tatis divinæ, qui respectu essentia divinæ
et interiorum Dei actuum necessarius est, ad
creaturas tamen liberè terminetur.

197. Certum est in Deo esse veram et pro-
priè dictam libertatem; id enim Scriptura
manifestè probant. Psal. 93. v. 1. Deus
ultionum liberè egit. et Psal. 113. v. 3. Om-
nia quæcumque voluit fecit. Ephes. 1. v. 11.
operatur omnia secundum propositum vo-
luntatis suæ. Denique 1. Cor. 12. v. 11. Hæc
omnia operatur unus atque idem Spiritus,
dividens singulis prout vult.

Idem testantur S. Patres, qui pas-
sim asserunt, Deum potuisse non condere
mundum, quem condidit; non induere hu-
manam carnem, quam induit, et ita de cæ-
teris Dei operibus ad extra. Ergo docuerunt,
Deum esse liberum. Deus ipse, inquit
S. Augustinus, lib. 22. de Civ. c. ult. nun-
quid quoniam peccare non potest, ideo li-
berum arbitrium habere negandus est. Et
lib. 83. quest. 9. 22. Ubi nulla indigentia,
nulla necessitas; ubi nullus defectus, nulla
indigentia. Nullus autem defectus in Deo:
nulla ergo necessitas.

Item S. Am-
brosius lib. 2. de Fide c. 3. Omnia operatur
ait, unus atque idem Spiritus dividens sin-
gulis prout vult, hoc est, pro liberæ volun-
tatis arbitrio, non pro necessitatis obsequio.

Ratio etiam hædet. 1.º Deus, ut
alibi jam dictum, omnes omnino perfectio-
nes completitur. Atqui libertas est per-
fectio. Ergo, p.º 2.º Deus creaturis
non eget, cum sit in se perfectissimus. Ergo
Deus creaturas liberè creavit, ac liberè
conservat.

Ergo non potest illam non habere pro tota a-¹⁹⁵
ternitate.

Resp. Dist. cons. Non potest non ha-^{4ta}
bere illam consequenter ad liberam suam de-³²
terminationem, conc. Non potest illam non
habere antecedenter ad suam determinationem,
neg. cons. Ubi semel concipimus Deum de-
verisse mundi productionem, tunc simul con-
cipimus eum non amplius posse ipsius
productionem; at nihil obest, quin, abstra-
hendo ab huiusmodi volitione, concipiamus + seu antecedenter ad
eum libertatem habuisse mundum produendi eam,
vel non produendi.

Ob. 3^o Deus necessario vult sibi 202.
omne bonum, nam necessario se amat. At-
qui manifestatio perfectionum Dei per pro-
ductionem creaturarum est bonum Dei.
Ergo Deus necessario vult productionem crea-
turarum, p.

Resp. Dist. Maj. Deus necessario
sibi vult omne bonum intrinsecum, conc.
omne bonum extrinsecum, neg. maj. Bonum
Dei intrinsecum consistit in suis infinitis per-
fectionibus. At bonum ipsius extrinsecum
consistit in manifestatione suarum per-
fectionum, communicando se creaturis.
Hoc autem extrinsecum bonum, quod etiam
gloria Dei extrinseca dicitur, Deus non ne-
cessario sibi vult; quia sine illo est infinite
beatus et perfectus. Et quia manifestatio
perfectionum Dei addita suis perfectionibus
non facit aliquid intensivè majus, sed tantum
extensivè: bonum enim creatum et finitum,
quantumcumque multiplicetur additum bo-
no increato, et infinito non facit aliquid inten-
sivè melius, quam solum bonum increatum
et infinitum. Unde Deus sine illa manifesta-
tione est aequè bonus, perfectus, et beatus
intensivè et essentialiter, ac cum illa. Igi-

196. *tur* Deus volendo sibi manifestationem perfectionum suarum, ad summum se magis amat extensive, non intensive.

Iust. 1.^o Qui se ipsum efficaciter amat, vult sibi omnia bona non solum intrinseca, sed etiam extrinseca, quae sibi procurare potest. Ergo.

Resp. Dist. ant. Si sine bonis illis extrinsecis non sit infinite beatus, conc. Si sine illis sit infinite beatus, ideoque per illa non fiat beator, neg. ant. Deus est in se per suas perfectiones infinitas infinite beatus, unde non potest fieri beator.

Iust. 2.^o Actus quo Deus vult manifestare suas perfectiones, ideoque se communicare creaturis, est perfectio.

Resp. Est perfectio extensiva tantum, non intensiva. Nam sicut manifestatio divinarum perfectionum addita ipsis divinis perfectionibus non facit aliquid intensive majus in ratione boni: ita actus, quo Deus vult manifestare suas perfectiones, additus actui, quo perfectiones illas sibi vult, non facit aliquid intensive majus in ratione perfectionis.

Iust. 3.^o Actus, quo Deus vult manifestare suas perfectiones, additus actui, quo sibi vult suas perfectiones, reddit Deum magis laudabilem. Ergo.

Resp. neg. ant. Nam actus, quo Deus nollet suas perfectiones manifestare et creaturis communicare, tantam habet honestatem, ideoque tantam laudabilitatem, quantum habet actus, quo vult illas manifestare; quia est actus ejus-

Eam virtutis elicitus propter suam bonita-
tem infinite amatam, et imperatus ab infini-
ta illa complacentia, qua Deus sibi in suis
perfectionibus complacet. Unde Deus, si ve-
lit, si ve nolit manifestare suas perfe-
ctiones, est aequè perfectus tum intensive,
tum extensive, et tam duplici titulo lau-
dabilis, nimirum et quia vult sibi perfec-
tiones suas, et quia vult aut non vult ma-
nifestare illas propter suam bonitatem infi-
nitè amatam.

5. 78
99

Inst. 4. ^{to} Deus essentialiter habet
non solum virtualiter et eminenter, sed et
formaliter omnes perfectiones, quae nul-
lam involvunt imperfectionem. Atqui
talis est volitio manifestandi suas perfec-
tiones. Ergo.

Resp. Dist. maj. Si perfectiones illae
sint ipsi Deo meliores, quam aliae quae cum illis
sunt impossibiles, com. Sems, neg. maj.
Nam tunc non est ratio cur essentialiter
una Deo inesset potius quam altera incom-
possibilis: cum enim actus, quo Deus vult
manifestare suas perfectiones Deo melior non
sit, quam actus, quo nollit manifestare
eas, qui cum priori est impossibilis,
non videtur, cur prior actus essentialiter
Deo inesse debeat potius, quam alter.

Cetera quae huc adhuc objici possunt
dissolvimus supra c. 3. §. 4. De Immutabi-
litate Dei, quae vide.

D. Quartus. 203.

An multiplex in Deo sit
distinguenda voluntas.

Sicut Deus unico ac simplicissimo actu
intellectus omnia intelligit, ita unico ac sim-
plicissimo actu voluntatis à natura sua non

nem per
magis
cauter
trinsca
curare po
bonis illi
conc. si
oque per
Deus est
tas infini
atior.
ens vult
oque de
io.
tensiv
at man
n addit
on fact
ione bo
festam
quo per
faut ob
ione pr
o Deus
s, adhib
lectione
em. Ergo
n actus
manifest
ntam h
e laudab
s, que vult
actus, qui

198. Distinctio vult quaecumque vult. Distinctio
ergo ac divisio voluntatis in Deo, tota ex
parte objectorum, ad qua illa fertur, peten-
da est, non ex parte Dei, in quo una et sim-
plex est Dei natura et entitas.

Hoc ergo sensu multiplex à nobis via-
toribus conijcitur in Deo voluntas. Nam
1^o alia dicitur signi et beneplaciti. Prior
est ea, quae per signum aliquod externis no-
bis à Deo declaratur: est potius signum voli-
tionis, quam volitio: unde non est voluntas
proprie dicta sed tantum metaphoricè. Ta-
lis voluntas signi fuit praeceptum, quo Deus
mandavit Abrahamo immolationem Isa-
ac, quam tamen nullo modo volebat, ne
inefficaciter quidem, sed solum volebat,
ut Abrahamus significaret se paratum
animum habere ad Isaac eodem. Hu-
jus voluntatis quinque numerantur spe-
cies hoc versu expressæ:

Præcipit, prohibet, permittit, consulit, im-
plet.

Id est, praeceptum, prohibitio, permissio,
consilium, operatio. Tot enim sunt signa,
quibus judicamus, Deum aliquid velle.

Voluntas beneplaciti est quolibet
Dei volitio vera et proprie dicta; talis est
mundi conservatio, quippe quam Deus verè
et proprie vult.

2^o Alia dicitur antecedens, et
consequens. Prior juxta S. Damascenum
lib. 2. de fid. orthod. c. 29, post S. Joan. Chryso-
stom. 1. in Ep. ad Ephes. est volitio, quam
Deus habet ex se ipso solo, et independentè
à bonis et malis operibus creature, atque
objectum considerat in se abstrahendo ab
illius circumstantiis, et vulgò appellatur

199.
Distinctione bonitatis et misericordiae: Tali volun-
tate Deus vult omnium salutem.

Voluntas consequens, est volitio, quam
Deus habet, non ex se solo, sed data occasione
al causa ex parte creaturae, sive dependen-
ter à bonis vel malis operibus creaturae,
etque obiectum suum considerat omnibus
circumstantiis vestitum, et dicitur voluntas
iustitia: Tali voluntate vult Deus aliquos
condemare consideratis eorum peccatis.

Latini autem loquendo, voluntas antecedens
est quaelibet volitio divina, quae non supponit
usum libertatis creaturae: consequens, quae
idem supponit.

3^{ti}o alia dicitur efficax et ineffi-
cax. Voluntas seu volitio efficax est ea,
quae Deus sic vult aliquid, ut determina-
tus sit ad superanda omnia impedimenta
et ad adhibenda media, quibus re ipsa illud
fiat. Quare voluntas efficax effectum
semper habet, estque impossibilis cum
opposito illius, quod Deus intendit. Talis
est voluntas salvandi electos. Hanc
voluntatem apertissime exponunt Scrip-
turae. Isa. 46. v. 10. Consilium meum sta-
bit, et omnis voluntas mea / efficax / fi-
et. Psal. 113. v. 3. Omnia quaecumque
voluit fecit. Gen. 50. v. 19. Num Dei posu-
mus resistere voluntati

Voluntas inefficax est ea, quae
Deus sic vult aliquid, ut non sit determi-
natus ad superanda omnia impedimen-
ta: unde impossibilis est cum opposito
illius quod Deus intendit. Est quidem
vera voluntas et beneplaciti, sed ineffi-

6 24

700. cau ob contumaciam hominis voluntate
qualis est ea, quã vult omnes homines
salvos fieri, præcepta sua ab omnibus
servari, ab omnibus malum devitari,
qua tamen voluntas seu potius volitudo
in omnibus finem suum non assequitur.
De hujusmodi voluntate loquitur Christus
Matth. 23. v. 37. Jerusalem ... quoties volui
congregare filios tuos, quemadmodum
gallina congregat pullos suos sub alas, et
noluisti? Ezechiel. 24. v. 13. Mun-

dare te volui, et non es mundata à sordi-
bust tuis. Isa. 5. v. 4. quid est quod debui
ultra facere vinea mea, et non feci? an
quod expectavi, ut faceret uvas, et fecit labrus-
cas? 2. Pet. 3. v. 9. Patienter agit propter
vos, nolens aliquos perire, sed omnes ad poen-
itentiam reverti. Denique Act. 7. v. 51.
Vos Spiritui Sancto resistitis! An porro

credibile est, Deum verè ac sincerè non velle
omnium salutem; non velle, ut bonum
operemur, et abstinemus à malo, cum id
tam expresse proposita aeternâ mercede vel
poenâ imperat? quantum ab illa fita et
simulata Dei voluntate abhorrent pie
Christianorum aures!

4^{to} Denique alia est Dei volun-
tas absoluta, et conditionata. Prior est
ea, qua nullam involvit conditionem ex
parte objecti seu volitæ rei. Talis est voli-
tio, qua Deus vult mandata sua servari ab
hominibus. Conditionata est ea, qua
includit aliquam conditionem ex parte ob-
jecti et rei volitæ. Talis est voluntas
salvandi omnes homines, si velint gra-

tiā adiuti salvari, et mandata Dei servare. 201.

Porro omnis voluntas efficax est etiam absoluta, sed non omnis voluntas absoluta est efficax, ut patet in voluntate absolutā, qua Deus vult mandata sua ab hominibus servari. Tamen per voluntatem absolutam saepe intelligitur efficax.

S. Quintus.

204.

An Dei voluntas semper impleatur.

Ex his, quae modo de multiplici Dei voluntate dicta sunt facilis est propo-
sita quaestionis solutio.

1^o namque clarum est, quod in his, quae solus Deus operatur et sine ullo creature concursu seu cooperatione, Dei voluntas semper impleatur, nec illi resisti possit. In hunc sensum dicitur Esther, 13. v. 9. Dominus Deus Rex omnipotens, in ditione tua cuncta sunt posita, et non est, qui possit tua resistere voluntati, si de re veris salvere Israel.

Genes. 30. v. 19. Joseph ad fratres suos ait: Nolite timere; num Dei possumus resistere voluntati? 2. Paralip. c. 20. v. 6.

Tu es Deus in caelo, et Dominaris cunctis regnis Gentium, in manu tua est fortitudo, nec quisquam potest tibi resistere.

Job. 9. v. 17. Deus, cuius ira nemo resistere potest.

2^o Voluntas Dei efficax, et 205.
absoluta prout efficaci conjungitur, eti-

202 am circa liberas hominis actiones Semper impletur, nec ipsi unquam resistitur.

Patet hoc ex iis qua proximum de voluntate Dei efficaci et absoluta diximus, de qua Deus apud Isaiam c. 46. v. 19. ait: Consilium meum stabit, et omnis voluntas mea fiet.

795 Et Apostolus Rom. 9. v. 19. Voluntati eius, quis resistit? Danielis Denique c. 4. v. 33. Iusta voluntatem suam, inquit, facit, tam in virtutibus caeli quam in habitatoribus terra, et non est qui resistat manui eius, et dicat ei, Quid fecisti?

Communis etiam haec est SS. Patrum doctrina. Unus hic sufficiat S. Augustinus, Enchiridii c. 96. ubi sic loquitur, Neque veraciter ob aliud vocatur omnipotens, nisi quoniam quidquid vult potest, nec voluntate cuiuspiam creaturae voluntatis omnipotentis impeditur effectus.

Paulo ante dixerat: Nisi hoc credamus, periclitatur ipsum nostrae confessionis initium, quae nos in Deum Patrem omnipotentem credere confitemur. Id vero de liberis hominum actionibus ex gratia elicitis dicendum quoque esse, docet ibidem c. 98. Quis enim, inquit, tam impie derideat, ut dicat, Deum malas hominum voluntates quas voluerit, quando voluerit, ubi voluerit, non posse convertere.

Et lib. de gratia et libero arbitrio c. 21. Agit omnipotens, inquit, in cordibus hominum motum voluntatis eorum; ut per eos agat, quod per eos agere ipse voluerit, qui omnino

injuste aliqui velle non novit.... Operatur 203.
in cordibus hominum, ad inclinandas eorum
voluntates quocumque voluerit, sive ad bona
pro sua misericordia, sive ad mala, pro me-
ritis eorum; iudicium utique suo, aliquando
aperto, aliquando occulto, semper autem jus-
to.

Denique lib. de concepit. et grat. c. 14.
n. 43. Volenti saluum facere, ait, nulum
hominis resistit arbitrium. Sic enim velle
seu nolle in volentis aut nolentis est potestate,
ut divinam voluntatem non impediatur, nec
superet potestatem. Etiam de his, qui fa-
ciunt, quae non vult, facit ipse, quod vult.
... sine dubio habens humanorum cordium,
quod placet inclinandorum omnipotentissi-
mam potestatem.... magis enim habet in po-
testate voluntates hominum, quam ipsi suas.

Non de alia profecto, quam de absoluta et
efficaci voluntate intelligi ista possunt.

* Quo pacto autem cum huiusmodi 206.
absoluta et efficaci Dei voluntate stare ac
conciliari possit libertas humanae actionis,
vix certo definias. Utramque simul
stare nos docet fides; qua vero ratione id
fiat, non exponit. Inde varia Schola
sententia. Alii per scientiam medi-
am seu conditionatorum nodum hunc sol-
vere nituntur. Alii per ipsam Dei po-
tentiam, qui non tantum substantiam, sed
et modum actionis attingit, resque neces-
sarias necessario, liberas libero modo mo-
vet ac determinat. Alii ad altitudinem
huius mysterii silent; miris enim et ineffa-
bilibus modis gratia in nobis operatur velle
et perficere, ut sapientius inculcat S. Augusti-

* vid. inf. Exercit.
Theol. Exercit. 8.
n. 142. et seq.

9 *Rom. ii.

204. nos. Nos hic cum Apostolo* velut stupentes ex-
clamamus: O altitudo divitiarum Sapien-
tiae et Scientiae Dei: quam incomprehensi-
bia sunt iudicia ejus, et investigabiles viae
ejus! Haecque unicam rationem, qua
libertas humana cum absoluta et efficaci vo-
luntate divina conciliatur, nos sive ultro
fatemur, alii aliam, per nos licet, investi-
gent, et inveniant, si possint.

207. 3^o Voluntas Dei conditionata
cujus nempe conditio à solo Deo non pendet,
sed à libera creata voluntatis cooperatione,
non semper impletur.

Patet ex adductis jam Scriptura tes-
timoniis. Prov. i. v. 24. Vocavi et renuistis;
extendi manum meam, et non fuit, qui aspi-
ceret. Desperistis omne consilium meum, et
in irrationes meas neglexistis. Ezech.

24. v. 13. Mundare te volui, et non es mundata
à lardibus tuis. Matth. 23. v. 37. Jerusalem,

8 96
quoties volui congregare filios tuos, quemadmo-
dum gallina congregat pullos suos sub alas, et
noluisti?

Denique Apostolus 1. ad Tim.
2. v. 24. asserit, Deum velle omnes homines
salvos fieri, et ad agnitionem veritatis ve-
nire.

Haec porò voluntas, ex paulò ante
dictis, non est tantum signi, sed et benepla-
citi, nec est absoluta et efficax, sed condi-
tionata, qua, ut impleatur, conditionem
aliquam enigit à creata voluntate. Ergo da-
tur in Deo vera et proprie dicta voluntas bene-
placiti conditionata, quae non semper im-
pletur.

Consonat S. Aug. lib. de catechizan-
dis rudibus c. 26. Deus, inquit ibidem, vult
homines liberare, si sibi ipsi non sint ini-
mici, et non resistant misericordiae Creato-
ris sui. En conditio, quam ab hominibus

exigit Deus, ut voluntas, quam de illorum sa-^{205.}
lute habet, impleatur. Et Tract. 12. in
Joan. Quantum in medico est, ait, sanare
venit aegrotum. Ipse se interimit, qui precep-
ta medici observare non vult. Venit Salvator
ad mundum: quare Salvator dicitur est mundi,
nisi ut salvet mundum, non ut judicet mun-
dum? Salvari non vis ab ipso, ex te judicabe-
ris. Celebre etiam est ejusdem S. Aug.
dictum, qui creavit te sine te, non salvabit te
sine te. id est, sine tua ad divinam gratiam
cooperatione: ut consentias, et coopereris,
sua adjuvat gratia; sed nulla te ad consen-
tiendum necessitate adigit, ut libertati tuae
consulat, ac merendi tibi locum relinquat.
ut velimus, ait idem S. Aug. lib. 1. ad Simplic.
q. 2. et suum esse voluit, et nostrum; suum
voando, nostrum sequendo.

Addendus et huc S. Chrysostomus, Hom.
in 2. Jam ad Thessalonic. Si vos, inquit, elegit
ad salutem, non mentitur, neque sinit pe-
rire: ne autem per hoc duceret ad Socor-
diam, et totum esse Dei arbitrati ipsi dor-
mirent, vide quomodo ab eis quoque exi-
git, ut cooperentur, dicens. Confidimus au-
tem de vobis, fratres in Domino, quod que
precipimus, et facitis et facietis. Fidelis
quidem, inquit, est Deus, et promittens sa-
lutem dare, omnino dabit, sed ut promisit.
Quomodo autem promisit? Si velimus, et
eum audiamus, non absolute, neque tan-
quam lignis et lapidibus otiosis.

4^{to} Voluntas Dei, quatenus est ^{208.}
universalis omnium causa, semper huc modo
impletur. Prob. ex S. Aug. lib. de Spi-
ritu et littera, c. 33. Infideles quidem, inquit,

206. contra Dei voluntatem faciunt, cum ejus Evan-
gelis non credunt: Nec ideo tamen eam vin-
cunt.... experturi in suppliciiis potestatem
ejus, cujus in donis misericordiam contempse-
runt. Ita voluntas Dei semper invicta est:
vineretur autem, si non inveniret, quid de
contemptoribus faceret, aut ullo modo possent
evadere, quod de talibus ille constituit.

Et c. 100. Enchir. Hoc ipso, ait, quod
peccatores: contra voluntatem Dei fecerunt,
de ipsis facta est voluntas ejus.... ut mirò et
ineffabili modo non fiat prater ejus volun-
tatem, quod etiam contra ejus sit volunta-
tem.

Denique Serm. 214. in traditione Sym-
boli n. 3. sic loquitur: Nec ideo credant ini-
qui, Deum non esse omnipotentem, quia
multa contra ejus faciunt voluntatem: quia
et cum faciunt, quod non vult, hoc de eis
facit, quod ipse vult. Nullo modo igitur
Omnipotentis vel mutant, vel superant
voluntatem: sive homo justè damnetur,
sive misericorditer liberetur, voluntas Om-
nipotentis impletur.

S. Thomas 1. part. q. 19. art. 6. Doctr-
nam hanc, quam lausit ex S. Augustino, sic
probat, et explicat. Cum voluntas Dei, ait,
sit universalis causa omnium rerum, im-
possibile est, quod divina voluntas suum
effectum non consequatur. Unde quod rec-
edere videtur à divina voluntate. Secundum
unum ordinem, relabitur in ipsam secundum
aliu. Sicut peccator, qui, quantum in se
est, recedit à divina voluntate peccando,
invidit in ordinem divine voluntatis, dum
per ejus justitiam punitur. Nihil certè
disertius proferri potest, ut demonstratur
ex SS. Augustino, et Thomà, voluntatem

B. N. 99

Dei, quatenus est omnium causa universa. 207
lis, Semper aliquo sensu ac modo suo imple-
ri.

Sextus.

209.

Utrum Voluntas Dei
sit causa rerum.

Questio hic est an voluntas Dei sit
causa rerum libera an vero necessaria, id est,
an Deus natura sua necessitate sit rerum
causa, quomodo Sol necessitate natura
sua ita lumen premit, ut mundum illu-
minet; an vero libera voluntate. Sit

Conclusio.

210.

Voluntas Dei est rerum causa, et
quidem libera.

Prob. ex Scriptura. Gal. iii. v. 3.
omnia quaecumque voluit fecit. Ephes. i.
v. ii. Operatur omnia secundum consilium
voluntatis suae. Sap. ii. v. 26. Quomodo
autem populus aliquid permanere, nisi tu vo-
luisse?

Et certe, ut ait S. Thomas, i. p. q. 19.
art. 4. Cum Deus sit primum agens, per in-
tellectum et voluntatem cuncta causare di-
cendus est: liberè autem quaecumque sunt
extra se Deus causat, seu producit, quia is
non indiget, et ad solos actus immanentes,
generationem Filii, et Spiritus Spirationem
Spiritus Sancti, natura sua necessitate de-
terminatur.

Si verò quæsieris quo sensu tam
Scientia quam voluntas in Deo sint rerum
causa. arbitramur, Scientiam Dei practi-
cam esse causam rerum in genere causa
exemplaris: voluntatem verò seu decretum
in genere causa efficientis. Scientia habet
vim dirigendi per modum idee; voluntas

208. vim produendi per modum principii activi,
utpotè quo per se efficiat est. Hinc sequitur,
voluntatem esse causam rerum magis im-
mediatam, quàm Scientiam seu intellectum,
liquidem Scientia seu intellectus dirigit per
modum ideo, deinde voluntas eligit, et effi-
cauter exequitur, quod propositum est.

* vide qua c. s. s.
4. huius de re dispe-
ruimus à num. 182.

S. Septimus.

211.

An sit in Deo vera, sincera, forma-
lis ac beneplaciti voluntas Salvandi omnes,
Christus pro omnibus
mortuus fuerit.

Duo hæc nempe et voluntatem
Dei, et mortem Christi unico *Sp. h. o.* com-
plectimur, quod sunt inter se connexa;
ideo enim Christus pro hominibus mortu-
us est, quod Deus velit homines salvos fie-
ri.

Nemo negat Deum habere sine-
ram voluntatem Salvandi eos, qui se ipsi
salvantur, nempe electos. Nam cum Deus
illis probeat in tempore media efficacia ad
salutem consequendam, et post illorum
mortem retribuatur eis vitam æternam,
patet, quod habuerit ab æternò volunta-
tem sinceram, imò et efficacem idos sal-
vandi. Deus enim nihil facit in tempo-
re, quod non velit facere: et nihil vult
facere in tempore, quod ab æternò non
voluerit facere, cum omnis volitio Dei
sit ab æternò et æterna sicut Deus. Ita-
que sola potest esse questio de voluntate
Dei circa salutem reproborum, an scilicet
sinceram se habeat eos Salvandi voluntatem, p.

23
23
1.4

2. 98

209.
212.

Calvinus in c. 2. 1.^a ad Tim. et lib. 3.
Instit. c. 24. docuit, Deum non habere
Sinceram et veram voluntatem Salvandi
omnes homines. Unde in c. 2. Ep. 1.^a S. Joan.
consequenter negat, Christum esse mortu-
um pro omnibus hominibus.

Calvino consentire videtur Jan-
senius Episcopus: nam lib. 3. De
gratia Christi c. 20. asserit doctrinam de
generali Dei voluntate Salvandi omnes
homines à Semipelagianis ortam esse, et
inde in Scholas derivatam; additque volun-
tatem Salvandi omnes homines, si quam
Deus habet post Adæ lapsum, esse nudam
velleitatem, qualem Deus habet circa homi-
nes vel Angelos actu damnatos. Quare
c. 21. docet Christum mortuum esse pro salute
aeternâ solum electorum, nec magis pro
ceterorum hominum salute sanguinem
suum fuisse aut orasse, quam pro salute
diaboli. Fatetur tamen multis repro-
bis propter merita Christi conferri fidem,
charitatem, et justificationem, et sic ali-
quatenus Christum pro multis reprobis
mortuum esse, quamvis pro eorum salu-
te aeternâ mortuus non sit, ideoque jus-
tificationem necessario amittant, nec pos-
sint in gratiâ acceptâ perseverare. In-
quo solum discrepat à Calvino docente
nulis reprobis ullam gratiam ex meritis
Christi concedi. verum contra illos sit.

¶ velut abstractum
volitionis, que est
ipse actus volunta-
tis. unde velleitas
consistit velut in præ-
cisione mentis, nec
quidquam operatur,
atque remota que-
dam voluntas seu
volitio sibi potest,
talem habere dicitur
potest Iudex, qui
mentis præcisione
vult hominem esse
salvum, quem ta-
men propter homi-
cidium omnibus spe-
quenda salutis et
vitæ mediis ipsaque
vitâ privat.

(Conclusio) ma

213.

Deus verâ et sincerâ voluntate vult
omnes omnino homines salvos fieri etiam
reprobos, nullo excepto.

Prob. 1^o Ex Scripturis. 1^o Ezechiel.

36. v. 11. Vivo ego, dicit Dominus, nolo mortem
impii, sed ut convertatur a via sua, et vi-
vat. Deum huc jurasse observat Ter-

* Ab. De poenit. c. 4.

tudiamus, ut nempe promptiorem fidem
obtineat, Jurans etiam, inquit, Vivo, di-
cens, cupit credi sibi. O beatos nos, quorum
causa Deus jurat? O miserimos, si nec ju-
ranti Domino credimus! bono si Deus
mortem impii, id est damnationem non vult,
necepe est, velit salutem. Ergo, p.

2^o Matth. 18. v. 11. Venit filius ho-
minis salvare quod perierat. Et c. 11. v. 28.
Venite, ait Christus, ad me omnes, qui labo-
ratis, et onerati estis, et ego reficiam vos.

2. Pet. c. 3. v. 9. Non tardat Dominus, inquit
S. Petrus, promissionem suam... sed patienter
agit propter vos, nolens aliquos perire, sed om-
nes ad poenitentiam reverti. Haec omnia

Scripturae testimonia de homine lapsō ac pec-
catore sunt intelligenda, prout vel Lipsius vi-
det. Non enim, ait Christus Matth. 9. v. 13.
veni vocare justos, sed peccatores.... Et c. 18.
Venit filius hominis salvare quod perierat.
Deus ergo verè ac sincerè vult omnium ho-
minum salutem.

3^o 1. ad Tim. 2. Obsecro primum
omnium, inquit Apostolus, fieri obsecratio-
nes, orationes, postulationes, gratiarum actio-
nes, pro omnibus hominibus, pro Regibus, et
omnibus, qui in sublimitate sunt, ut quie-
tam et tranquillam vitam agamus in omni
pietate, et castitate: hoc enim bonum est et
acceptum coram Salvatore nostro Deo, qui
vult omnes homines salvos fieri, et ad agni-
tionem veritatis venire: unus enim Deus, unus
et mediator Dei et hominum, homo Chris-

tus Jesus, qui dedit redemptionem semetip-²¹¹
sum pro omnibus.

663
Constat 1^o haec Apostoli verba, Deus
vult omnes homines Salvos fieri. proprio ac lit-
terali sensu intelligenda esse de vera et in-
teriori Dei voluntate, non de illa, quae dicitur
esse meri signi, figurata, et metapho-
rica: quia juxta receptam ab omnibus de
interpretatione Scripturarum S. Augustini
regulam, Scripturae verba ad sensum figura-
tum, improprium et metaphoricum detor-
queri nunquam debent, nisi sensus littera-
lis aliquid contineat, quod sit vel Deo indi-
gnum, vel pugnet contra fidem et bonos mo-
res, vel alia Scriptura aut Traditio, vel evidens
aliqua ratio obstet: porro nihil tale hic
occurrit.

Constat 2^o Apostolum loqui de ho-
mine lapsó: qui enim sanus est, medicinae
non indiget, nec homo innocens reparato-
re; Apostolus autem hanc rationem et cau-
sam voluntatis Dei pro salute omnium
istam reddit: Unus mediator Dei et homi-
num homo Christus Jesus, qui dedit redemp-
tionem semetipsum pro omnibus. Loqui-
tur ergo de homine lapsó et peccatore, qui
solum redemptore ac reparatore indiget.

Constat 3^o Hanc Dei voluntatem
ad omnes et singulos homines extendi. Id
demonstrat 1^o ista Apostoli ratio, qua
probat Deum velle, omnes homines Salvos
fieri, Unus enim Deus: Sicut enim Deus
omnium plane, nullo excepto, hominum
Deus est; ita et omnium Salvator, et re-
demptor. Demonstrat 2^o et haec alte-
ra ejusdem Apostoli ratio, quam ibidem

212. adduit, Unus enim mediator Dei et hominum
homo Christus Jesus, qui dedit redemptionem
semetipsum pro omnibus. Scilicet Deus eos
salvare vult, quorum mediator est Christus,
et pro quibus semetipsum redemptionem
dedit; ergo Deus vult omnes homines
salvos fieri. Demonstrat 3^o et votum
Apostoli moventis, fieri obsecrationes,
orationes, postulationes, gratiarum
actiones, pro omnibus hominibus... hoc
enim bonum est et acceptum coram Sal-
vatore nostro Deo, qui omnes homines
vult salvos fieri. Ex quo patet, Deum
velle, eos omnes salvos fieri, pro quibus
fieri obsecrationes, postulationes, p. monet
Apostolus. Atqui hortatur Apostolus
fieri obsecrationes, orationes, p. pro omni-
bus hominibus. Ergo, p. Unde est,
quod Ecclesia in Officio Parasceves orat pro
omnibus hominibus etiam haereticis, Schis-
maticis, infidelibus, et perfidis Judaeis.

Constat denique, voluntatem
hanc non esse mere et simplicis compla-
centiae otiosa et sterilis, adeoque meram
veleitatem duntaxat, sed veram, sinceram,
activam, ex qua scilicet omnium homi-
num mediator destinatus est Christus, et
dedit semetipsum redemptionem pro om-
nibus.

Prob. 2^o. Ex Conciliis. 1^o In Ara-
catensi* versis annum 475. in quo lecta, et
probata fuit Fausti* Regiensis Episcopi ad
Lucidum Presbyterum Epistola, in qua sex
ipfi proponit erroris capita revocanda. Sex-
tum est istud, Anathema illi, qui dixerit,
quod Christus non pro omnibus mortuus sit,
nec omnes homines salvos esse velit.

u
* circa an. 475.
x* alias Rejensis

2^o Ex Lugdunensi* an. 490. in quo ²¹³
Luidi retractatio et emendatio lecta et ^{* an. 490.}
probata fuit.*

3^o Ex Moguntino Secundo Sub Ra-
bano Archiepiscopo, an. 848. ubi damnatus
est Gotescalus, qui veterum Prædestina-
tiorum errores revocaverat. Ita testan-
tur Rabanus in Epistola ad Hinemarus
Remensem, et Hinemarus in Epistola ad
Nicolaum Baram: Dicit, ait Hinemarus,
quod veteres Prædestinatiani dixerunt,
quoniam non vult Deus omnes salvos fie-
ri, sed tantum eos, qui salvantur; omnes
autem salvari, quosunque ipse salvare vo-
luerit: ac per hoc, quicumque non salvan-
tur, penitus non esse voluntatis illius
ut salventur.

* Invidiam perperam
Z opponunt, hae bi-
na Conilia aut fie-
ta esse aut semipe-
lagiana. Sed eos
Solidè confutat
Cardinalis Norisi-
us, lib. 2. Hist.
Belag. c. 15.

1604

4^o Ex Carisiaco Conventu* an. 849. ^{* an. 849.}
ubi quatuor capitula contra totidem erro-
res statuta et determinata fuerunt. Testi-
um sic habet: Deus omnipotens omnes ho-
mines sine exceptione vult salvos fieri, si-
cet non omnes salventur. Quod autem qui-
dam salvantur, salvantis est donum;
quod autem quidam pereunt, pereuntium
est meritum.

5^o Ex Conilio Tridentino, quod
variis locis, ut Sess. 6. c. 2. et 3. docet, Chris-
tum Dominum pro omnibus ac singulis ho-
minibus mortuum fuisse: porro Deus eos
omnes salvos fieri vult, pro quibus Christus
mortuus est, siquidem mors Christi ex
Dei voluntate ad aeternam hominum sa-
lutem destinata est, ac ordinata.

Prob. 3^o Ex SS. Patribus. Græcos
pretermittimus, siquidem Jansenius eos
sibi adversari ultro fatetur: Unde merito

214. nobis gratulamur nostraeque sententiae, qua
tot habeat sanctitate et doctrinā idustres
patronos et defensores, Iustinum, Basili-
um, utrumque Gregorium, Cyrillum, Chy-
lostomum, &c. Nec advenit Janseni-
us, quam sit periculosum in fide Græcos
cum Latinis circa fidei dogmata discor-
des pronuntiare; sic quippe interisō ve-
ræ Traditionis apud Græcos circa gratiam
filii, fides huiusce mysterii in Ecclesia Græ-
cā defuisse dicenda erit: attamen con-
fidenter ac verè S. Augustinus Julianum
impugnans dicebat*: Non est, cur provo-
ces ad Orientis Antistites, quia et ipsi utri-
que Christiani sunt, et utriusque partis
tenarum fides ista una est, quia si desista
Christiana est.

~~lib. i. advers. Julian.~~
* lib. i. advers. Julian.
c. 4. n. 14.

Prob. ergo conclusio nostra en Ga-
tribus Latinis. 1.º aperte docet S. Cypri-
anus Ep. 52. ad Antonianum, Deum nemi-
nem perire velle: Nam, inquit, cum scrip-
tum sit, Deus mortem non fecit, nec lata-
tur in perditione vivorum; utique, qui
neminem vult perire, cupit peccatores
poenitentiam agere. Porro si Deus ne-
minem vult perire, necesse est, omnium
velit salutem; atque ad eò omnibus confe-
rat, vel saltem preparat media ad salu-
tem verè sufficientia.

2.º S. Ambrosius, lib. de paradiso
c. 8. Venerat Dominus Jesus, inquit, omnes
salvos facere peccatores, etiam circa impios
ostendere suam debuit voluntatem... quod
in Deo fuit, ostendit omnibus, quod om-
nes voluit liberare. Iuxta S. Ambrosi-
um Deus vult omnes liberare; ergo et sal-
vare. 3.º S. Augustinus lib. de spiritu
et littera c. 33. ubi celebrem hanc versat

questionem, Si voluntas bona, quae cre- 218
ditur, est Donum Dei, cur non omnibus
datur, cum Deus velit omnes salvos fieri,
et ad agnitionem veritatis venire? Quia
quam proinde sic mentem suam aperit:
Vult autem Deus omnes homines salvos
fieri, et in agnitionem veritatis veni-
re: non sic tamen, ut eis adimat liberum
arbitrium, quò bene vel malè utentes ju-
dicentur justissime. Quòd cum fit, infi-
deles quidem contra Dei voluntatem faci-
unt, cum ejus Evangelio non credunt: nec
ideo tamen eam vincunt, verum se ipsos
fraudent magnò et summò bonò, malis-
que poenalibus implicent, ex perturo in
Suppliciiis potestatem ejus, cujus in donis
miseriordiam contempserunt. Ita vo-
luntas Dei semper invicta est: vinceretur
autem, si non inveniret, quid de contemp-
toribus faceret, aut ullò modo possent eva-
dere, quòd de talibus ille constituit.

Ergo ex S. Augustinò adhaerente ad lauda-
ta Apostoli verba, Deus sincerè vult
salvos fieri eos omnes, quos judicaturus
est. Atqui Deus judicaturus est omnes
omnino homines etiam reprobos nullò
exceptò. Ergo ex S. Augustinò Deus
sincerè vult omnes homines nullò ex-
ceptò salvos fieri. Qui autem non
salvantur, ideo non salvantur, quia
per liberum suum arbitrium Deo resistunt,
atque proprià malà voluntate ejus grati-
am contemnent: voluntas tamen Dei
semper manet invicta, quia de divina
miseriordia contemptoribus fait quòd
vult, nec ullò modo possunt evadere, quòd
de ipsis constituit. Ita autem Dei

Col. 5

216. voluntas ex S. Augustino vera est et sincera,
cum vi illius concedantur reprobis dona,
quibus salutem consequi possint.

Porro S. Augustinus hoc loco loquitur
ex propria sententia, ut patet ex toto
contextu, non autem ex sententia Pelagi-
anorum, ut perperam et falso asserit Jan-
senius, quem tam aperta S. Doctoris hujus
verba ita premunt, ut his quidquam op-
ponere haud valeat nisi mendacium.

Eandem doctrinam tradit idem
S. Doctor lib. de catechizandis rudibus c. 26.
A quo interitu, inquit, hoc est poenitentis sem-
piternis, Deus misericors volens homines
liberare, si sibi ipsi non sint inimici, et
non resistant misericordiae creatoris sui,
misit unigenitum Filium suum.

4.º Augustino consentit fidelis-
simus ejusdem Interpretes et Discipulus S.
Prosper in Responsione ad secundam
objectionem Vincentii: Sincerissime
credendum atque profitendum est, inquit,
Deum velle, ut omnes homines salvi fi-
ant; siquidem Apostolus, cujus ista sen-
tentia est, sollicitissime praecipit, quod
in omnibus Ecclesiis piissime observatur,
ut Deo pro omnibus hominibus supplicetur;
ex quibus, quod multi pereunt, pe-
reuntium est meritum; quod multi sal-
vantur, salvantis est donum. Ergo
juxta S. Prosperum sincerissime creden-
dum et profitendum, Deum velle ut om-
nes homines salvi fiant, et si qui pere-
ant, non Dei voluntati, sed eorum demer-
itis id esse adscribendum.

Et in Responsione ad Capitula
gallorum, Sent. 8. Qui dicit, inquit, quod
non Deus velit omnes homines salvos fieri,
sed certum numerum praedestinatorum, du-
rins loquitur, quam loquendum est. De

altitudine inscrutabilis gratia Dei, qui et ²¹⁷
omnes homines vult salvos fieri, atque in
agnitionem veritatis venire. Ergo, teste

S. Prospero, Iuvius loquitur, quam loquen-
dum sit, qui contendit, Deum velle certum
duntaxat numerum praedestinatorum sal-
vos fieri, non autem omnes omnino homi-
nes.

Omittimus hic alios Patres, ut S. Joan.
Damascenum, lib. 2. c. 29. S. Fulgentium,
lib. 1. De remiss. peccati. c. 1. S. Bernardum,
Hom. 4. Super Misus est. S. Anselmum,
in c. 6. Matth. Remigium Lugdunensem,
lib. De tribus Epistolis c. 12. qui rem nostram
clare conficiunt.

Prob. 4^{to}. Ex unanimi omnium Scho-
larum consensu, Thomistarum praesente
Doctore Angelico S. Thomâ, qui sententiam
nostram clarissime adstruit pluribus in
locis, ut In 1. Sentent. Dist. 46. q. 1. art. 1.
Item 1. part. q. 19. art. 6. ad 1. Et in Com-
ment. Super Epist. 1. ad Tim. c. 2. lect. 1.
et alibi passim. Scotistarum praesentibus
S. Bonaventurâ, ~~ad 1. in 1.~~
Sentent. Dist. 46. art. 1. q. 1. Et Scotô lib. 1.
Sentent. Dist. 46. q. unica ad 1. arg. —

De Patribus Societatis Jesu non
est, quod hic loquamur, cum nemo dubi-
tet, quin nobiscum in eandem conspirent
sententiam. verbe, si Jansenistas in
Galliâ et Belgio exipias, nullus est in
orbe Christiano Theologus Catholicus, qui
nobiscum non sentiat. ~~Ex quo~~ Ex quo
vides, quam improbe Jansenii Discipuli
contra torrentem nitantur.

Prob. 5^{to}. Rationibus Theologicis.
1. Omnes procius homines, sive praesti-
nati, sive reprobi, firmissimam salu-

66. 6

Minor autem a dco constanti Theologorum 219.
omnium consensu firmata est, ut certè
absque temeritate negari non possit, et ex
ejus negatione sequeretur pietati ac bo-
nitati inò equitati Dei injuriosum quòd.
Ergo, p.

5^o. Deus vult eos omnes salvos fi-
eri, pro quorum salute Christus mortu-
us est: ut enim docet S. Augustinus, ex * lib. de catechiz.
illà Dei voluntate ortum est, ut filium rud. c. 26.
suum mitteret, qui omnium salutem
morte suà procuraret. Atqui Christus
pro omnium ac singulorum hominum
salute mortuus est, ut probabimus con-
clusionem sequenti. Ergo, p. Si ergo

Conclusio 2. da

214.

Christus pro omnium ac singulo-
rum hominum eternà salute mortuus est,
non solum sufficientià pretii oblatis, ut
ajunt, sed etiam sufficientià voluntatis
offerentis, ac proinde eò animò eaque
intentione sanguinis sui pretium Deo
Patri obtulit, ut gratias mereretur, qui-
bus omnes possent verè eternam salutem
consequi.

667

Prob. 1^o ex scripturis. 1^o Rom.
8. v. 32. Qui proprio filio suo non peper-
cit, ait Apostolus, sed pro nobis omni-
bus tradidit illum. Quam sententiam
ad ipsos etiam parvulos pertinere aperit
S. Augustinus lib. 2. de nupt. et conupisc.
c. 33.

2^o. 1. ad Tim. 2. v. 5. et 10. Unus
enim Deus, unus et mediator Dei et ho-
minum homo Christus Jesus, qui dedit
redemptionem semetipsum pro omni-
bus. Si ergo unus est redemptor ac

220. mediator hominum, sicut unus est Deus,
proius necesse est, Christum omnium et
singulorum hominum redemptorem esse,
sicut eorundem unus est Deus.

3^o Denique 2. Cor. 5. v. 14. et 15.
rem nostram de rectorie confitit Apostolus,
his verbis: Charitas Christi urget nos; esti-
mantur hoc quoniam si unus pro omnibus
mortuus est, ergo omnes mortui sunt; et
pro omnibus mortuus est Christus, ut et qui
vivunt, iam non sibi vivant, sed ei, qui
pro ipsis mortuus est, et resurrexit. Ex
Apostolo pro illis omnibus mortuus est Chris-
tus, qui mortui sunt in Adamo. Atqui om-
nes et singuli homines: una excepta Bea-
ta Virgine Maria; mortui sunt in Adamo,
in quo omnes peccaverunt; ergo pro omni-
bus et singulis hominibus mortuus est Chris-
tus, non tantum sufficientia et valore pre-
tium, de quo nullus ambigit, sed etiam ex
animò et intentione pretium illud pro sa-
lute omnium offerentis: nam mori pro om-
nibus in sensu proprio et Ecclesia est mori eà
intentione, ut mors illa prosit omnibus ad
vitam æternam: sicut mori pro aliquo est
mortem subire ex intentione, ut mors prosit
alium. Præterea Christum mori pro
electis, est Christum mori pro salute æternâ
electorum. Ergo Christum mori pro omni-
bus omnino hominibus est Christum mori
pro salute æternâ omnium omnino homi-
num.

Prob. 2^o In Conciliis, que priari
conclusionione laudata sunt. Item ex
Concilio Tridentino Sess. 6. De justificatione
propter alia passim loca. ubi hæc habet: Hæc
1. Christum; proposuit Deus propitiatorem

per fidem in sanguine ipsius pro peccatis nostris;^{221.}
non solum autem pro nostris, sed etiam pro
totius mundi. Quisquis haec verba, pro totius
mundi, de solis praedestinati interpretaretur,
ab ipsius Concilii mente vehementer recede-
ret; nam eo loci ad spem et fiduciam
peccatores erigit: porro si Christus diceretur
mortuus pro salute praedestinatorum
duntaxat, id certe ad desperationem po-
tius quam ad fiduciam impediret.

Ibid. c. 3. Verum, inquit, etsi ille
pro omnibus mortuus est, non omnes ta-
men mortis ejus beneficium recipiunt;
sed ii duntaxat, quibus meritum passio-
nis ejus communicatur. Supponit hic aper-
te Concilium, non tantum pro electis
seu praedestinati mortuum esse Christum,
sed etiam pro iis, qui mortis ipsius benefi-
cium non recipiunt, seu qui non salvan-
tur, quales sunt reprobi.

¶ Prob. 3^o ex S. Patribus maxime
Latinis, Graecos enim liberaliter nobis di-
mittunt adversarii Jansenius et ejus disci-
puli.

1^o S. Hilarius initio Commentarii
in Psalm. 91. Unigenitus Dei filius, inquit,
homo natus est, ut aeternitatem / nimirum
salutem aeternam: / omnibus, qui per inha-
bitantem in carne nostram peccati legem
moriebantur, invocaret. Atqui morie-
bantur per inhabitantem in carne nostram
peccati legem omnes proorsus homines, tum
reprobi, tum electi, tum qui fideles sunt,
tum qui perpetuo infideles. Ergo unige-
nitus Dei filius pro iis omnibus natus est,
subindeque passus et mortuus, ut iis heredi-
tatem aeternae salutis invocaret.

¶ Adhiberi potest Symbo-
lum Nicaenum, quod
ait de Christo: Qui prop-
ter nos homines et prop-
ter nostram salutem
descendit de caelis, et
incarnatus est... et
homo factus... passus
est. Ergo filius
Dei incarnatus et pas-
sus est supplicia et
mortem pro omnibus
hominibus: nam non
dicit propter nos fide-
les, sed homines, qua-
les sunt etiam infi-
deles, neque dicit prop-
ter nos electos, sed ge-
neratim homines, qua-
les sunt etiam reprobi:
verum argumentum
hoc tangetur infra
argumento 1^o a ra-
tione.

2^o. S. Ambrosius variis locis id ipsum docet. In Psal. 118. expendens haec verba v. 64. Misericordia tua Domine plena est terra: sic loquitur: Sol iustitiae omnibus ortus est, omnibus venit, omnibus passus est, et omnibus resurrexit. Et in lib. De Joseph. c. 7. Suum est, inquit, quod a te Christus reposuit. Ipse vitam omnibus dedit, ipse pro omnibus mortem suam obtulit. Non solum sufficientiam pretii sed etiam sufficientiam voluntatis offerentis sanguinis sui pretium, ut omnibus ad salutem prodesse possit. Eandem doctrinam non minus expresse tradit lib. De Paradiso c. 8. lib. De Abel et Cain c. 3. In Psal. 72. p.

3^o. S. Hieronymus in 2. Ep. ad Corinth. c. 9. Super illa verba, Christus pro omnibus mortuus est. Solus, inquit, inventus est, qui ut immaculata hostia pro omnibus, qui erant in peccatis mortui, offerretur. Atqui omnes proorsus homines ex Adamo progenerati, excepta B. Virgine: in ipso mortui sunt, in quo omnes peccaverunt, adeoque in peccatis. Ergo, p.

4^o. S. Augustinus eandem doctrinam plurimis in locis aperte tradit, quo omnia huc referre nimis longum foret, unicum hic adduxisse sufficiat, ex quo de ceteris facile erit iudicare. Igitur in Psal. 95. Judicabit, inquit, orbem terrarum in equitate: non partem; quia non partem emit: totum iudicare habet, quia pro toto totum dedit. Explicat paulo post, quid nomine orbis terrarum intelligat. Judicabit orbem terrarum in equitate, et populos in veritate sua. Quae est equitas et veritas? congregabit seum electos suos ad iudicandum, ceteros autem separabit

ab invicem: positurus est enim alios ad De. 223.
dexteram, alios ad sinistram, p. Ex quibus
patet, nomine orbis terrarum S. Augusti-
num intelligere eos, qui in iudicio tum ad
dexteram, tum ad sinistram collocabuntur,
id est electos omnes et reprobos: adeoque
cum aperit, Christum iudicaturum totum
orbem, quia totum emit, discrete signifi-
cat, Christum electos ac reprobos omnes iudi-
caturum, quia electis et reprobis sangui-
nem impendit: totum iudicare habet, quia
pro toto pretium dedit.

Non possumus non adhuc attinere
ea, quae Serm. 67. De tempore eloquitur, adeo
clare enim sententiam nostram exprimunt.
Ibi Christum in extremo iudicio ita peccato-
res compellentem induit: Incidentium
palmas et sputa suscepi, acetum cum felle
bibi: flagellis cesus, reprobis coronatus, cru-
ci affixus, vulnere perforatus... suscepi dolo-
res tuos, ut tibi gloriam darem: suscepi
mortem tuam, ut in aeternum viveres: con-
ditus jacevi in sepulchro, ut tu regnares in
caelo. Cur quod pro te petuli perdidisti?
Cur, ingrati, redemptionis tuae numera
remisti? Manifesta sunt haec S. Augus-
tini verba: neque enim ait, Christum pro
reprobis tantum fuisse passum, sed ipsam
quoque aeternam salutem eisdem conferre
voluisse clarissime demonstrat: suscepi,
inquit, dolores tuos, ut tibi gloriam darem:
suscepi mortem, ut in aeternum viveres,
ut tu regnares in caelo. Ergo in mente
S. Augustini Christus mortuus est pro aeterna
reproborum salute.

5. S. Prosper in responsione ad ob-
jectionem nonam Gallorum: Salvator noster
inquit, secundum hoc dici potest redemptor

St. Op. 105.
107.

224. mundi; Deiit pro mundo sanguinem suum
et mundus redimi noluit, quia lucem tene-
bra non receperunt. Ibi per mundum,
intelligit S. Prosper reprobos, qui salutem
redimi noluerunt: Significat autem,
Christum voluisse, et quidem sincere, eos
redimere; cum asperat, proiis eum de-
dise sanguinem suum.

Subsequentium Patrum testimo-
nia referre super sedimus, cum dubium non
sit, quin pro nostra sententia decesserint.

Prob. 4^{to} ex constanti omnium
Scholarum Thomistica, Augustiniana,
Scotistica, Jesuitica, Petrinorum usu,
pœcuntibus illarum Principibus. Qua-
rum testimonia huc referre nimis lon-
gum foret. Videri possunt apud Auctores
passim.

Prob. 5^{to} Rationibus Theologicis.

1^o Omnes prosum homines, sive electi, si-
ve reprobi, sive Christiani, sive adhuc Ca-
techumeni, sive jam fideles, sive vocati
ad fidem, licet vitio suo credere nolint,
possunt et tenentur ex fide divina cre-
dere, Dei Filium pro ipsorum salute
esse mortuum. Atqui non tenentur
credere aliquid falsum, quia fides divina,
qua huc exigitur, non modo circa falsum
versari non potest, sed nec circa dubium
quidem et incertum. Ergo ne dum ve-
rum, sed etiam certum et indubitatum
est, Dei filium pro omnium, atque
adeo etiam pro reproborum salute mor-
tuum fuisse.

Major patet ex Symbolo Con-
cilio Nicœni, quod in subsequentibus Con-
ciliis Constantinopolitano, Ephesino, Chal-
cedonenſi approbatum fuit, in quo ju-
bemur profiteri et credere, qui propter

nos homines, et propter nostram salutem. 225.

Descendit de coelis, ubi non dicitur propter nos praedestinos, propter nos justos, propter nos Christianos, sed propter nos homines; ut scilicet malus excluderetur. Min. constat.

Confirmatur. Si non pro omnium, sed pro electorum duntaxat salute Christus venit, nec reprobi nec praedestinati illam Catholicam fidei professionem emittere poterunt. Non reprobi, quia falsum aliquod ex fide divina crederent: non praedestinati, quia sicut praedestinationis inerti sunt, ita Christum pro sua salute mortuum fuisse ignorarent. Ergo, p.

2^o. Certum est Christum mortuum fuisse pro eorum omnium salute, qui spem christianam concipere possunt. Atque omnes et singuli spem christianam concipere possunt, imo et nonnulli ex reprobis illam per se concipiunt. Ergo Christus pro omnibus et singulis mortuus est.

Major constat, quia, ut supra Conclusionem 1^a argumentum 1^o à ratione in nota marginali pag. 218. adnotavimus, Spes christiana hoc fundamentum nititur, quod Christus sanguinem fuderit, ut non tantum ad Baptismum, sed etiam ad salutem aeternam perveniamus; atque haec S. Augustini loco citato laudati, et omnium Patrum ac Christianorum omnium, qui ex spe ad aeternam beatitudinem anhelant communis vox est. Aliunde vero spei christiano, ut potè firmissimo, fundamentum debet esse certum et inconvulsibile: constans est itaque

220. et indubitatum, Christum sanguinem
fuisse ad aeternam salutem illis procuran-
dam, qui spem christianam aliter possunt.

Minor etiam constat. Omnes enim
et singuli homines salutem consequi pos-
sunt. Ergo et spem christianam conipe-
re, cum spes christiana omnibus ad salu-
tem sit necessaria necessitate medii*.

e * illud ad salutem
necessarium, ^{est} necesse
tate medii, sine
quo illam obtinere
est omnino impossi-
bile: est nempe
medium absolute
ad eam necessarium.

Salvi facti sumus, inquit Apostolus. Non
desperet malus de multâ malitiâ, inquit
S. Aug. lib. 2. De Symbolo ad Catechum. c. 5.
magnum pretium pro nobis datum esse co-
gnoscimus, quia Christi sanguine redempti
sumus. Et dubitas, quod tibi donet vi-
tam suam, qui tecum communicavit mortem
suam? En propositam unicuique bene-
sperandi rationem, quod cognoscimus ma-
gnum pretium pro nobis datum esse a Chris-
to, nimirum mortem suam, ut nobis donet
vitam aeternam.

Confirmatur. Spem sibi omnino
præcludunt, qui Christum non pro omni-
bus et singulis, sed pro solis prædestinatis mor-
tuum esse prædicant. Ergo repellendi sunt,
ut qui virtutem, sine qua salus obtineri nul-
latenus potest, à medio tollere videantur,
aut saltem ejus firmitatem convitiant.

Ant. prob. Non aliud assignari po-
test et debet firmum spei nostræ funda-
mentum et sustentaculum, quam hæc cons-
tans et indubitata veritas, Christum nem-
pe pro omnibus et singulis sanguinem fu-
dise, prout ait S. Augustinus citatâ notâ
marginali laudatus* atque istud spei

I * Omnis spei et to-
tus fidei certitudo
mihi est, inquit, in
pretioso sanguine
ejus, qui effusus est

nostræ certum, præcipuum et necessarium
fundamentum convitiant, qui Christum
non pro omnibus et singulis, sed pro solis
prædestinatis mortuum esse prædicant.

Ergo Spem omnem sibi omnino procludunt. 227.

Min. Prob. Nemo sine speciali revelatione certus esse potest, se esse de numero predestinatorum, adeoque predestinatio omnibus et singulis est incerta. Ergo qui Christum non pro omnibus et singulis, sed pro solis predestinatis mortuum esse predicant, precipuum et necessarium Spei nostre fundamentum conuertiunt, imò proorsus evertunt.

Prob. cons. Si pro solis predestinatis mortuus est Christus, cum predestinatio respectu nostri omnibus et singulis sit incerta nemoque de eà certus esse possit; tunc pariter nemo certus esse potest, Christum pro sua salute mortuum fuisse, ac sanguinis sui pretium Deo patri obtulisse; adeoque non habebit homo ullus, in quo Spem suam collocet, undumque ei superent firma in divinã clementiã fiducia sua: quam necessario exigit Spes Christiana; certum ac securum fundamentum: ~~quod~~ nulla enim Spei firmitas et certitudo ex se dubiã et incertã deduci potest. Ergo, p.

Prob. 3^{ti}o Quilibet potest ac debet Christum amare, tanquam salutis sue causã crucifixum. Ita Apostolus, 2. ad Cor. 5. supra hic arg. 1^o textu 3^o pag. 220. laudatus. Sanctus quoque Augustinus, Sermon. 123. de temp. in eundem sensum unumquemque ad Dei amorem hortatur his verbis: Ipsum cole, ipsum dilige... quia ad hoc descendit, ut ea que displicent humana infirmitati pro tua salute sufferet, ut te ad eternam et coelestem gloriam seum perduceret. * Atqui fieri non posset, ut omnes Christum diligerent tanquam sui causã crucifixum, si Chris-

propter nos et propter nostram salutem. En precipuum et necessarium fidei nostre sustentaculum. Nec enim aliud, pergit ibidem, nomen est sub celo, in quo oporteat nos salvos fieri, quam in nomine /: et morte /: Domini nostri Jesu Christi.

^g * Caritas Christi urget, certimantes hoc, quoniam si unus pro omnibus mortuus est, ergo p. vid. integrum textum loci cit.

^h * Super omnia te red- dit amabilem, o bone Iesu, calix, quam bibisti, opus meae re-

228. descriptionis... Hoc ame-
rem nostrum vindi-
cat sibi totum. Hoc
inquam, est, quod
Devotionem nostram
et blandius abicit,
et justius erigit, et
artius stringit, et
afficit vehementius.
S. Bern. serm. 20.
in cant.

3. 106

tus pro salute non quidem omnium ac singu-
lorum, sed electorum duntaxat mortem subi-
isset; cum nullus, ut jam dictum, de sua
predestinatione, seclusa speciali revela-
tione, certus esse possit. Ergo, p. —

Prob. 4^{to} Si Christus pro omnibus
et singulis hominibus non nisi valore et suffi-
cientia pretii mortuus est, et sanguinem suum
fudit, tunc dici etiam potest mortuus esse
pro demonibus et damnatis; siquidem
pretium sanguinis ejus ipsis omnibus redi-
mendis sufficientissimum est. Item,
quod ad hoc, ut quis diceretur captivos re-
dimere velle, satis esset, quod haberet
reconditam in arca pecuniam ad illos redi-
mendos parem et sufficientem. Atqui
prius dicere fidei christiano repugnat;
alterum omnino absurdum est et falsum.
Ergo Christus pro omnibus et singulis homini-
bus non tantum valore et sufficientia pa-
tri, sed et sufficientia voluntatis sangui-
nem suum Deo Patri pro salute omnium
offerentis, et ex vera animi intentione
pro omnibus et singulis hominibus satisfaci-
endi mortuus dici debet; quemadmodum
is, qui vult captivos redimere, ita animo
affectus et comparatus esse debet, ut pecu-
niam, quam ad id sufficientem habet, in eorum
liberationem sincere impendere velit, p.

Prob. 5^{to} Sententia quae negat
Christum pro omnium ac singulorum sa-
lute fuisse mortuum adversatur Scrip-
tura, Conciliis, S. Patribus, constanti
omnium Scholarum consensio, atque
ex ea sequitur fidei, Spei, et magna ex
parte charitatis exiudium. Ergo omni-
bus abominationi esse debet.

Ant. habetur ex haecenis dictis,
nisi quis inaudita vesania sacros divinorum

librorum Scriptores, S. Patres, omniumque ^{229.}
Scholarum Theologos vel fraudis vel ignoran-
tia arguere malit, ut qui, dum adeo claris
et apertis verbis Christum sincerè necnon en-
verà animi intentione pro omnibus tum elec-
tis, tum reprobis mortem subisse testantur,
aut unquam duntaxat intuitu reproborum quam-
dam velleitatem sine ulla animi intentione
eis unquam salutem operandi intellexerint,
vel ignorarint, qua ratione et modo pro eis
Christus mortuus vel potius non mortuus fue-
rit; ac proinde, cum inestam sit, Christum
pro nobis omnibus mortem subisse atque
Patri suo sanguinis sui pretium obtulisse,
perperam hactenus nos fidem, spem et cha-
ritatem nostram precipuè in idius morte
collocasse. Abiit à nobis hæc impietas.

Verum cum Ecclesiâ Catholicâ con-
fitemur, Deum sincerè et verè desidera-
re et velle omnium et singulorum homi-
num sive electorum sive reproborum æter-
nam salutem; Christumque pro iis om-
nibus verà et sincerà voluntate mortuum
fuisse, atque ad ipsorum omnium salu-
tem pretium sanguinis sui Patri suo ob-
tulisse; pro reprobis quidem voluntate be-
neplaciti antecedente et conditionatâ, pro
electis verò voluntate absolutâ, consequen-
ti, et efficaci.

Solvuntur Objectiones. ^{215.}

Ob. 1^o Contra Conclusionem i^mam.
Omnis vera et sincera Dei voluntas semper
impletur, et nihil ei resistit, prout de-
monstrant Scripturæ textus à nobis supra
hujus capituli §. 5^{to} adducti.* Atqui *¹ pag. 201. et 202.
non omnes prois homines, sed soli electi
et predestinati salvantur. Ergo Deus

230. non vult omnes omnino homines, sed solos electos salvos fieri.

Resp. Dist. Maj. Omnis vera et sincera Dei voluntas consequens, absoluta et efficax semper impletur, et nihil ei resistit, con. maj. antecedens et conditionata, neg. maj. et con. min. pariter Dist. cons. Ergo Deus non vult omnes omnino homines sed solos electos salvos fieri, voluntate consequente absoluta et efficax, con. voluntate antecedente et conditionata, neg. cons. vide dicta citato S. 3^{to} et S. 4^{to} de multiplici Dei voluntate, Deus multa vult, quae ob contumaciam humanae voluntatis resistenciam non eveniunt.

216.

4. 108
Ob. 2^o S. Augustinus locum hunc Apostoli, Deus vult omnes homines salvos fieri, exponit cum limitatione et restrictione ad solos electos. Nam Enchirid. c. 105. humilium interpretatur de generibus singulorum, non de singulis generum, hoc scilicet sensu, quod nulla sit hominum aetas, conditio, et natio, in qua Deus non velit aliquos salvos fieri; quo sensu dicitur omne animal fuisse in Arca Noë, quatenus ex omni animalium specie fuerunt aliqua in Arca Noë.

2^o lib. de praedest. sancti. c. 8. dicit Deum velle omnes homines salvos fieri, quatenus vult salutem illorum omnium, qui se ipsa salvantur: sicut alicujus civitatis magister dicitur docere omnes pueros, quia docet omnes qui docentur. 3^o lib.

De concept. et grat. c. 15. Explicat verba illa Apostoli de voluntate salvandi omnes homines non formali sed causali, quatenus Deus facit, ut sancti velint salutem omnium, eamque, quantum possunt, procurent. Ergo juxta S. Augustinum

Deus non habet veram et sinceram voluntatem salvandi omnes et singulos homines. 231.

Resp. neg. cons. Nam 1^o S. Augustinus textum hunc Apostoli alibi, ut lib. de Spiritu et litt. c. 33. supra ~~in~~ conclusionem 1^a arg. 3^o n. 3^o laudato exponit aperte de voluntate sincerâ salvandi omnes, omnino homines etiam reprobos fideles, prout etiam alii Patres intellexerunt. 2^o Ita hæc Apostoli verba lovis objectis exponit ex suppositione solùm, quòd intelligantur de voluntate salvandi omnes homines absolutâ et efficaci ex parte volentis, ut ea intelligi volebant Pelagiani et Emipelagiani: non autem quòd ipse senserit, illa verba non posse intelligi de voluntate sincerâ salvandi omnes omnino homines, nullò excepto licet inaequali, cum ipsemet ea sic intellexerit, et intelligenda esse supposuerit. Quare ad suorum S. Augustinus admittit duplicem sensum hujus textus Apostoli, Deus vult omnes homines salvos fieri. Primus maxime proprius, et ab Ecclesiâ intellectus est, quòd Deus antecedenter ad positivam reprobationem hominum absolutè prævisam, velit sincerè omnes salvare, eisque media ad salutem sufficientia suppeditare. Secundus, quòd Deus velit voluntate absolutè efficaci salvare aliquos homines ex omni ætate, sexu, conditione, et natione, illisque conferre efficacia salutis media; qui sensus non excludit alium, cum voluntas efficax salvandi electos non excludat sinceram et sufficientem voluntatem salvandi reprobos. Quare triplex illa explicatio, que nobis obicitur, non est exclusiva, nempe non exclu-

* pag. 214. et 215.

232. dicit à Deo voluntatem generalem Salvandi omnes omnino homines, quam S. Augustinus alibi admittit, ut ait. lib. de Spiritu et Litt. c. 33. et lib. de catechizandis rudibus c. 26. etiam loc. cit. pag. 216. laudat, atque clare exprimit.

217. Ob. 3. t^o S. Fulgentius reprehendit Pelagianos et Semipelagianos, quod hæc verba Apostoli, omnes homines vult salvos fieri intelligerent de voluntate generali Salvandi omnes homines. Ergo non datur ejusmodi voluntas in Deo, juxta illum.

Resp. neg. ant. Sed eos reprehendit quod verba illa Apostoli explicarent de voluntate ~~omnino~~ Salvandi omnes homines aequali et efficaci ex parte Dei. Unde sequebatur, voluntatem Dei efficacem

S. 109

h^o effectu frustrari posse, et re ipsa frustrari in omnibus qui non salvantur, quod falsum est et absurdum, et contra illud Psal. 138. Omnia, quaecumque voluit sic efficaciter fecit. Veritas hujus responsionis patet ex S. Fulgentio lib. de Inermat. et gratia c. 29. quod nobis objicitur; nam hoc capit sic concludit: Pro

S. 109

inde hi, qui voluntatem Dei, quâ omnes homines vult salvos fieri, equalem circa redimendos et damnandos existimant, cum interrogati fuerint, cur velit Deus omnes homines salvos fieri, nec tamen omnes salvi fiant, quid respondebunt?

S. 109

Porro cum dicitur Deus velle salutem omnium hominum, quantum est de se, hæc verba, quantum est de se, non significant voluntatem absolute efficacem ex parte volentis, quemadmodum per illa intelligebant Semipelagiani; sed solum significant voluntatem ex parte volen-

233.
tis sinceram, quâ media sufficientia sup-
peditantur, vel saltem preparantur, ita
ut per illum non stet, ut effectus depen-
dens ab alterius arbitrio non ponatur.

Ob. 4.^{to} Juxta S. Thomam i. p. q. 218.
19. a. 6. ad i. voluntas, quæ non est absolu-
ta, est solum voluntas secundum quid, seu
velleitas* potius quam voluntas. Sed volun-
tas circa salutem reprobatorum non est abso-
luta, Ergo est mera velleitas, p.

Resp. Dist. maj. voluntas, quæ non
est absoluta, est solum voluntas secundum
quid, seu velleitas comparatè ad voluntatem
absolutam et consequentem con. In se par-
tè spectata neg. maj. p. Itaque volun-
tas antecedens appellatur à S. Thoma vellei-
tas, aut voluntas secundum quid, non quod
sit in Deo actus suspensio vel imperfectio que-
dam, aut non sit vera et actualis voluntas,
ut potè quam veram et beneplacitè esse se-
pius docet. Voluntas antecedens, inquit in
i. sent. Dist. 46. q. 1. art. 3. ad i. potest dici condi-
tionata, nec tamen est imperfectio ex parte
voluntatis Divinæ; sed ex parte voliti, quod
non accipitur cum omnibus circumstantiis,
quæ exiguntur ad rectum ordinem in salutem
Sed comparatè ad voluntatem absolutam
et consequentem: tum quia voluntas Dei an-
tecedens salvandi omnes homines non semper
impletur; voluntas verò consequens et absolu-
ta salvandi electos semper impletur, et solum
infallibiliter obtinet effectum: tum quia
voluntas Dei antecedens salvandi omnes homi-
nes non eligit media efficacia, quæ certò ad
hunc finem conducant; voluntas autem Dei consequens
et absoluta salvandi prædestinatos, eligit semper
media efficacia, quæ illos certissime et infalibi-
liter ad salutem æternam conducunt.

* velleitatem nomi-
nat S. Thomas vo-
luntatem incom-
pletam, quasi in-
tentionem, imper-
fectam voluntatem,
minus integram,
minusque ordina-
tam.

m
* Dist. 23. De verit.
art. 3. In i. sent.
Dist. 47. q. 1. a. 2.
In i. Ep. ad Tim. c. 2.
Ad Hannibal. in i.
sent. Dist. 49. a. 3.

234.
219.

Ob. 5^{to} Illa voluntas non est in Deo proprie et formaliter, quae pugnat cum idea Entis Summè perfecti, Summè potentis, et cause universaliſſimæ. Atqui talis est voluntas antecedens et generalis salutis omnium. Ergo.

Prob. min. 1^o Voluntas antecedens et ~~in~~ generalis salutis omnium est inefficax, non enim omnes salvantur, ac proinde imperfecta. Ergo pugnat cum idea entis Summè perfecti. 2^o Ens Summè potens operatur quocumque vult, quando et quomodo vult. Atqui, si admittatur voluntas antecedens et generalis, quæ fiat

6. 110
circa salutem omnium hominum, necessario agnoscendum erit, summam Dei potentiam superari ab hominum voluntate, et quod volebat omnipotens, factum non fuisse, scilicet ut omnes salvarentur, quoniam ne fieret, voluntas hominis impedivit. Ergo, p. 3^o Voluntas Dei

6. 110
est causa universaliſſima rerum omnium, prout sup. S. 6. pag. 207. ostensum est, ac proinde semper ipsam impleri oportet. Atqui non impleretur stante antecedenti illius de salute omnium voluntate. Ergo.

6. 110
Resp. 1^o ad object. neg. min. ad illius prob. Resp. 1^o Cum voluntas illa generalis circa salutem omnium hominum sit conditionata, re ipsa etiam est h^o modo efficax, adeoque cum semper impleatur, nec imperfecta, nec Summæ Dei potentis, nec eidem tanquam cause rerum universaliſſimæ repugnat. Nam ad hoc ut voluntas conditionata dicatur, et re ipsa sit efficax, opus non est, ut id quod intenditur semper fiat, sive ponatur sive non ponatur conditio: imò si sublata conditio-

ne fieret effectus, voluntas inefficax esset ac 235.
plane inrita; sed requiritur et sufficit, ut
adhibita conditione semper fiat id quod
voluimus, sublata autem eadem conditio-
ne non fiat.

Alio modo voluntas hae Dei dici po-
test efficax ac semper impleri, in quantum,
ut loquitur S. Augustinus*, De iis, qui faci-
unt quod non vult, sicut ipse quod vult. * Serm. 214.

* Et hoc ipso quod contra voluntatem eius fe-
cerunt, de ipsis facta est voluntas eius. * Enchirid. c. 100.

Item alio modo dici potest, vo-
luntatem Dei semper impleri, quatenus
nempe, qui recedere videntur à divina
providentiâ secundum unum ordinem,
revertentur in ipsam secundum alium.
prout variis locis indicant SS. Augustinus, et
Thomas. Cum voluntas Dei sit universa-
lis causa omnium rerum, inquit S. Thomas,*
impossibile est, quod divina voluntas
suum effectum non consequatur. Unde
quod recedere videtur à divina volunta-
te secundum unum ordinem, revertitur
in ipsam secundum alium; sicut pecca-
tor, qui, quantum in se est, recedit à
divina voluntate peccando, incidit in
ordinem divine voluntatis, dum per eius
justitiam punitur. * 1. 2. q. 19. a. 6.

Resp. 2.º. Dist. Ant. Secundi
argumenti. Voluntas antecedens p. est
inefficax ex impotentia aut ex muta-
tione consilii Entis Summe perfecti,
Summe potentis, p. neg. Ex malitia
et iniquitate humanae voluntatis, quam
Deus potest equidem, sed iusto licet oc-

236. culto iudicis non vult huius et minime volum-
tate absoluta consequente et officii im-
pedire, conc. maj. Sicut Deus non
tantum est omnipotens, sed etiam sapi-
entissimus ac suavissimus omnium crea-
turarum provisor: cum homini quid-
piam imperat aut prohibet, cum sua
libertati relinquit, ut obsequatur vel
resistat, ut inde meriti laudem, vel
demeriti poenam reportet. prout innuit
Ecclesiastes c. 15. v. 14. et seq.

7. III

Ergo quaecumque Deus vult qua-
tenus est omnipotens, hoc est, absolute et
ex omni sua virtute ac potentia, ea sem-
per eveniunt. Psalm. 118. Rom. 8. Esther,
13. At vero quae Deus vult voluntate con-
ditionata, cujus nempe conditio non pen-
det à solo Deo, sed à libera etiam create
voluntatis cooperatione, ea non semper
implentur. Ezechiel. 24. Matth. 23. Mat.
7. Et tunc divina voluntatis ineffi-
cacia non arguit imperfectionem aut
impotentiam in Deo, sed duntaxat ma-
litiā et deordinationem in volunta-
te creatā, quae non vult servire Creatori,
cujus in donis, ut ait S. Augustinus, miseri-
cordiam contemnit

7 101

Alii paulo aliter solvunt idem
argumentum sic distinguendo ant. Vo-
luntas antecedens scilicet est inefficax adeoque
imperfecta, ubi haec inefficacia provenit
ex aliquo impedimento extrinseco vin-
cente aut retardante efficaciam ipsius,
conc. ubi haec inefficacia est ex propria
ordinatione et providentia ipsius volen-
tis, neg. ant. Itaque voluntas

aliqua duobus modis dici potest inefficax 237.
1º ex aliquo impedimento extrinsecò,
quòd vinci aut superari non potest. 2º
ex propria ordinatione et providentiã
ipsius volentis. Voluntas priori modo in-
efficax est imperfecta et non potest esse
in Deo, non tamen si secundo modo sit
inefficax, prout est voluntas Dei an-
tecedens et conditionata circa salutem
omnium hominum.

7. III

Resp. 3^{ti}o Quamvis liquidò ex-
ponere non possemus, quã ratione vo-
luntas generalis et antecedens, utpotè
inefficax, possit conciliari cum Dei om-
nipotentia et supremò eius in creatam
voluntatem dominio, non idèò tamen
neganda est huiusmodi voluntas, pre-
sertim cum omni argumentorum genere ta-
lem in Deo voluntatem agnoscendam esse
anteà invictè demonstraverimus. Hacten-
us nemo clare et intidè exposuit, quã
ratione Dei libertas cum eius immuta-
bilitate cohereat: an propterea utrius-
que neganda concordia? Nemo nesit,
quam graves, quam intricata sint diffi-
cultates, quas Douiniani opponunt ad-
versus precipua fidei nostre mysteria:
non minus tamen fixum ac ratum stat
catholicum dogma, à quo recedere nulli
Catholico licitum est. Nunquid negan-
dum est, quòd est apertum, inquit appo-
sitè S. Augustinus, quia comprehendere
non potest quòd occultum est? Nunquid prop-
terea dicitur Summus quòd ita esse perspici-
mus, non ita esse, quoniam cur ita sit, non
possumus invenire?

* lib. De dono per-
severantia c. 15.

238.
270.

Ob. 5^{to} Illa voluntas non potest
admitti in Deo, quae fundatur in praecisione
et abstractione mentis: Atqui voluntas
anteecedens fundatur in praecisione et abstra-
ctione mentis, eamque necessariò supponit.
Ergo, p.

Major est certa, quia in Deo nulla
potest esse abstractio. Non ex parte intel-
lectus, siquidem intellectus Divinus omnia
simul et necessariò cognoscit: non etiam
ex parte voluntatis, quia voluntas versa-
tur circa res, uti sunt in se ipsis, prout do-

* 1^a 2^a 9^a 19^a a. 6. ad 1. et S. Thomas
et in 1^a 2^a 9^a Dist.
47. 9. 1. a. 1.

Minor verò constat ex ipsa volun-
tatis antecedentis notione; ipsa enim abs-
trahit à certis quibusdam circumstantiis, et
in hoc differt à voluntate consequente, quae
versatur circa objectum suis omnibus circum-
stantiis vestitum. prout sup. S. 4. pag. 198.
explicavimus.

Resp. 1^o Dist. Maj. Illa voluntas
non potest admitti in Deo, quae fundatur
in praecisione et abstractione mentis forma-
li, conc. praecisio enim formalis ex parte
intellectus sic praecedentis supponit limi-
tationem et imperfectionem, scilicet non
omnia simul, necessariò et ex aequali cognos-
cit. Illa voluntas in Deo non admittitur, quae
fundatur in mentis praecisione et abstra-
ctione objectivâ, neg. maj. praecisio enim
hujusmodi nullam in cognoscente supponit
imperfectionem, sed in objecto duntaxat co-
gnitò, quod habet varios conceptus objetivos
aut formaliter ex natura rei, aut ita virtua-
liter à se invicem distinctos, ut eorum unus
possit cognosci alterò nullatenus cognitò.

Et verò licet Deus omnia simul et 239.
necessario cognoscat, admittitur tamen ab om-
nibus Theologis divisio Scientia Divina in sci-
entiam visionis et Scientiam simplicis intel-
ligentia, quidni pariter admitteretur divisio
voluntatis in antecedentem et consequentem.
Scilicet intellectus Divinus, ut pote perfectissi-
mus, omnes et singulos in quolibet objectis res-
pectus cognoscit: videt v. g. hominem in pri-
mo instanti creationis, et in secundo conser-
vationis, et in tertio, et in quarto, et in om-
nibus aliis; uno verbo in omnibus et singulis
instantibus maxime praesens est homo intel-
lectui Divino. Et cum intellectui Divino
perfectissime respondeat voluntas Divina,
concupimus actum aliquem Divinae volun-
tatis correspondere singulis instantibus, in
quibus intellectus Divinus objectum aliquod
cognoscit, qui quidem omnes actus volunta-
tis sicut et actus intellectus inter se virtua-
liter distinguuntur, quatenus idem praestant,
ac si essent realiter distincti; sicque pro mo-
dulo nostro intelligimus, Deum velle aliquid
v. g. salutem hominum / voluntate antea-
cedente et conditionata, licet illud idem non
velit voluntate consequente et absoluta.
Resp. 2^o. idem, quod non in respon-
sione ad priorem objectionem ex S. Augusti-
no retulimus: Nunquid negandum est, quod
apertum est, quia comprehendi non potest
quod occultum est. Et rursus, Nunquid
propterea dicturi sumus, quod ita esse pers-
picimus non ita esse / Scilicet in Deo admitt-
endam esse voluntatem antecedentem cir-
ca salutem omnium hominum / quoniam
cur ita sit, non possumus invenire. Scilicet
quia vix explicari potest, qua ratione volun-

00.112

8.112

240. tas antecedens, quae fundatur in præcissione
mentis, stare possit et conciliari in Deo cum
Summâ perfectione, simplicitate intelec-
tus et voluntatis divinae.

221. Ob. 7. m^o Voluntas duplex illa Dei an-
tecedens, et consequens pugnare secum vide-
tur: licet enim Deus vult et non vult salu-
tem hominis. Ergo prior non est admittenda.

Resp. neg. ant. Deus quippe potest
voluntate antecedente aliquid velle, quod vo-
luntate consequente non vult, quin ulla in-
veniat contradictio, hoc enim, ut om-
nes fatentur, est de eodem subiecto et objecto
secundum eandem considerationem spectato.
Hæc voluntas Dei antecedens, et voluntas Dei
consequens, licet habeant pro suo objecto æ-
ternam salutem hominum, attamen
variis modis, et variis in circumstantiis sa-
lutem spectant: voluntas quippe antecedens
respicit salutem hominum abstractam à
circumstantiis justitiæ et misericordiæ, ut
nonnullis placet; vel ut alii volunt, meri-
ti vel demeriti, consensus vel dissensus gra-
tiæ: voluntas autem Dei consequens spectat
salutem hominum vestitam omnibus circum-
stantiis tum generalibus, tum etiam parti-
cularibus; quo fit, ut voluntatem Dei sal-
vandi omnes et singulos homines inter et
voluntatem Dei consequentem salvandi dum-
taxat electos et prædestinatos nulla sit vel
minima contradictionis umbræ.

222. Ob. 8. v^o Deus vult absolute et effi-
cauter damnare omnes reprobos. Ergo non
vult illorum salutem

Resp. Dist. ant. Deus vult abso-
lute et efficaute damnare reprobos volun-
tate consequente, conc. Nam consequenter
ad prævisionem absolutam peccatorum
reproborum per finalem impenitentiam

anteecedentem

consummatorum vult absolute illos dam-²⁴¹
nare propter illorum demerita personalia,
et etiam propter peccatum originale non
deletum. Deus vult efficaciter damnare
reprobos voluntate antecedente, neg. ant.
Nam non vult damnare reprobos adultos
nisi propter demerita personalia, et etiam
propter peccatum originale non deletum;
parvulos vero non nisi propter peccatum
originale non deletum ex culpa aut in-
curia parentum, vel aliorum ad quos cura
illorum pertinebat, aut saltem ~~ex defectu~~
~~quod~~ quia obstant certe quaedam causa
naturales et necessaria, quominus ad baptis-
mum perveniant, quarum Deus, ut pote pro-
visor universalis, vim et ordinem per mira-
culum impedire non tenetur*. Sola autem
voluntate antecedente provisionem absolu-
tam demeritorum ac finalis improbitatis
adultorum, et defectus baptismi parvulorum
Deus vult salutem omnium reproborum,
vi cuius voluntatis praebeat omnibus media ad
salutem vere sufficientia, aut saltem paratus
est dare, et re ipsa daret, si non apponeretur
ab hominibus impedimentum.

Inst. Deus non potest sincerè velle id,
quod praesit non esse futurum. Atqui praesit
non esse futuram salutem reproborum.
Ergo non potest illam velle sincerè.

Resp. Dist. maj. Deus non potest
velle, quod praesit non esse futurum ex de-
fectu se tenente ex parte sui, con. Ex de-
fectu se tenente ex parte hominum, subdit.
non potest velle voluntate consequente, con.
voluntate antecedente neg. maj. Deus pra-

+ P. P. 113

* Licet particularis pro-
visor debeat forte re-
movere obstacula et
defectus, cum potest,
tamen generalis pro-
visor Deus ea impe-
dimenta amovere non
tenetur, neque cau-
sarum secundarum or-
dinem interturbare, sed
permittit quandoque
aliquem defectum in
aliquo particulari ac-
cideri, ne impediatur
bonum totius universi,
inquit S. Thomas
i. p. q. 22. a. 2. ad 2.

242. Scit damnationem hominum execorum culpa
futuram, quia nempe nolunt cooperari
gratis sufficientibus sibi à Deo concedendis.

223. Ob. 9^{no} Deus non ^{dat} reprobis media
ad salutem sufficientia. Ergo non vult
sincerè omnium reproborum salutem.

Resp. neg. ant. Itaque Deus me-
dia ad salutem consequendam verè suffi-
cientia dat immediatè vel mediatè om-
nibus omninò reprobis. Nam certum est,
Deum velle sincerè salutem omnium om-
ninò reproborum, et Christum mortem hu-
am obtulisse pro salute omnium omninò
hominum, qui in Adamo peccaverunt et
mortui sunt. At Deus non potest velle
sincerè salutem omnium reproborum, nisi
vi illius voluntatis prepararet, et suo tem-
pore det omnibus auxilia ad salutem suf-
ficientia: alioqui sincerè vellet rem
impossibilem, nempe salutem sine me-
diis ad eam sufficientibus et à se dependen-
tibus, quod absurdum est. Et verò nemo
potest velle sincerè finem, nisi velit ad-
hibere media idonea ad finem secundum
modum quo vult finem. Item mors Chri-
sti non potuit à Deo decerni pro salute om-
nium omninò hominum, nisi ut ex eius
meritis omnes homines verè salutem con-
sequi possent.

224. Ob. 10^{mo} Fideles reprobi non
habent gratias verè sufficientes ad perse-
verandum in iustitià accepta. Ergo, p.

Resp. neg. ant. Nam habere au-
xilium sufficientes ad perseverandum, est
habere auxilium sufficientes ad servanda

omnia mandata, et ad non peccandum mor-²⁴³
taliter usque ad finem vite: perseverare
enim in gratia nihil aliud est, quam servare
omnia mandata et non peccare mortaliter
usque in finem vite. Sic autem cons-
tat quemlibet justificatum habere auxi-
lium sufficiens ad servanda omnia, ideo-
que ad non peccandum mortaliter.*

* vid. Conc. Trid.
Sess. 6. c. 11.
225.

Ob. 11^{mo} Obocati et obdurati
carent auxilio sufficienti ad conversio-
nem. Ergo, p.

Resp. trans. ant. quod non est hu-
jus loci. neg. cons. Quia illi ante obdura-
tionem auferunt gratiam sufficientem
ad conversionem et salutem, et sic potue-
runt vitare obdurationem et obocatio-
nem; nec pereunt nisi sua culpa, cum po-
tuerint salutem consequi non peccando
mortaliter, vel post peccatum poeniten-
tiam agendo.

Ob. 12^{mo} Infideles, præsertim 226.
ii, qui nihil unquam audierunt de Christo
nulum habent auxilium ad salutem. Ergo.
Deus non vult sincerè eos salvare.

Resp. neg. ant. Tum ob ratio-
nem generalem supra adnotam, nempe vo-
luntatem Dei sinceram illos salvandi, et
mortis Christi pro illorum salute oblatio-
nem supra probatam: Tum ex illo 1. Tim.
c. 4. Speramus in Deum vivum, qui est
Salvator omnium hominum, maxime
fidelium. Ergo Deus est Salvator etiam
infidelium quam fidelium. Quomodo au-
tem Deus esset Salvator infidelium, si
non daret eis aliquando media ad salu-
tem sufficientia?

2. 114

244.
227.

Ob. 13^{to} Omnis qui sincerè vult aliquem finem, ad eum obtinendum adhibet media efficacia, si habeat in sua potestate, ut patet in medicò circa sanitatem restituendam, in exercitùs Imperatore circa victoriam obtinendam, &c. Ergo cum Deus non det reprobis media efficacia salutis quae potest dare, non vult sincerè eorum salutem.

Resp. Dist. ant. Si non habeat justam causam non adhibendi media efficacia, nec verè sufficientia adhibeat, adhibet efficacia, conu. Si habeat justam causam non adhibendi media efficacia et adhibeat alia media verè de se sufficientia, quae non sint inefficacia nisi ex culpa eorum, quibus dantur, neg. ant. Deus justas habet causas non dandi omnibus media salutis efficacia, puta ad manifestandas plures perfectiones, praesertim maximam misericordiam ac benignitatem in praedestinos, et justitiam in reprobos, quibus solum dat media sufficientia. E contra si omnibus daret media salutis efficacia, atque ita omnes saluarentur, solum misericordiam ostenderet. Et aliunde dat reprobis media verè sufficientia, quae non sunt inefficacia nisi ex eorum culpa.

228.

Ob. 14^{to} contra Conclusionem 2^{am} Scriptura redemptionem Christi restringit ad praedestinos et fideles, ut, Apoc. c. 5. Redemisti nos Deo in sanguine tuo ex omni Tribu et Lingua. Et Joan. 3. Exaltari oportet Filium homi-

nis, ut omnis qui credit in ipsum non pe-^{245.}
reat. Et c. 10. Animam meam pono pro
ovibus meis. Ergo Christus non est
mortuus pro infidelibus & probris.

Resp. neg. ant. Scriptura ad-
ductis locis loquitur præcisivè & tantum
non exclusivè; nempe præcisè dicit
Christum mortuum esse pro electis, pro cre-
dentibus, pro ovibus suis, sed sine exclusio-
ne aliorum. Neque enim negat alios esse
redemptos sufficienter et in actu primò
quantum est ex parte Christi sincere salu-
tem eorum cupientis et pro eà pretium san-
guinis sui Patri suo offerentis; et alibi
clare docet eadem Scriptura Christum mor-
tuum esse pro omnibus omninò hominibus,
prout supra conclusionem 2.ª manifestè os-
tendimus.

9.º Ob. 15.º Matth. 20. Christus dicit,
se venisse, dare animam suam redemptio-
nem pro multis. Et c. 26. Hic est sanguis
meus, qui pro multis effundetur. Ergo non
est mortuus pro omnibus.

Resp. neg. cons. 1.º divina vox mul-
ti non excludit omnes. 2.º hi per mul-
tos intelliguntur omnes. Ita interpretan-
tur S. Chrysost. Hom. 83. in Matth. Theo-
philact. in eum locum: Pro multis; inquit,
dicit effundi; hoc est, pro omnibus: sunt
enim et omnes multi. Idem notat S.
Augustinus lib. 2. Operis imperfecti c. 178.
ubi dicit, non repugnare omnibus mul-
tos, quia ipsi omnes non pauci sed multi
sunt. 3.º Si hæc verba velimus in-
terpretari de aliquibus tantum, non de

9.º Alii Respondent
Dist. ant. Scriptura
restrictio ad pro-
destinatos et fideles,
quantum ad effica-
cem meritum ap-
plicationem, et spe-
ritationem vite eter-
ne, con. quantum
ad sufficientem mor-
tis oblationem pro
salute omnium, neg.
ant.

246. omnibus, dist. cons. Ergo non est mortuus
pro omnibus, quoad efficaciam salutis, conc.
quoad sufficientiam non tantum pro tunc obla-
ti, sed et voluntatis Christi offerentis, neg.
cons. Ita hunc locum interpretatur S. Tho-
mas Comment. in eundem.

230. Ob. 16^{to} Matth. c. 15. Non sum missus
ait Christus, nisi ad oves que perierunt Do-
minus Israël. Ergo, p.

3. 115
Resp. neg. cons. Hoc argumentum
nimum probat, ergo nihil; ex eo enim
sequeretur Christum pro solis Judaeis mortuum
fuisse; atqui multi gentiles, imò plures
quam Judaei morte Christi redempti fuerunt.
Sensus ergo est: non sum à Patre missus
ad prædicandum Evangelium per me ipsum,
nisi ad Israelitas: De prædicatione Evan-
gelii sui ergo hic Christus loquitur, non de
redemptione hominum per mortem suam.

231. Ob. 17^{mo} Pro illis solis mortuus est
Christus, pro quibus oravit. Atqui pro solis
prædestinatis oravit, Non pro mundo rogo,
inquit Joan. 17. v. 9. Sed pro iis, quos Pater
mihi. Ergo, p.

Resp. 1^o in sententiâ illorum
Theologorum, qui distinguunt inter mortem,
et orationem Christi, p. neg. maj. Nam jux-
ta ipsos beneficium passionis generale fuit,
et à Christo tanquam omnium hominum
mediatore oblatum; preces vero Christi pas-
ticulares esse potuerunt, et in aliquorum
hominum bonum et salutem specialiter
dirigi.

Resp. 2^o Dist. min. atqui Christus
oravit pro solis Apostolis seu prædestinatis
hæc singulari oratione, quam tunc Christus
post ultimam coenam fundebat, esto.

numquam oravit pro aliis, neg. min. Eodem 247.
quippe cap. v. 20. ait: Non pro eis autem ro-
go tantum, sed et pro eis, qui credituri sunt
per verbum eorum in me. Et v. 21. orat, * Apostolorum
ut mundus credat, inquit, quia tu me mi-
listi. Et Luc. 23. orat pro his tortoribus,
Pater, inquit, dimitte illis, non enim sci-
unt, quid faciunt. Dubitari autem non
potest, quin multi ex illis, pro quibus ad-
ductis locis oravit Christus, reprobi fuerint
etiam ex illis, qui per verbum Apostolo-
rum in eum essent credituri, ut Simon
Magus, et alii, qui, teste Apostolo, circa
fidem naufragaverunt.

Iust. Oratio Christi non potest
esse inanis, semper enim exaudita fuit.
Ego sciebam, inquit ipse Joan. 11. quia sem-
per me audis. Et Heb. 5. Exauditus est
pro sua reverentia. Atqui inanis fuisset,
nec exaudita Christi oratio pro salute re-
proborum. Ergo, p.

Resp. Dist. Maj. Oratio Christi p.
efficax et absoluta, con. non efficax,
nec absoluta, neg. maj. Sicut in Deo du-
plex distinguitur voluntas, una absoluta
et consequens, quae semper impletur, al-
tera conditionata et antecedens, quae non
impletur, ita et in Christo duplex oratio,
una efficax et absoluta, quae ex voluntate
consequente; altera inefficax et conditio-
nata, quae ex voluntate antecedente pro-
fluit: prior semper impletur, non poste-
rior. Ita S. Thomas multis in locis, maxi-
me vero in 3. Dist. 17. q. 1. art. 3. quaestione,
4. ad 2. Hujusmodi secundum voluntatem
antecedentem et conditionatam oratio.

248. ~~Christi~~ inter alias fuit ista Matth. 26. Ba-
ter, si possibile est, transeat a me calix iste.
~~est~~ Pro electis ergo et predestinatis
oravit Christus oratione efficaci et absoluta
pro reprobis vero oratione inefficaci et con-
ditionata; non quod illis gratias suffi-
cientes largitus non fuerit, sed quod collatum
ipsis non fuerit beneficium, quod virtute
gratis obtinendum erat, et quod Christus an-
tecedenti voluntate intendebat.

232. Ob. 18^{vo} S. Aug. Ep. 102. ait: Non
perit unus ex illis, pro quibus mortuus est
Christus: Et, lib. de adulterinis Conju-
giis, c. 15. Omnis, qui sanguine Christi re-
demptus est, homo est: non tamen omnis
qui homo est, etiam sanguine Christi re-
demptus est. Ergo p.

4. 116
Resp. neg. cons. S. Doctor in pri-
mo textu loquitur de iis, pro quibus Chris-
tus mortuus est ex voluntate absoluta et
efficaci illos salvandi: in secundo autem
de redemptione efficaci et consummata
ex parte effectus, quae scilicet effectum
suum ultimum, nempe beatitudinem
aeternam habet. Duplex, ut jam saepe
dictum, distinguitur redemptio, nem-
pe quoad sufficientiam, et quoad effica-
ciam, seu, ut ajunt, efficientiam, vel in
actu primo, et in actu secundo. Homines
redimi a Christo quoad sufficientiam, et
in actu primo, est Christum fuisse ex par-
te sua omnia, quae erant necessaria ex
parte Redemptoris, ut homines liberaren-
tur a peccato et damnatione aeterna, et
vitam aeternam consequerentur, nimirum
obtulisse mortem in pretium ex inten-

tione, ut illis prodesset ad salutem, et me²⁴⁹
ritum fuisse ac obtinuisse omnibus gratias
sufficientes ad vitam aeternam consequen-
dam. Reverti quoad efficientiam perfe-
tam est homines ex meritis Christi se ipsa
liberari à peccato, justificari, et consequi
beatitudinem aeternam per applicationem
meritorum Christi.

Dicimus perfectam, nam duplex
etiam est redemptio quoad efficientiam:
alia enim est quoad efficientiam perfe-
tam seu consummatam, et est ea, quae
se ipsa consequitur, seu includit redemptio-
nis effectum ultimum ac consummatum,
nempe vitam aeternam: alia est quoad
efficientiam imperfectam, et est ea, quae
homo consequitur justificationem tem-
poraneam, non tamen salutem aeternam
defectu perseverantiae finalis. Porro
omnes homines redempti sunt à Christo,
quoad sufficientiam, soli electi quoad effi-
cientiam perfectam ac consummatam,
et soli fideles quoad efficientiam imper-
fectam.

Iust. S. Augustinus l. 21. de Civ.
c. 24. dicit, quod Ecclesia aequè non ora-
ret pro reprobis, quam pro Damone, si nos-
set, quinam sint illi reprobi. Atqui Chris-
tus certò cognoscebat, quinam essent re-
probi. Ergo pro eis nullatenus oravit aut
mortem suam obtulit.

Resp. Dist. maj. si nosset Ecclesia
aliquorum conversionem aequè esse impossi-
bilem, ac est diaboli conversio, pro illis non
oraret, eon. Haec enim oratio esset im-

250. tibus, et contraria voluntati divina. Si Eule-
sia id non cognosceret, prout se verà non co-
gnosuit, neg. maj. Profectò, prout docet S.
Augustinus, reprobi toto hujus vitæ tem-
pore converti possunt, adeoque quia Eule-
sia eorum conversionem censet esse possibi-
lem, hinc etiam pro illis orat. Nam ob
causam Christus quoque oravit pro salute
et conversione eorum, quos praevidebat
dammandos, quia scilicet eos considerabat
in statu, in quo poterant converti, et con-
sequenter obtinere salutem, quam pro illis
precabatur. Haec responsio potest etiam
ex sermone S. Augustini. Nam hoc locò dis-
putat contra quosdam, qui existimabant
in extremo Dei iudicio Sanctos Angelos
simul cum sanctis hominibus pro damnan-
dis et Angelis et hominibus oraturos, atque
tandem propter Sanctorum preces omnibus
reus esse parendum. Hunc autem errorem
rejecit S. Doctor, quia, inquit, tantum ab-
est, ut Sancti oraturi sint pro salute dam-
natorum, quin imò si Eulexia sciret
de quibusdam, quòd sint reprobi, non
magis pro his salvandis oraret, quam pro diabo-
lò, scilicet oratione de qua agebat, nempe
absoluta et consequente damnationem, qua
postularctur venia ejusmodi reprobis con-
cedenda consequenter ad eorum finalem
impoenitentiam. Eodem modo Christus
non oravit pro reprobis seu pro reproborum
salute consequenter ad eorum reprobati-
onem et finalem impoenitentiam, eo nem-
pe sensu, quòd non oraverit, ut gratias post
impoenitentiam finalem iterum obtine-
rent, per quas a damnatione, quam incur-
sissent, possent liberari.

Ob. 19^{mo} S. Hieronymus in Plal. 43. 251.
233.

aperit, non esse effusum sanguinem agni
pro Judæis. Et S. Anselmus in Elucidario
dicit: Christus pro solis electis mortuus est
.... Nihil contulit reprobis ob sua demerita
mors Christi. Ergo, p.

5. 117

Resp. Illi Patres solum volunt,
Christum non esse mortuum pro reprobis
efficaciter, seu ex affectu efficaci salutis
eorum, qui nempe effectum suum conse-
cutus sit. Quod non impedit, quominus
mortuus sit pro salute eternâ reproborum
sufficienter, seu ex affectu sincero et de se
sufficienti licet inefficaci salutis eorum.
prount tam S. Hieronymus, in c. 5. Ep. 2. ad
Cor. tum S. Anselmus, in c. 2. Ep. 1. ad
Timoth. aperte declarant.

Ob. 20^{mo} Semipelagiani erra - 234.

runt circa mortem Christi, non nisi quia
asperabant, eam oblatam fuisse generali-
ter pro omnibus omnino hominibus etiam
reprobis. Ergo.

Resp. neg. ant. Eorum quippe error
circa mortem Christi in cō consistebat, quod
aspererent, Christum mortuum esse ex affec-
tu aequali et efficaci ex parte ipsius Christi
pro omnibus omnino hominibus. Igitur quam-
uis Christus pro salute eternâ omnium omni-
no hominum nullō exceptō mortuus sit, non
tamen pro omnibus aequaliter seu ex aequa-
li affectu mortuus est, sed inaequali. Nam
mortem suam pro electis obtulit ex affectu
efficaci et absoluto, ut salutem consequeren-

252. tur, et ut proinde media salutis officina eis
obtineret: pro reprobis vero mortem obtulit
ex affectu de se sufficienti salutis eorum,
sed conditionato, nempe si cooperentur
auxiliis sufficientibus illis dandis, et ut illis
obtineret media de se ad beatitudinem eter-
nam asequendam sufficientia, quamvis in-
officia ex culpa ipsorum reproborum, vel
aliorum, ad quos eorum cura pertinet, vel
Baptismo decedentiam aliarum causarum secundarum obs-
tantium impedimento.

X* Quantum sicut
ad parvulos sine
Baptismo deceden-
tium.

239.

9* an. 855.

Z* celebratum fuit
istud Concilium
an. 853.

a* an. 859.

Ab. 21^{mo} Saeculo 9^{no} Concilium
Valentinum III* ex tribus Provinciae congre-
gatum, can. 4. Damnat quatuor capitula
Concilio Carisiaci*, in quorum ultimo defi-
niebat, Christum esse mortuum pro omni-
bus omnino hominibus. Et hanc damna-
tionem confirmavit Synodi Lingonen-
sis, et Tulensis apud Saxonarias ex duode-
cim Provinciae congregata*. Imo Canones
Concilio Valentini à Nicolao Papa confirma-
ti sunt.

Resp. Concilium Valentinum non
damnavit Capitula Concilio Carisiaci in
sensu asseritionis nostrae, nec in sensu ab ipsa
Synodo Carisiaca interdicto, sed in sensu
ipsi falso attributo, et ex falsa suppositio-
ne, quod sicut quidam iactabant: / is signi-
ficaretur, Christum esse mortuum pro libe-
randis ab igne inferni illis impiis, qui à
mundi exordio usque ad passionem Domini
in sua impietate mortui eternam damna-
tione puniti fuerunt, ut Concilium Valen-
tinum ibidem habet. Vel ex falsa hy-
pothèse, quod illa Capitula docerent,
Christum aequaliter, seu ex equali affectu

253.
mortuum esse pro omnibus. Nam idem Conci-
lium Valentinum doctrinam de morte Christi
pro omnibus etiam reprobis oblatam mani-
festè supponit, can. 2. ubi ait: Nec ipsos
malos ideo perire, quia boni esse non potue-
runt, sed quia boni esse noluerunt, hincque
vitio in massâ damnationis, vel merito
originali, vel etiam actuali permanserunt.
In quibus verbis docet, malos generaliter
potuisse esse bonos, nec perire nisi sua
culpâ, ideoque potuisse salvari, et au-
xilia ad salutem sufficientia accepisse ex
meritis mortis Christi pro eis oblata, nam
aliter haberi nequeunt. Et can. 5. docet,
omnes tam reprobos, quam predestina-
tos, sanguine Christi redemptos esse.

6.118
Necque damnatio illa quatuor
Capitulorum Carisiacorum inconsulte
et ex falsa suppositione facta ~~est~~ fuit
approbata a Concilio Lingonensi et
Tudensi, nec a Nicolao I. Imò illæ Sy-
novi approbarunt quatuor canonem
Concilii Valentini, rejectâ illâ damna-
tione quatuor Capitulorum Synodi
Carisiacæ, et solâ Capitulorum ig. Joan-
nis Scoti retentâ censurâ. Nicolaus I.
verò definitionem Concilii Valentini
solum confirmavit circa dogmata
Fidei, nullâ factâ mentione censura
quatuor capitulorum Carisiacorum, ut
testatur Broudentius in annalibus ab Hinc-
maro Epist. 24. citatis, et annalibus Ber-
tinianis ad an. 859. ubi dicitur: Nicolaus
Pontifex Romanus de Gratia Dei et libero
arbitrio, de veritate gemino predestina-

254 tionis, et Sanguine Christi, ut pro credenti-
bus omnibus ~~pro~~ ^{pro} ~~grus~~ ^{grus} sit, fideliter con-
firmat, et catholice decernit. Porro ibi
non excluduntur infideles.

236.

Ob. 22. De Ecclesia Lugdunensis
seu potius Remigius Lugdunensis Episco-
pus, lib. De tribus epistolis dicit Christum
mortuum esse pro solum fidelibus, et lib.
De tenenda veritate Scripturae quatum
Capitulum Carisiaum reprehendit ut
erroneum. Ergo.

Resp. Secundum quosdam Doctores
id, quod hic ait Ecclesia Lugdunensis intelli-
gi debet de morte et passione Christi obla-
ta ex voluntate efficaci et absoluta Salu-
tis, aut justificationis. Vel si sensit
Christum pro solum fidelibus et nullatenus
pro infidelibus mortuum esse, in hoc non
erravit ex contumacia, sed ex ignorantia
nostrorum argumentorum, quae si expen-
disset, certe sententiam nostram amplexa
fuisset.

Quatum autem Capitulum
Carisiaum damnavit ex errore facti, quia
nempe idem falso intelligebat de morte
Christi oblata ad impios aeterno iudicio
jam condemnatos ab inferis redimendos.
Similiter sententiam Goteschalci de
predestinatione et reprobatione à con-

* Duplex concilium illud I. Carisiaum an. 849. celebratum
Carisiaum distinguendum est, in quo celebratum est an.
849. et in eo damnatus Goteschalci et errores eius pro-
scripti. 2. dum vero celebratum fuit an.
853. de quo supra agimus.

natam non approbavit, nisi ex falsa
suppositione et interpretatione illius
quia nempe existimabat Goteschalci
solum docere Christum non esse mortuum
efficaciter pro omnibus, seu non applicari
omnibus fructum passionis Christi Salva-
toris nostri.

Ob. 23^{to} Christus scilicet Decretum ^{255.} 237.
Dei immutabile damnandi reprobos ob
demerita absolute previsa. Ergo non
potuit sincerè mortem suam offerre pro
eorum salute.

Resp. Dist. cons. Ergo non potuit
mortem suam offerre pro salute illorum
consideratorum secundum instans rationis
pro quo Deus habet decretum idos damnan-
di, cons. Ut consideratorum secundum
aliud instans rationis virtualiter prius
hoc decreto, neg. cons. Nam pro illo ins-
tanti Deus habet voluntatem sinceram
licet conditionatam et inefficacem eos
salvandi, et sic ad hunc finem acceptavit
mortem Christi absolute previsam ut
oblatam pro illis, et propter eius merita
preparavit illis media salutis de se suffi-
cientia.

Porro Christus poenas pecca-
tis reproborum debitas hinc morte sua non abso-
lute sed conditionate, quod per media à
Deo constituta sibi applicarent meritum
mortis eius. Quam conditionem cum non
impleant ex culpa sua, merito ob peccata
sua supplicii eterni mulentur.

Ob. 24^{to} Indignum est Deo, quod ^{238.}
velit sincerè aliquid, quod tamen non fiat.

Resp. Dist. si idud velit sub condi-
tione, quam ipse non apposuerit, cons. Si
ipsemet apposuerit conditionem, neg.

Dices. Ergo voluntas divina frus-
tratur et irritatur à creatura.

Resp. neg. Quia per hanc voluntatem
conditionatam et inefficacem salutis repro-
borum, Deus vult absolute, ut eius precepta
observentur, et si non observentur, pecca-

296. torres puniantur. Ita docet S. Augustinus
in Gal. 110.

239.

S. Octavus.

De affectibus divina volun-
tatis, amore, odio, desiderio,
ira, et poenitentia

Esse in Deo amorem proprie dictum
aperte docet Scriptura Joan. 3. v. 16. Sic Deus
Dilexit mundum, ut Filium suum unigeni-
tum daret. 1. Joan. 4. v. 16. Deus charitas est.
Ratio est, quia datur in Deo vere ac proprie
dicta voluntas. Atque primus actus volun-
tatis et quasi radix aliorum, est amor. Ergo.
Porro amor Dei à nostro distinguitur, quod
ipse sit officina, ac producat in nobis bonum,
quod amat, non ita amor noster.

Deus equidem amat omnes creatu-
ras equaliter ex parte actus divini, ina-
qualiter autem ex parte boni, quod illis vult.

Quod omnes creaturas amet, declarat
S. Scriptura Sap. 11. v. 25. Diligis omnia quae
sunt, et nihil odisti eorum, quae fecisti.

Ratio est, quia amare aliquid, est ei bonum
velle. Atque Deus omnibus creaturis exis-
tentibus vult aliquod bonum, nempe exis-
tentiam, conservationem, &c. Praeterea
Deus amat id omne, quod bonum est. Sed

intellige, quatenus omnis creatura bona est, Gen. 1. v. 31. Vidit
provisè creatura. Deus cuncta quae fecerat, et erant valde bo-
na. Ergo, &c.

Quod autem eas ex parte actus divi-
ni equaliter amet, ratio est, quia non
datur in Deo major vel minor actus in-
tensio. Inequaliter vero ex parte boni
quod illis vult; ratio est, quod uni crea-
tura majus, alteri vero minus bonum tri-
buat; prout se ipsa videmus.

Etsi Deus eo, quo dicimus, modo crea- 257.
tura, omnes amet, certum tamen est, in eo 240

odium esse circa peccatum et peccatorem ab-
ominationis proprie dictum non tamen ini-
micitia proprie dictum. Duplex ergo odium
distinguitur, unum abominationis, quo Deus
peccatum abominatur seu detestatur, tan-
quam sanctitati ac bonitati contrarium
nobisque noxium: alterum odium inimici-
tiae dicitur, quod cadit in ipsam personam
peccato maculatam, quam Deus vult punire.
Huiusmodi odium in Deo non inveniri aperit
S. Augustinus tract. 110. in Joan. Habebat,
inquit, erga nos charitatem, etiam cum ini-
micitiam adversus eum exercentes, operare-
mur iniquitatem; et tamen ei verissime
dictum est, Odisti, Domine, omnes qui
operantur iniquitatem. Proinde mirò et
divinò modo, et quando nos oderat, dilige-
bat: oderat enim nos, quales ipse non fece-
rat, et quia iniquitas nostra opus ejus non
omni ex parte consumpserat, noverat si-
mul in unoquoque nostrum, et odisse quod
feceramus, et amare quod fecerat. Et
certè cum peccatis onerati essemus, sic De-
us dilexit mundum, ut Unigenitum suum
pro ipso redimendò et salvandò dederit.

Ratio est, quia odium inimicitiae
proprie dictum terminatur ad personam
ipsam, quam quis aversatur, et detestatur.
Atqui Deus personam ipsam peccatoris non
aversatur nec detestatur, tametsi eam
punit; imò punitio illa ex amore est. Ita
pater filium, quem diligit, castigat, ut emen-
det; medicus ferrum et ignem vulneri
admovent, ut sanet.

8.
P. Q. 120²⁵⁸.

Attamen odium abominationis, ut
diximus, in Deo est admittendum. Id de-
clarat Scriptura, Psal. 5 v. 7. Odisti om-
nes, qui operantur iniquitatem. Et Psal.
44 v. 8. Dilexisti justitiam, et odisti ini-
quitatem. Sap. 14 v. 9. Similiter odio
sunt Deo impius et impietas ejus.

Ratio est, quia qui natura sua
necessitate justus et sanctus est, non po-
test, quin odio habeat quidquid justitia
ac sanctitati sua contrarium est, Deus
enim semetipsum negare non potest. Pa-
riter, qui summe amat bonum aliquod
non potest non odisse malum, quod huic
bono adversatur; odium enim mali cu-
juspian necessario sequitur ex amore bo-
ni oppositi. Atqui talis est Deus. Er-
go non potest, quin odio habeat peccatum.

241. In Deo tamen nec desiderium, nec spes,
nec desperatio invenitur. Desperatio enim
intrinsecam continet deformitatem; spes
vero et desiderium secum annexam ha-
bent imperfectionem, quae in Deum mul-
tatenus cadere potest. Desiderium est
rei absentis non posse; Deus autem om-
nia possidet, nec ullam re extra se positam
indiget, nihilque desiderat, quam salu-
tem nostram, quam vult, et quantum
in se est prouocat. Pariter spes versa-
tur circa bonum absens et arduum: at
nulum bonum à Deo est absens, qui omnia
in se continet: nulum ipsi, ut desperet,
arduum ac difficile, qui omnia potest. De-
inde spes agnoscit aliquem superiorem et

potentio-
num.
v.7. Obi-
tatem. Et
m, et ob-
Similiter
as eius.
qui natura-
tus est, non
id quod ius-
um est, de-
non potest.
bonum ali-
lum, quod
enim male-
tur ex amor-
alis est de-
labeat per
fidem
Desperati-
mitatem,
annexa
e in deum
videm
Deus autem
extra se pos-
t, quam de-
et quanta-
iter spes
arduum: ut
sens, qui om-
nt despa-
nia potest
superiora

potentio-
rem, qui prestare valeat id, quod 259.
Speratur; Deus autem nullum se superio-
rem et potentio-rem agnovit.

Negue etiam in eo est timor, tris-242.
titia, ira, aut poenitentia. Quia om-
nes isti affectus sunt ex se imperfecti.
Timor respicit malum proprium immi-
nens; tristitia vero est de malo presenti.
At in Deo nullum accidere potest malum.
Ita pariter et furor Deo proprie tribui
non potest sed improprie, figurate ac
metaphorice; ira etenim est appetitus
vindictae cum spe ulciscendi ex tristitia
procedens*. Cum Deus irasii dicitur sicut
S. Aug. c. 33. Enchiridii: non eius significa-
tur perturbatio, qualis est in animo iras-
centis hominis: sed ex humanis motibus
translatum vocabulo, vindicta eius, quae non-
nisi iusta est, ire nomen accepit.

9
* S. Thom. lib. i.
cont. gent. c. 89.

Similiter poenitentia dolorem quem 243.
dam importat, ac consilii seu voluntatis
mutationem, cuius omnino Deus est in-
capax. Poenitentia igitur non nisi improprie,
figurate ac metaphorice, et quoad
effectus, non quoad affectum, ipsi tribu-
enda est, eo nempe quod idem erga nos
operetur Deus, quod solent homines ira-
ti, quos operis alicuius poenitet, operari
illud destruendo.

Caput Septimum De Providentia Dei.

244.

Providentia est rerum omnium ad
fines suos ordinatio, ac constans in tempo-
re ordinis illius per certa media execu-
tio.

260.

Providentiam impugnarunt ex Gentilibus Philosophi non pauci, qui, ut homines facerent liberos, fecerunt sacrilegos; et ex Christianis Marcion, Priscillianus, & impii illi apud Job. c. 22. v. 14. hoc de Deo blasphemantes: Nubes latibulum ejus, nec nostram considerat, et circa cardines coeli perambulat.

245.

Duo hic nobis probanda sunt. Primum, nulla fatali necessitate, nullo fortuito casu res humanas regi ac gubernari. Secundum, res humanas omnes, cujusunque sint ordinis, divina providentia legibus subjacere.

Ph. v. p. 121.

Probatur ergo primum 1^o Ex Scripturis. Prov. 16. v. 1. Hominiis est animam preparare, et Domini gubernare linguam. Et v. 19. Cor hominis disponit viam, sed Dominus est dirigere gressus ejus. Rursus c. 21. v. 1. Sicut divisiones aquarum, ita cor Regis in manu Domini: quocumque voluerit, inclinabit illud. Denique Sap. 14. v. 3. Tua autem, Pater, Providentia gubernat. Non igitur fato, prout Philosophi gentiles, nec siderum constellatione, prout Priscillianista contendebant, sed divino consilio vice hominum diriguntur.

2^o Id demonstrat S. Augustinus lib. 2. De genes. ad litt. c. 17. famoso exemplo duorum gemellorum Jacob et Esau, qui quamvis sub eadem constellatione, eodem coelo nati fuissent, tamen ingenio, et moribus adeo dispares fuerunt. (C)

* Item lib. De utilitate credendi c. 16. Si, inquit, non praesidet divina providentia rebus humanis, nihil est de religione Satagen-Subu.

S. Damascenus lib. 2. Orthod. fidei c. 29. Providentia, inquit, est rerum procuratio, qua Deus fungitur.... Eundem etenim et rerum procreatorem et administratorem esse oportet.... Solus Deus natura bonus ac sapiens est. Quia igitur bonus

Cap. VII. De Providentia Dei.

providet: neque enim bonus est, qui non pro-^{261.}
videt. Nam et homines et bruta proli sua na-
turali quodam affectu prospiciunt, et vitupe-
ratur, qui non prospicit. Quia autem Sapiens,
ca, quae sunt, optime procurat. Haec ca-
dem est unanimes Patrum sententia.

3^o Prob. ratione. 1^o Quia Sapiens
artificis est operis sui curam gerere, et illud
ad debitum finem ordinare ac perducere.
Atqui Deus est Sapientissimus artifex, et
creatura omnes sunt ejus opera. Ergo Deus
omnium creaturarum curam gerit, easque
ad fines suos ordinat, et perducit.

2^o Quia tot absurda et impia ex
fato consequuntur, ut vix intelligi possit,
qua ratione hujusmodi figmentum humana
mente excogitare potuerit, nempe leges omnes,
ut ait S. Augustinus, atque instituta discipli-
nae, caedae, vituperationes, exhortationes, ter-
rores, praemia, supplicia, ceteraque omnia,
quibus humanum genus administratur et re-
gitur, penitus labefactantur et subvertuntur,
admissio quippe fato vult humana libertas,
qua sublata tollitur boni et mali, virtu-
tis et vitii discrimen, nec ubi superest am-
plius praemio vel supplicio locus. Unde
projecta ad omne fauimus audacia; inde
impietas, irreligio, totalis Divini cultus, imo
et Divinitatis extinctio: quin et in rebus ci-
vilibus ac politicis confusio ac summa per-
turbatio.

(F)
Ep. 246. alias 243.

Prob. 2. Dum; 1^o In Scripturis Sap. 246.

6. v. 8. Equaliter cura est illi de omnibus. Et

c. 8. v. 1. Attingit a fine usque ad finem
fortiter, et disponit omnia suaviter. Item

c. 12. v. 13. Non est alius Deus, quam tu, cui
cura est de omnibus. Matth. 6. v. 26. Respi-

202. cite volatilia coeli, quoniam neque serunt,
neque metunt, neque congregant in horrea,
et later vester coelestis pasit ea.... Consi-
derate lilia agri.... Si autem foenum agri.... De-
us sic vestit, p. Et c. 10. v. 29. Nonne duo
paseres esse vaneunt, et unus ex illis non
cadet super terram sine Patre vestro? Vestri
autem capilli capitis omnes numerati sunt.

Prob. 2^{do} ex N. Patribus. Pro omnibus
St. Augustinus, qui lib. 5. de genes. ad litt.
c. 21. Nonne, ait, confirmat / Christus / vi-
lissimas ejusmodi abjectissimisque particu-
las divina providentia regi.

Prob. 3^{to} ratione. Quia Deus est
omnium et singularum rerum non solum
causa efficiens, sed etiam finis ultimus. Er-
go quemadmodum rebus omnibus dat, et con-
servat esse, ita quoque omnes in finem
dirigit. Præterea Sapientis artifi-
cis est, quodvis opus suum ad debitum
finem ordinare.

247.

Igitur omnia ad ordinem provi-
dentia divina pertinent ne quidem malis
sive peccatis exceptis, quæ etiam ad eam per-
tinent non quidem per se directe ac pri-
marie, sed veluti ex occasione ac suppo-
sita hominum ad peccandum inclinata vo-
luntate; novit etenim Deus ex malis ipsi-
simum bonum evadere. Ita obstinatum Judæorum
malitiam, quam noverat, in bonum con-
vertit, quando permisit ab illis Christum
interfici, ut eum sublimius exaltaret, ac
nostræ simul consuleret salutem. Hunc, inquit
Apostolorum Princeps, Definito consilio et
providentia Dei traditum, per manus iniquo-
rum affigentes interemistis, quem Deus susci-
tavit.

g Act. 2 v. 23. et
24.

Unde S. Augustinus Enchiridii c. ii. 263.

Deus, omnipotens, inquit, cum summè bonus sit, nullo modo sineret mali esse aliquid in operibus suis, nisi usque adeo esset omnipotens et bonus, ut beneficeret et de malis.

Solvuntur Objectiones.

248.

Obi? David psal. 72. v. 2. Mei autem penè moti sunt pedes pacem peccatorum videns, inquit. Turbatur quippe nec capere poterat, què providentia Dei, quæ semper comitem habet justitiam, conulari possit cum felicitate impiorum, et afflictione justorum in hac vitâ. Eadem quoque mentis turbatione agitatus videbatur Jeremias, dum c. 12. v. 1. Deum hinc allocutus est: Iustus quidem tu es Domine si disputem tecum: verumtamen justa loquar ad te: Quare via impiorum prosperatur, bene est omnibus, qui pravaricantur, et iniquè agunt? Ergo hi ambo propheta de Dei providentiâ saltem dubitare videntur.

Resp. neg. cons. citatis locis ambo propheta innere duntaxat volunt, arcanas et occultas esse providentiæ divini rationes, quas nostrum non est velle scrutari. certè, ut ait S. Augustinus, Nihil infelicius est, felicitate peccantium, quàm poenalis nutritur impunitas, et mala voluntas velut hostis interior roboratur. Et lib. 1. de Civit. c. 8. Plaudit divina providentiæ, inquit, preparare in posterum bona justis, quibus non fruuntur iniusti; et mala impiis, quibus non excruciantur boni. Ista verò temporalia bona et mala utriusque voluit esse communia, ut nec bona cupidius appetantur, quæ mali quoque habere cernuntur, nec mala turpiter

Ep. 138. alias 5.

264. contemuntur, quibus et boni plerumque afficiuntur.
... Nam si maius omne peccatum manifesta ple-
teretur poena, nihil ultimo iudicio servari
putaretur: rursus si nullum peccatum nun-
puniret aperta divinitas, nulla esse provi-
dentia divina videretur. Ex his habetur
responsio ad objectionem.

249. Ob. 2. d. 1. Cor. 9. v. 9. Nunquid,
ait Apostolus, De bobus cura est Deo? Ergo
censuit, Deum non omnium rerum curam gere-

re.
Resp. neg. cons. Sensus huius Apos-
toli effati est, quod Deus non gerat curam
specialem ac propriam de brutis animan-
tibus sicut de hominibus. Nam Apostolus
ibidem citans illud Veteris Testamenti:
Non alligabis os bovi trituranti: Vult, solum
Deum in hoc mandato non attendisse pro-
cipue ad bovem, sed ad Ecclesiae ministros
qui habent jus accipiendi stipendium sus-
tentationis ab eis, quibus spiritualia sub-
ministrant.

250. Ob. 3. d. S. Hieronymus in c. 2.
Abacuc ait, absurdum esse ad hoc Dei ma-
jestatem deducere, ut fiat per momenta
singula, quot nascuntur culices, quot ve-
moriuntur.... Non simus, pergit, tam fatui
adulatores Dei, ut dum potentiam eius sti-
am ad ima detrahimus, in nos ipsos injuriam
simus, eandem rationalium, quam in ratio-
nalium providentiam esse dicentes.

Resp. Huic objectioni nos iam
supra c. 5. s. 2. pag. 160. satisfecisse. S. Hiero-
nymus excludit duntaxat à Deo cognitionem
earum minutissimarum rerum, quae parti-
culariter et alternatim per diversa tempo-
rum momenta cum successione habetur,

col 3
123

quod quidem divina indignum esse majesta-^{265.}
te merito affirmat, siquidem Deus unico
actu simplicissimo cognoscit omnia.

Responderi etiam id, quod ad prio-
rem ex Apostolo objectionem responsum fuit,
potest. Manifestum nempe esse ex postre-
mis S. Hieronymi verbis, hoc unum illum
velle, majorem scilicet Deo erga creaturas
rationales curam et providentiam esse,
quam erga res viles et abjectas.

Ob. 4.^{to} Si Deus provideret rebus ^{251.}
omnibus, non essent tot defectus et mala
in mundo. Atqui, p. Ergo, p.

Resp. neg. sequel. maj. Quia De-
us mala illa ordinat ad bonum universi.
Enimvero si nulla essent mala, multa bona
deserent universo, cujus perfectionem pro-
curare ad Deum spectat tanquam ad supre-
mum et universalem provisorem. Unde,
prout supra dictum, Providentia divina
peccata etiam subjacent, quatenus Deus
illorum permissionem seu tolerantiam
ad optimos fines ordinat: nam ea ordinat
tum ad manifestationem suarum perfec-
tionum; puta misericordiae, benignitatis,
justitiae, p. tum ad electorum exercita-
tionem et perfectionem.

Ob. 5.^{to} Multa casu et fortuito fi- ^{252.}
unt. Ergo non omnia subjacent Providentia
divina.

Resp. neg. ant. Nam nihil casu
fit nisi respectu nostri, quatenus ignora-
mus causas multorum effectuum, et finem
ad quem ex intentione Dei diriguntur. At

266. Secundum rei veritatem nihil fit casu: nam
nihil fit, quod Deus non voluerit, aut sci-
enter permiserit fieri, et ad optimum finem
i * lib. j. retract. c. i. non dirigat. Quare, ut monet S. Augustinus,
Christiani à nomine fortuna abstinere de-
bent. Et per fortunam nihil aliud intelli-
gi debet, quam Providentia Divina, quate-
nus causas occultas, et media nobis ignota
ad certos effectus, ipsorumque effectus ad fines
nobis ignotos ordinat.

293. Ob. 6^{to}. Multa fiunt frustra in
rerum natura. Ergo, p.

Resp. Dist. ant. Multa fiunt frus-
tra per respectum ad causas particulares, con-
per respectum ad Deum ut providorem gene-
ralem, et ad fines efficaciter ab ipso inten-
tos, neg. ant. Causa particularis defectus
est ipsiusmet Providentia Divina effectus,
que sic res ordinavit, ut dum aliqua sta-
rent, alia deficerent: is autem defectus
K * lib. de gen. ad litt. idem prestat, ait S. Augustinus, in uni-
c. 5. verso, quod umbrae in pictis tabulis confe-
runt.

294.

Caput Octavum. De predestinatione.

Quae circa predestinationem huius no-
bis discutienda veniunt ad haec capita reduci pos-
sunt. 1^o. Quodnam illius nomen et definitio.
2^o. De existentia predestinationis. 3^o. De
causis illius sive ad gratiam sive ad glori-
am. 4^o. De effectibus et proprietatibus
predestinationis.

De predestinatione

De definitione predestinationis

S. Primus
De Essentia seu nomine
et definitione predestinationis
~~et de eiusdem ratione~~

267.
259.

Col 4

124

Predestinatio generatim et latiori quodam sensu usurpatur pro qualibet predefinitione seu preordinatione divina et extenditur ad ea omnia, quae Deus statuit vel per se facere, vel permittere: quo sensu Actor. 2. v. 23. De Christo à Judaeis dicitur: Hunc definitò consilio et praesentia Dei traditum per manus iniquorum affigentes interemistis.

Hic proprie Predestinationis nomine intelligitur anteiens ac aeterna creatura rationalis in finem vitae aeternae destinatio, et preordinatio. Ubi particula pra quamdam prioritatem sonat; et verbum destino significat non meram rei futura praecognitionem, seu simplicem actum intellectionis, sed firmum voluntatis propositum seu secretum: quo sensu usurpatur ab Apostolo Ephes. 1. v. 7. Predestinavit nos, inquit, in adoptionem filiorum per Jesum Christum in ipsum, secundum propositum voluntatis suae.

Aliis nominibus in Scripturis predestinatio designatur: dicitur nampe vocatio secundum propositum seu consilium Dei, dilectio, discretio, electio, preparatio, preordinatio &c.

Item alia est ad gratiam, quam gratuitam esse fides docet; alia ad gloriam, de qua disputant Theologi Scholastici an fiat ex praevisis meritis gratia, an ante illa praevisa. Hinc nata in Scholis distinctio predesti-

Unde predestinatio non tantum in bonam partem, hoc est ad gratiam et gloriam, sed interdum etiam in malam hoc est in poenam et damnationem usurpatur. Ita Matth. 25. v. 41. ad reprobos dicitur: Discedite à me maledicti in ignem aeternum, qui paratus est diabolo et angelis eius. Hoc sensu sumpta predestinatio nuncupatur reprobatio, de qua cap. sequenti.

Rom. 8. 2. ad Tim. 2. Act. 13. ad Rom. 9. p.

268 nationis in adequatam, quae scilicet utramque complectitur, et inadequatam, quae unam duntaxat continet.

¶ quae nempe tum praedestinationem ad gratiam seu voluntatem divinam absolutam et efficacem dandi gratiam et gloriam, tum praedestinationem ad gloriam seu voluntatem absolutam et efficacem dandi gratiam in se complectitur.

¶ Praedestinatio igitur adaequata seu complete et adaequate sumpta, est absoluta dandi gratiam et gloriam. Sive est efficax preparatio gratiae se ipsa perducens ad gloriam, et ipsius gloriae. Nomine autem gratiae huius intelliguntur omnia media electis ad consequendam salutem gratis collata, et cum salute connexa.

256 Eadem praedestinatio simpliciter et complete sumpta recte etiam definitur à S. Augustino lib. de dono perseverantiae c. 14. Præscientia et preparatio beneficiorum Dei, quibus certissime liberantur, quicumque liberantur.

Dicitur 1.º praescientia: inde est, quod praedestinati interdum praesenti simpliciter dicantur, Rom. 11. v. 2. Praescientia latius patet quam praedestinatio, quia, ut ait Augustinus lib. de praedest. Sanct. c. 10. praedestinatio sine praescientia esse non potest; potest autem esse sine praedestinatione praescientia. Praedestinatione quippe Deus ea praeservit, quae fuerat ipse factururus.... praeservare autem potest est etiam quod ipse non facit, sicut quaecumque peccata.

257. Disputant Theologi quanam sit illa scientia ad praedestinationem praerequisita. Alii dicunt esse scientiam simplicis intelligentiae, qua Deus dirigatur in decreto praedestinationis, utpote quae ipsi proponat objecta, homines nempe, de quorum praedestinatione ferre possit decretum, neque enim cecio modo Deus fert libera sua decreta.

269.
Dicunt alii esse solam Scientiam ab-
solutam et visionis; quia Scientia illa non
est merè possibilem, sed eorum, quae ve-
rè futura sunt, atque Deus in electorum
cordibus operaturus est, at ab ipso in ipsa
praedestinatione praesumuntur.

Qui Scientiam conditionatorum
seu mediam propugnant, neque huius inter
se conveniunt; aliqui enim timentur,
Scientiam illam, quae ad praedestinati-
onem praerequiritur, esse tum Scientiam
simplicis intelligentiae, quae Deus cognos-
cit gloriam et quidquid facere potest;
tum praecipue Scientiam mediam, quae
cognoscuntur in particulari omnia me-
dia, quae certò et infallibiliter, et tamen
liberè habitura sunt effectum, et ad glo-
riam perductura, si dentur. Nam Scien-
tia illa est Scientia, quae praecedit de-
cretum, cum illud dirigat. Alii

autem volunt, esse Scientiam mediam
simul et ~~absolutam~~ visionis, seu
conditionatorum, et absolutam. Enim-
verò praesentiam illam esse absolutam, et
decreto Dei, nostro conipiendi modo, poste-
riorem ex eo evidenter habetur, quòd Deus
sciat id, quòd factururus est: praesentia
autem quae versatur circa ea, quae Deus
facturus est, seu, quòd idem est, circa ab-
solutè futura, absoluta est et visionis.

Quidquid haec de re sit, et quom-
que modo Deus praedestinos noverit,
nobis satis est, quòd eos praenoscat, atque
praedestinatò sit Dei praesentia aliqua
sive simplicis intelligentiae, sive visionis,

Colo
A25

270. sive simpliciter intelligentia et conditionatorum seu medicorum simul, sive visionis et conditionatorum simul; circa quod parum solliciti sumus.

258. Dicitur 2^{do} Preparatio, id est aeterna in mente Dei dispositio medicorum, quibus in tempore creaturam rationalem ad finem suum ultimum certissime dirigit ac perducit.

Dicitur 3^{to} Preparatio beneficiorum Dei. Quibus verbis intelliguntur non solum auxilia gratiae efficacia cum perseverantia finali conjuncta, sed etiam omnes actus salutares conducentes infallibiliter ad salutem.

Dicitur 4^{to} Quibus certissime liberantur, quicumque liberantur. Id est liberantur, atque gloriam aeternam adipiscuntur, quippe quae est perfecta et consummata libertas et salus. Quare à S. Thomâ Predestinatio definitur, preparatio gratiae in presenti et gloria in futuro. Deum autem preparare est Deum velle dare.

259.

S. Secundus.

De Existentiâ predestinationis.

Proter eos providentia divina hostes, quos cap. priori recensimus Pelagianis et Semipelagianis predestinationem gratuitam ad gratiam, quam docet fides impugnant ac negant, verum erronee prout S. sequenti demonstrabimus. Sit

260.

Conclusio.

Admittenda est vera ex parte Dei predestinatio.

Prob. 1^o ex Scripturis. Matth. 25. v. 34. Venite benedicti Patris mei, poscite paratum vobis regnum à constitu-

lione mundi. Luc. 12. v. 32. Nolite timere 271.

pusillus grex, quia complauit Patri vestro
dare vobis regnum. Rom. 8. v. 30. Quos
prædestinavit; et quos vocavit, hos et iustifi-
cavit: quos autem iustificavit, illos et glo-
rificavit. Ephes. 1. v. 4. et 5. Elegit nos in
ipso ante mundi constitutionem ut essemus
sancti... prædestinavit nos secundum propo-
situm voluntatis sue.

Prob. 2^{do} ex 33. Patribus. Hoc sic,
inquit S. Augustinus, lib. De dono perseveran-
tia c. 19. n. 48. neminem contra istam prædes-
tinationem, quam secundum Scripturas
sanctas defendimus, nisi errando disputare
potuisse. Et c. 23. n. 65. Prædestinationis
hujus fidem, ait, quo contra novos hereticos
nova sollicitudine nunc defenditur, nunquam
Ecclesia Christi non habuit.

S. Prosper, in resp. ad object. gal-
lorum, Prædestinationem, inquit, nullus
Catholicus negat.

S. Fulgentius, lib. De fide ad Petrum
c. 35. Firmissime tene, ait, et nullatenus
dubites, omnes, quos vasa misericordie
gratitã bonitate Deus facit, ante consti-
tutionem mundi in adoptionem filiorum
Dei prædestinatos à Deo.

Prob. 3^{tio} aperta ratione: quia De-
us nihil operatur in tempore, quod ab æter-
no non præordinaverit faciendum.

Quam certa prædestinationis exis-
tentia, tam occultata est ac humana men-
ti prorsus impervia hujus mysterii ratio:
ad emulationem ac virtutis exercitium ar-
canum istud nos latere Deus sapientissime
voluit; suspensa quippe solis, cautiores red-
dit, et vigilantiores. Hoc unum fidei-

166
226

272. bus Sufficere Debet S. Petri monitum Ep. 2. c. 1.
v. 10. Satagite, ut per bona opera certam ves-
tram vocationem et electionem faciatis. Pro-

cul ergo curiose ac temeraria ista quaestiones;
Quare ex duobus infantibus unus Baptismum
percipit, alter non percipit? Quare inter
adultos unus efficaciter vocatur, et vocatus
venit, alter non venit? Quare unus in dem
visis Christi miraculis credit, alter non cre-
dit? Quare ex duobus justis unus ex hac vi-
ta eripitur dum justus est, alter vero non
eripitur? Cum Apostolo exclamandum*,

M. Rom. ii. v. 33.

Ó altitudo divitiarum sapientiae et scien-
tiae Dei! Quam incomprehensibilia sunt
judicia ejus, et investigabiles viae ejus!

Et c. 9. v. 20. Ó homo tu quis es, qui respon-
deas Deo? Nunquid dicit figmentum ei, qui
se finxit, Quare me faciisti he.

261.

Dicesi? Doctrina praedestinationis
videtur periculosa, ad factum veterum Phi-
losophorum accedere, nocere libertati, inji-
cere homines in Socordiam, vel Desperatio-
nem, vel temerariam praesumptionem ac
Securitatem. Ea quippe semel doctrina
supposita, valebit istud dilemma, quo
multi defatigantur et turbantur: Vel
sum praedestinatus, vel non. Si sum pra-
destinatus, salutem certissime assequar:
irrita enim non potest esse absoluta Dei
voluntas; inutilis ergo est omnis cura et
sollicitudo mea pro assequenda salute.
Si vero non sum praedestinatus, quidquid
boni fecero, tandem deservente gratia, aeter-
num peribo; soli enim praedestinati sal-
vi esse possunt. Ergo, p.

Resp. neg. ant. ejusque proba-
tionem. Non alia enim ex praedestina-

trione, quam ex praesentia Dei, oriri potest 273.
 Difficultas, aut necessitas agendi. Sicut igitur
 praesentia Dei humanam non tollit liber-
 tatem, nec in nobis extinguit studium et
 sollicitudinem sectanda virtutis, quia res
 futuras supponit, non facit; ita nec pra-
 edestinatio, quae sequitur ac supponit pra-
 scientiam futurorum sub conditione me-
 ritorum gratia.

Absurditas ac falsitas adducti di-
 lemmatis clarius adhuc patebit, si ad res
 humanas ordinarias ac temporales transfe-
 ratur. Enimvero eritne quisquam tam sto-
 lidus ac fatuus, ut sic velit ratiocinari: Vel
 Deus praescivit ac decrevit me intra mensem
 in vivis fore, vel non praescivit: si praescivit,
 utar alimentis vel non utar, in vivis ero:
 si non praescivit, quidquid fecero moriar.
 Pariter, vel Deus praescivit, me a tali morbo,
 quo nunc laboro, liberandum, vel non: si praes-
 civit, sive remedia adhibeam sive non, a
 morbo certissime liberabor, sive non libe-
 rabor. Non arbitramur, quemquam fore
 tam mente ac ratione perditum hominem
 qui insulsi hujus dilemmatis obtentu, velit
 aut vitam suam, aut sanitatem in apestum
 discrimen adducere, abstinere ab alimen-
 tis, aut negligere remedia.

Dilemma igitur hoc putridum est
 sophisma, quod Dialectici appellant à fal-
 so supponente aut ab ignoratione elensii.
 Vita quippe conservatio, et restitutio sani-
 tatis à Deo non decernuntur, nisi quia no-
 vit futurum esse, ut et alimentis ad vitam,
 et remediis ad restitutionem sanitatis utamur.

Dices 2^o. Si hominis actus à Deo 262.
 praevia sit ac praordinata, frustra sunt ad-
 hortationes, comminationes, &c. Ergo, p.

col 7
 r 27

monitum
 opera certam
 rem faciat
 e ista quae
 unus, Baptis
 ? Quare int
 oratur, et vo
 uare unus im
 t, alter non
 is unus ex he
 , alter vero n
 ulamand
 ientia et
 enibilia
 biles via
 quis es, qui
 mentum
 sic.
 vadedestinat
 um veterem
 libertati
 el Despre
 sumptione
 mel doctri
 dilemma
 bantur:
 on. Si sum
 hime aspe
 le absolut
 omnis creat
 nda salute
 atus, quip
 te gratia
 destinati
 2.
 usque pot
 praedestina

274. Resp. neg. ant. Nam actio hominis non
providetur, nec preordinatur à Deo futura,
nisi suppositis ejus causis: atqui inter causas
illas sunt ut p[er]viniunt ad hostationes, com-
minationes, p. Ergo, p.
S. Tertius.

263. De causis predestina-
tionis.

Jam supra d. i. annotavimus Predes-
tinationis ad gratiam et completam esse duas par-
tes, quas velut totum aliquod in se complecti-
tur, una enim est predestinatio ad gratiam,
ad gloriam altera. Quae ergo utriusque sit
causa h[ic] inquirimus. Ubi notatum volu-
mus non esse questionem de causa effici-
ente predestinationis; quippe certum est,
predestinationem, cum sit beneficiorum
preparatio, à Deo esse tanquam à causa
efficiente. Sed de causa morali duntaxat
seu meritoria predestinationis ex parte
creaturae rationalis. Hoc igitur sub
questione versatur, utrum ex parte effec-
tus, gratia nempe et gloria, predestina-
tio habeat aliquam causam, id est, utrum
Deus preordinaverit se daturum effectum

* effectus predesti-
nationis, ut jam
dictum, est gratia
et gloria.
predestinationis* alium propter merita
aliqua, nec ne; adeoque utrum predesti-
natio sit gratuita, vel ob provisa aliam
merita duntaxat, ei à Deo tribuatur.

264. Primum igitur de predestinatio-
ne ad gratiam agendum. Hoc, ut jam dixi-
mus, est absoluta et efficax Dei voluntas
dandi gratiam re ipsa perducens ad bea-
titudinem. Nomine gratia h[ic] intelli-
gitur omne medium efficax ad beatitudinem
perducens: ac proinde intelliguntur gra-
tia actualis, et habitualis, opera saluta-
ria, et perseverantia finalis, imò et gra-

... sunt p[er]...
De hac ergo
... hoc est
... ad
... voluerit
... an vero
... et
... me
... tanquam
... live tan
... qua non
... put
... fuisse, at
... quibus a
... vel repola
... in
... a libero a
... ad gl
... fieri
... abito
... instructum
... quibus
... exempla
... tam legem,
... ad per
... am aternam
... inter disputan
... agens, ut a
... cam ad faci
... agendum
... ut ejus pro
... fiat ex p
... Denique
... gratia esse fa
... Pelag
... nam volun
... a Deo
... propter m

tia externa, ut sunt pia monita, adhortatio. 275.
 nes, p. De hac ergo queritur, utrum sit
 pure gratuita, hoc est, utrum Deus ab aeterno
 gratiam seu media ad beatitudinem certo per-
 duentia dare voluerit ex mero suo beneplaci-
 to, ~~an~~ an vero ex provisione et intuitu
 boni alicujus operis, et boni usus liberi arbi-
 trii sive tanquam meriti de condigno, aut de
 congruo*, sive tanquam mere conditio-
 nis sine qua non.

Origenes putavit, animas ante mun-
 dum conditas fuisse, atque pro bonis vel ma-
 lis earum operibus ad corpora detonsas, pre-
 destinari vel reprobari.

Pelagiani in initio rejecta omni peni-
 tus gratia a libero arbitrio distincta* pre-
 destinationem ad gloriam ex provisus bonis
 natura operibus fieri affirmabant, docebant
 que, liberum arbitrium solis naturalibus
 viribus instructum cum externo dono legis
 et doctrina, quibus ad summum adjuvante-
 runt exempla Christi, sufficere ad servan-
 dam totam legem, ad consequendam justifi-
 cationem, ad perseverandum in bono, et
 ad vitam aeternam obtinendam. Deinde
 cum inter disputandum eo adveniti fuissent
 a S. Augustino, ut aliquam admitterent gra-
 tiam, eam ad facilius, non vero ad simplici-
 ter bene agendum necessariam dixerunt: ita
 tamen, ut ejus preparatio seu destinatio
 a Deo fieret ex provisus liberi arbitrii me-
 ritis. Denique cum et ipsa bona opera
 ex gratia esse fateri compulsi fuissent,
 Julianus Pelagianus ad meritum bonae
 cujusdam voluntatis confugit, voluitque
 gratiam a Deo preparari, et dari, non qui-
 dem propter meritum bonorum operum

meritum de condi-
 gno, est meritum
 ex justitia et per-
 fecta proportione
 operis meritorii ad
 mercedem. meritum
 de congruo autem est
 ex decencia, congrui-
 tate et indulgentia.
 nempe liberum ar-
 bitrium gratia no-
 mine venire, quam
 Deus homini con-
 cepit, tuebantur,

col 8
 128

276. liberi arbitrii, sed propter meritum bonae voluntatis.

Semipelagiani tandem Pelagianorum doctrinam utcumque mitigantes docuerunt praedestinationem ad primam gratiam fieri, non quidem ob praevia merita liberi arbitrii, ut volebat Pelagius; neque ob bonam voluntatem praeviam, ut placebat Juliano, sed propter pium quendam ac naturalem ad credendum affectum, seu quoddam initium fidei, quod quidem inter opera bona non computabant; id tamen tanquam causam et motivum Deum excitari affirmabant, ut gratiam fidei illis conferret, quos noverat ad illam recipiendam bene affectos fore; tuebantur ergo, aliquos liberi arbitrii actus ac conatus ex solis naturae viribus elictos regulariter saltem seu ordinariè gratia praevire; sicut semper datur gratia iis, qui actus seu conatus illos naturales eliciunt, et non datur saltem ordinariè iis, qui non eliciunt, consequenter asserabant, Deum ab aeterno preparasse gratiam iis, quos absolute praevidit esse aliquos actus et conatus merè naturales elicturos, aliis non preparasse. Sicque etiam negabant gratuitam praedestinationem ad gratiam, et ad perseverantiam finalem, quam negabant esse donum Dei. Cum vero premerentur exemplo infantium, qui absque ulla meritis ex hac vita vel cum Baptismo vel sine Baptismo rapiuntur damnandi vel salvandi; tum recurrebant ad merita, non quae futura erant, sed quae futura fuissent, si infantes illi diutius vixissent. Contra eos sit-

Conclusio.

277.
259.

Prædestinatio ad gratiam est gratuita, ita ut nulla detur ejus ratio, seu causa ex parte prædestinati. Est omnium Orthodoxorum. Omnes liquidem communi Suffragio profitentur, prædestinationem ad gratiam omnino gratuitam esse, nec ullis meritis rependi; quia nulla sunt ante gratiam et sine gratiâ liberi arbitrii merita. Atque hoc ipsum est capitale dogma fidei, pro cuius defensione per annos viginti tam strenue ac feliciter pugnavit S. Augustinus adversus Pelagianos et Semipelagianos.

Prob. Conclusio 1.º In Scripturis 2. Tim. i. v. 9. Nos liberavit, et vocavit vocatione sua sanctâ, non secundum opera nostra, sed secundum propositum suum, et gratiam, quæ data est nobis in Christo Jesu ante tempora sæcularia. Id est, Deus nullis nostris operibus prævisis provocatus nos vocavit vocatione illâ, quâ re ipsâ liberemur et salvemur, secundum merum beneplacitum suum, et gratuitam benevolentiam, vi cuius propter merita Christi absolute prævisa statuit ab æternò salvare eos, quos re ipsâ salvat.

Rom. 9. v. 16. Non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei. Et v. 18. Ergo cuius vult miseretur, et quem vult indurat. Hoc est, nemo ex ullo actu sue voluntatis aut conatu electus est à Deo ad gratiam et sanctitatem, sed ex solo libero beneplacito Dei, qui pro jure suo aliquos, quia misericorditer vult, liberat: reliquos, quia non vult voluntate illâ speciali et efficaci, non liberat.

278. Neque potest quisquam iudicio iure con-
queri; nam ut addit Apostolus: An non
habet potestatem figulus lutum ex eadem
massa facere aliud quidem vas in hono-
rem, aliud vero in contumeliam?

B. R.
p. 29.

Ibid. c. ii. v. 5. et 6. Reliquia se-
cundum electionem gratia salva facta
sunt. Si autem gratia, jam non ex ope-
ribus: alioquin gratia jam non est gratia.
Idest, pauci Iudaei, qui nunc salvan-
tur, salvantur secundum electionem
gratuitam, seu quia gratuito electi
sunt ceteris non electis: ac proinde sal-
vantur, non ex ullo bono actu vel usu
liberi arbitrii absolute praevio tanquam
causa huius electionis: alioquin haec elec-
tio gratuita, esset simul gratuita, et
non gratuita. Haec autem electio gra-
tuita, secundum quam salvantur illi Ju-
dai ad fidem conversi, est saltem gra-
tuita preparatio medicorum efficacium,
quibus se ipsa salvantur.

Ephes. i. v. 4. 5. et 6. Elegit nos
in ipso I. Christo: ante mundi constitutio-
nem, ut essemus sancti et immaculati
in conspectu eius in charitate. Qui
praedestinavit nos in adoptionem fi-
liorum per Jesum Christum in ipsum,
secundum propositum voluntatis suae
in laudem gloriae gratiae suae, in qua
gratificavit nos in dilecto filio suo.

Igitur, juxta Apostolum, Deus propter
merita Christi nos elegit, non quia era-
mus, aut futuri eramus sancti, sed ut
essemus sancti, tum habitualiter per
gratiam sanctificantem, tum etiam

Sanctitate actuali per bona opera ex ^{299.}
gratia liberè facta. Item Deus nos
per merita Christi ad ejus gloriam predes-
tinavit, non propter aliquod bonum opus
nostrum, sed secundum propositum volun-
tatis sue in laudem gloriae gratiae suae,
hoc est, ex merò beneplacito suo ad com-
mendandam gratuitam suam erga nos
benevolentiam, in qua nos gratificavit
in dilecto filio suo, id est, quam erga
nos gratuito exhibuit propter dilectum
filium suum. ***

Deinde ibidem addit: In quo
etiam et nos sorte vocati sumus, predes-
tinati secundum propositum ejus, qui
operatur omnia secundum consilium
voluntatis suae, ut simus in laudem glo-
riae ejus. Id est, propter quem nos sor-
te, seu planè fortuito quantum est ex
parte nostrà, sive undè datà ratione
ex parte nostrà, vocati sumus ad finem
sanctitatem et salutem, quia predesti-
nati eramus ex merò beneplacito illius,
qui operatur omnia secundum liberum
beneplacitum suum, ut ipse propter
gratuitum hoc in nos beneficium glo-
rificetur ab Angelis et hominibus, ejus
bonitatem, misericordiam, sapienti-
am ac potentiam laudibus extollendo.

Eandem repetit Ibid. c. 2. v. 8. Ubi
gratià, inquit, salvati estis per fidem,
et hoc non ex vobis, Dei enim donum est,
non ex operibus, ne quis gloriatur. Ipsius
enim sumus, factura, creati in Christo.

280. Jesu in operibus bonis, quae preparavit
Deus, ut in illis ambulemus. Haec tam
aperta sunt, ut nullo indigeant commen-
tario. Salus enim nostra non nobis ipsis
sed gratia tribuenda est, quae Dei donum
est; neque etiam operibus, unde non ha-
bemus, quod de eis gloriemur p.

Ante Apostolum Christus ipse pro
nostra sententia generatim pronuntia-
vit, cum Joan. 15. v. 5. Sine me, inquit, ni-
hil potestis facere, id est, sine mea
gratia, quae omnium bonorum operum
nostrorum atque salutis fons est et origo.

Prob. 2. d. De S. Patribus tum Grae-
cis tum Latinis, necnon Conilio S. Au-
gustino antiquioribus, qui, teste eodem
S. Doctore*, unanimiter docent, fidem
etiam initialem, omniaque alia ope-
ra salutaria, ipsamque finalem per-
severantiam esse dona Dei, id est be-
neficium Dei gratuitum. Ergo Deus
dat gratuito fidem etiam initialem, ope-
ra salutaria, et perseverantiam finalem.
Deus autem illa gratis dat, gratis ac mi-
sericorditer conferendo in tempore gra-
tias, quibus re ipsa ii, qui salvantur,
credunt, opera salutaria faciunt, et in
charitate perseverant usque ad mortem.
Atqui quod Deus dat gratis in tempore, vo-
luit gratis ab aeterno dare: nam Deus ni-
hil facit nec vult in tempore, nisi quod
ab aeterno voluit facere. Ergo Deus ab a-
eterno voluit gratis dare gratias, quibus
certò salvantur, quicumque salvantur.
Ergo fuit ab aeterno in Deo voluntas effi-

p * lib. de dono per
severantia.

L. 170.

cas et gratuita dandi gratiam re ipsa ad
 gloriam perducentem; ac proinde datur
 gratuita predestinatio ad gratiam. Hoc est
 Sanctorum Patrum Augustino antiquorum
 argumentum, quod ipse loco citato utitur.
 Unde adversus Julianum disputans confi-
 denter dicebat: Non est, cur provoces ad Ori-
entis Antistites; quia et ipsi utique Chris-
tiani sunt, et utriusque partis scilicet tam
orientalium quam Occidentalium Antisti-
tum scilicet; fides ista una est, quia et
fides ista Christiana est. Et lib. 2. c. ult.

* lib. 1. cont. Jul. 9
 c. 4.

loquens de communi fide Christianorum,
 quod invenerunt, inquit, tenuerunt, quod
 didicerunt, docuerunt, quod a Patribus auc-
 perunt, hoc filii tradiderunt. Nondum vo-
 biscum apud istos Iudices aliquid agebamus,
 et apud eos acta est causa nostra. Nec nos
 nec vos eis noti fueramus, et eorum latus
 pro nobis contra vos sententias recitamus.
 Nondum vobiscum certabamus, et eis pro-
 muntiantibus vinimus.

Superfluum nobis videtur plura
 ex S. Augustino pro nostra sententia addu-
 cere testimonia, cum constet eum pro
 gratuita ad gratiam predestinatione ad-
 versus Pelagianos et Semipelagianos to-
 tis viginti annis decestasse.

Prob. Conclusio nostra 3^{ta} Ratio-
 nibus Theologicis. 1^o Predestinatio ad
 gratiam est preparatio gratia re ipsa
 ad gloriam perducentis, id est, voluntas
 officia dandi media salutis ad beatitu-
 dinem aeternam re ipsa perducentia.
 Predestinatio Dei, quae in bono est, gratia
 est preparatio: gratia vero est ipsius pre-

preparatio
 Haec tam
 eant comm
 on nobis ipse
 na Dei dandi
 unde non
 p.
 istus ipse pro
 pronuntia
 me, inquit
 sine mea
 um operum
 s est et orig
 ribus tum
 nibus S. Au
 i, teste
 ent, fide
 ne alia
 nale
 i, dicit
 Ergo
 tialom
 am final
 ratis ac
 mporo ga
 laborant
 iunt, et
 ad motem
 tempore
 in Deo vi
 nisi quod
 Deus ab
 as, quibus
 laborant
 ntas effi

282.
† + lib. de predest. D.
c. 10.

Destinationis effectus, inquit S. Augustinus.*
Atqui preparatio gratia non habet causam,
seu rationem ex parte hominis. Ergo pre-
destinatio ad gratiam non habet causam, seu
rationem ex parte hominis, ideoque est
gratuita.

Prob. min. Si preparatio gratia, id
est, voluntas efficax dandi gratiam, habet
causam ex parte predestinandi, illa causa
est bonus usus liberi arbitrii, seu opus bo-
num. Atqui hoc esse nequit: Nam illud
bonum opus vel esset opus naturale, vel su-
pernaturale. Non primum, quia sic
1.º gratia jam non esset gratia; non enim
gratis prepararetur, nec proinde gratis
daretur, sed propter opus naturale, ut
docet Apostolus, Rom. c. ii. Si gratia, jam
non ex operibus; alioquin gratia jam
non est gratia.

2.º Falsò dixisset
Apostolus Rom. ii. Quis prior dedit illi, et
retribuetur ei? Nam homo daret aliquis
Deo, nempe opus naturale, propter quod
retribuerentur ei auxilia gratia efficacia.

3.º Homo posset ex solis natura vi-
ribus operari aliquid conduens ad salutem,
contra illud Christi, Joan. 15. Sine me ni-
hil potestis facere. Et contra can. 7. Conc.
Arausiacani II. ubi dicitur: Si quis per na-
tura vigorem bonum aliquod, quod ad
salutem pertinet vita aeterna, cogitare
aut eligere posse confirmat... Haec etiam
salutur Spiritu.

4.º Predestinatus
seipsum ex solis natura viribus primario
discerneret à non predestinato; et dis-
cretio predestinatorum à non predesti-

natis jam non esset arcuum altissimum
et inscrutabile, contra idem Rom. ii. O
altitudo p.

283 3. 131.

Non secundum, nempe bonum
opus Supernaturale non potest esse causa,
ob quam Deus preparaverit gratiam effica-
cem. Nam omne opus Supernaturale
supponit preparationem gratiae: omne
opus Supernaturale praesitum supponit
collationem gratiae praesitam, sicut om-
ne opus Supernaturale actu existens suppo-
nit collationem gratiae actu factam. Colla-
tio autem gratiae ut praesita supponit gra-
tiae preparationem: nam prius est gratiam
preparari, quam praesiti collatam, seu,
quod idem est, prius est Deum velle dare
gratiam, quam praesire eam esse confe-
rendam. Ergo Deus non preparat gra-
tiam, quia praesit opus ~~actu~~ Supernaturale
futurum; sed e contra praesit opus Super-
naturale futurum, quia preparat gratiam.
Ergo Deus non preparat gratiam, quia opus
Supernaturale futurum est; sed e contra
opus Supernaturale futurum est, quia
Deus preparat gratiam.

Brevius. Quod nature vires super-
rat idem à solo Deo ipsiusque dono seu gra-
tiae provenit. Atqui opus bonum Super-
naturale nature vires superat, seu enim
esset simul naturale et Supernaturale,
quod aperte repugnat. Ergo à solo Deo
ejusque gratiae provenit. adeoque non
potest esse causa preparationis gratiae p.
nisi quis stolidè dicere velit, ejusdem gra-
tiae causam esse eandem gratiam.

2^o Prob. Predestinatio, quam
S. Augustinus lib. De Dono persever. c. 19. dicit,
rejiā non posse sine errore, est ex eodem
S. Doctore, ibid. c. 19. Proscientia et pra-
paratio beneficiorum Dei, quibus certifi-
me liberantur, quicumque liberantur,
id est salvantur. Atqui haec prepara-
tio est gratuita. Ergo predestinatio
ad gratiam est gratuita.

S * vers. 13.

Min. constat ex Apostolo, Phil.
2. * Deus etenim, qui operatur in vobis
et velle et perficere, pro bonā voluntate
ubi aperte significat, gratiam effica-
cem conferri a Deo pro merō beneplacito
suo, et sic semper esse formaliter et
immediate, et non tantum radicaliter
donum gratuitum. Atqui prepara-
tio doni gratuiti est sane gratuita, alio-
qui donum jam non esset gratuitum.
Ergo preparatio gratiae efficaciis, ideoque
et aliorum mediatorum salutis efficien-
tium est gratuita. Præterea pra-
paratio beneficiorum Dei est prepara-
tio donorum Dei: beneficia enim Dei
sunt dona à Deo gratis data. Ergo pra-
paratio beneficiorum Dei est gratuita.
Porro Deum preparare gratiam est
Deum ab æternō velle absolute dare gra-
tiam; et preparatio gratiae idem est, ac
æterna et absoluta voluntas dandi gra-
tiam.

286.
* vid. inf. Exercit. Theod.
Exercit. 9. n. 157. et seq.

Quod predestinationem ad glori-
am spectat, ea duplici ratione considerari
potest, nempe vel in ordine intentionis,
vel in ordine executionis; hoc est, vel ex

parte Dei aeterno suo consilio ac Decreto non-²⁸⁵
 nullos ad gratiam et gloriam destinantis,
 vel in tempore decretum idem suum exe-
 quentis. Non est hic questio de ordine
 executionis; conuersus enim est omnium Theo-
 logorum sententia, gloriam in tempore seu
 in executione non nisi meritis ex gratia
 elicitis tribui oportet*, quemadmodum poe-
 na non nisi demeritis tribuitur. Ino sen-
 tu locutus fuisse videtur Christus, dum
 ait Matth. 25. v. 34. Venite benedicti Ba-
 tris mei, possidete paratum vobis regnum
a constitutione mundi. Esurivi enim
et dedistis mihi manducare: sitivi, et de-
distis mihi bibere. ad reprobos vero, v.
 41. Discedite a me maledicti in ignem
aeternum, qui paratus est diabolo et an-
gelis eius: Esurivi enim, et non dedis-
tis mihi manducare p. gloria enim
 est merces et corona, quae non nisi legiti-
 me certantibus titulo iustitiae debita re-
 penditur. Bonum certamen certavi, inquit
Apostolus 2. Tim. 4. v. 7. 8. cursum consumma-
vi, fidem seruari; in reliquo reposita est
michi corona iustitiae, quam reddet mihi
Dominus in idâ die iustus Iudex.

* In tempore seu in
 executione meri-
 ta sequuntur gra-
 tiam, et gloria
 sequitur merita,
 utpote quae post
 illa datur.

De solo igitur ordine intentionis
 in mente divina hic controversant Theolo-
 gi, an scilicet praedestinatio ad gloriam
 precedat, vel sequatur / non quidem tem-
 pore, sed ordine causalitatis duntaxat: /
 praevisionem meritorum ex gratia, id est,
 an Deus efficaciter et absolute prius, non
 quidem tempore, sed ordine causalitatis, pra-
 destinatis decernat gloriam, quam gratiam;

286. aut vice versa prius gratiam, quam gloriam.

Graviorem opinionem timentur Thomista omnes, quos ex Scientia media seu conditionatorum patronis Nonnulli cum Bellarmino, noviter etiam C. Antoine sequuntur. Alii vero secundam propugnant.

Verum praesens controversia tota inter Schola haeret parietes, nec ubatenus fidem spectat; in quocumque enim catholico Systemate agnoscitur, gratiam ad omne opus bonum inchoandum ac perficiendum, inò et ad initium fidei ac pium credulitatis affectum prius necessariam esse: operatur enim Deus velle et perficere pro bonâ voluntate. Neque profecto momenti ^{tantum} esse videtur, cum tota versatur circa ordinem divinarum decretorum, quem quisque sibi ad libitum fingit: Unde Ecclesia nihil unquam circa eam definit, verum totam quantum Scholasticorum otio reliquit; quam Ecclesia mentem nos ultrò amplectimur, tantò libentius quidem, quòd religioni dicamus, provisam temporis, qua nobis concessa est, non temporis usum inutilibus respondere questionibus. Nobis perinde est, sive Deus gratiam prius quam gloriam, sive gloriam prius quam gratiam dicat, dummodo quod tibi monito morem gerentes, satagamus, ut per bona opera certam nostram vocationem et electionem faciamus.

Et sane cum merita nostra ex gratia Dei, qua omnino gratuita est, flu-

* Philipp. 2. v. 13.

~~controversia~~
~~videtur esse~~
~~hanc potestatem~~
~~copiam~~

* 2. Pet. 1. v. 10.

ant necessario, vel in Sententiâ eorum, qui ex^{287.}
pravifis meritis, adeoque post gratiam nobis
à Deo gloriam Dei propugnant, patet, in
vehementer fallimur, hac ratione glori-
am non scius ac gratiam gratuitum Dei.
Donum esse aut saltem ex tali gratuito
Dono, gratiâ nempe, fluere.

Solvuntur Objectiones 267.

Contra positam Conclusionem.

Ob. 1^o Matth. 25. v. 15. dicitur Patet
familias dedit talenta unicuique secundum
propriam virtutem. Ergo Deus dat gratiam
pro dispositione natura. Ergo, p.

Resp. neg. cons. Quia he voces, Se-
cundum propriam virtutem, vel sunt appo-
sita in parabola tantum ad ornatum, et
verisimilitudinem parabola, quia nempe
sic fit inter homines, à quibus sumitur pa-
rabola, non autem ad aliquid docendum: vel
nomine propria virtutis intelligitur gratia
cuique data, ut talento sibi credito recte
uti possit.

Ob. 2^o Apostolus i. Tim. ci. v. 13. 268.

ait: Misericordiam Dei consecutus sum, quia
ignorans fui in incredulitate. Ergo mi-
sericordia seu gratia Dei supponit affec-
tum seu dispositionem idius, cui impeditur.

Resp. neg. cons. Sensus Apostoli
est, quod peccando solum ex ignorantia,
non ex malitia, non posuerit tantum im-
pedimentum misericordia Dei, quo posito
non accepisset gratiam conversionis. Sed
hac impedimenti amotio tribui debet gra-
tia, vel providentia speciali gratuita,

S. 1353

288. quia Paulum preservavit à peccatò malitia, et ab impedimentò majore vocatiònis divinae.

269. Ob. 3^{to} Origenes (l. i. in Ep. ad Romanos) dicit, propositum, de quo Apostolus ibid. c. 8. v. 28. loquitur, esse propositum hominis, non Dei. Ergò juxta Origenem homines secundum propositum suum à Deo predestinantur.

Resp. cons. totum. Non curamus huc Origenem, ut qui, prout supra num. 268. adnotavimus, de gratia et predestinatione non rectè senserit. Unde S. Hieronymus Epist. ad Oseriphont. ait: Doctrina Belagii, Origenis Ramusculus fuit.

270. Ob. 4^{to} S. Chrysostomus in e. g. Ep. ad Rom. de Matthæo loquens ait: Qui arcana novit, qui cogitationis aptitudinem probare potest, is et in canò margaritam jacentem novit; ommissisque aliis, admiratus hujus pulchritudinem, illum elegit, voluntatisque nobilitati suam cum adjunxisset gratiam, probatum illum esse promuntiavit. Ergò juxta hunc

S. Doctorem gratia supponit bonam voluntatem hominis, non illam efficit. Ergò.

Resp. neg. cons. S. Chrysostomus per illam pulchritudinem, voluntatis nobilitatem, et aptitudinem ad Apostolatam intelligit ipsam predestinationis gratiam: et ita vult Christum vocasse Matthæum, quia vidit eum esse ab æternò predestinatum ad magnam gloriam, ad Apostolatam, et ad eximias dotes Apostoli proprias ipsi donandas.

Cum autem ait, Matthæum, etiam

antequam vocaretur, fuisse Margaritam, 289.
ujus pulchritudinem admiratus est Chris-
tus; Solum vult, idum fuisse Margaritam
in praedestinatione, non autem in re:
non enim alio sensu vocat eum Margari-
tam, quam quò Christus et solos praedesti-
natos vocabat oves suas, dum Joan. 10. v.
dicebat: Alias oves habeo, quae non sunt
ex hoc ovili, et illas oportet me adducere
et vocem meam audient. Et verò ante-
quam Matthaeus à Christo vocaretur, erat
Publicanus, et peccator: ac proinde non
erat Margarita in re, sed duntaxat in pra-
edestinatione, id est, non erat re ipsa Mar-
garita, sed duntaxat praedestinatus erat,
ut esset. Christus autem sciens, Matthaeum
esse praedestinatum ad excellentem sanc-
tatem, et ad Apostolatam, idque ad-
mirans, ut hanc consequeretur praedesti-
nationem, eum vocavit eò modo, quo
sciebat ei congruere, ut vocantem seque-
retur.

Veritas hujus responsionis patet
ex eo, quòd S. Chrysostomus tradat prin-
cipium, ex quo evidenter colligitur pra-
edestinationis gratuititas, nempe docet,
omnes actus salutares et merita omnia
esse dona Dei; sic enim Rom. 12. in 1. ad
Cor. ait: Igitur, quòd accepisti, habes, ne-
que hoc tantum aut illud, sed quidquid ha-
bes. Non enim merita tua haec sunt, sed
dona Dei. Donum autem est bonum gra-
tis datum.

Ceterum hic notatum volumus,
ut caeteris, quae nobis ex graecis Patribus for-
tè objici possent, obviamus, quòd, si non

— 6. 134.

290. nudi ex ipsis ante exortam haesim Pelagia-
nam et Semipelagianam non ita castigati
et accurate locuti videantur, benigne sunt
interpretandi: seuro loquebantur, quia nul-
lus aderat hostis, nec controversia haec tunc
satis discussa et aliquata fuerat; at postmo-
dum cognitio ac repressis Novatorum cavil-
lationibus, argutis, et Sophismatibus, con-
ge cautiores in verbis fuere et castigatiores,

Ita Doctores illos exultat S. Augus-
tinus Lib. de praedest. S. c. 14. n. 47. Quid
opus est, inquit, ut eorum scrutemur opus-
cula, qui priusquam ista haeresis oriretur
non habuerunt necessitatem in hac difficili
ad solvendum questione versari? quod pro-
cul dubio facerent, si respondere talibus co-
gerentur. Unde factum est, ut de gratia
Dei quid sentirent, breviter quibusdam
Scriptorum suorum locis et transeunter attingerent: immorarentur vero in eis, quae ad-
versus inimicos Ecclesiae disputabant.

271.

Ob. 9. to S. Augustinus lib. 83. quas-
tionum, quest. 58. ait: Cujus vult miseretur,
et quem vult, obdurat: Sed haec voluntas
Dei injusta esse non potest: venit enim de oc-
cultissimis meritis. Ergo juxta S. Au-
gustinum merita procedunt misericordiam
sive gratiam, sicut demerita obdurationem
et reprobationem.

Resp. neg. cons. mirum est, quod
hic nobis objiciatur S. Augustinus, ut qui pro
gratuita praedestinatione totis viribus semper
deestavit, haecque adducta Apostoli verba
ipsa in suis contra Pelagianos et Semipela-
gianos libris constanter de gratuita praedes-
tinatione exponat. Locū citatō solum
agit de justificatione et obduratione pecca-
torum, quae habent causas ex parte ipsorum

peccatorum licet occultissimas, ut patet ex iis, 291.
qua subiungit: Præcedit ergo aliquid in pecca-
toribus, quo digni efficiantur justificatione;
et item præcedit in aliis peccatoribus, quo di-
gni sunt obtusione.

Ob. 6.^{to} Faienti quod in se est, 272.

Deus non denegat gratiam. Ergo collatio gra-
tia idcirco eius preparatio est à bono usu
liberi arbitrii.

Resp. dist. ant. Faienti quod in se
est ex viribus gratia Deus non denegat gra-
tiam actualem ulteriorem majorem, vel
gratiam habituales seu sanctificantem,
si fecerit quod in se est ex viribus gratia
proximè disponentis, et exultantis ad actus
fidei, spei, et charitatis perfecta, vel imper-
fecta cum sacramentis, tales actus eliciendo,
con. Faienti quod in se est ex solis natu-
ra viribus Deus non denegat gratiam, neg.
ant. et cons.

Inst. 1.^o Faienti quod in se est
etiam ex solis natura viribus Deus non de-
negat gratiam saltem remotam, quã si be-
nè uteretur, acciperet maiora auxilia, et
tandem fidem et justificationem. Ergo.

Resp. neg. ant. Sive intelligatur de
gratia actuali, sive habituali, etiamsi bo-
num, quod fit ex solis natura viribus, dica-
tur se habere duntaxat ad collationem,
gratia per modum conditionis sine qua non,
vel occasionis. Nam si faienti quod in se
est ex solis natura viribus non denegatur gra-
tia, certè datur ex nobis initium aliquod,
quo gratia prevenitur; in negotio salutis
liberum arbitrium prevenit, et gratia subte-
quitur; gratia voluntatis pedi sequa est.
Homo potest ex solis natura viribus aliquid
aliquo modo conducens ad salutem; item

292. homo ex solis natura viribus se discerneret à non
predestinato. Ina omnia fidei advefantur
et in Pelagianis et Semipelagianis reprobata
fiere à Summis Pontificibus, Conciliis et Pa-
tribus.

Præterea hæc propositio Faciendi quod
in se est ex solis natura viribus Deus non denegat
gratiam invidit in illam damnatam senten-
tiam Pelagianorum, gratiam, scilicet, secun-
dum merita nostra dari. Meritum enim
appellant Patres in hac materia quodlibet opus
bonum, ratione cuius gratia homini datur, ut
patet ex S. Augustino, lib. 2. ad Bonifacium, c. 8.
et ex S. Prospero, lib. contra Collatorem, c. 6.

Hæc propositio evidenter etiam repugnat
i.º Apostolo dicenti Rom. ii. v. 6. Si gratia, jam
non ex operibus; alioquin gratia jam non est
gratia. 2.º Capitulis, quæ Epistola Cele-
stini I. Papæ ad Episcopos Gallia subjiuntur,
necnon ex Definitionibus Summorum Ponti-
ficum, et Conciliorum Africanorum in materia
gratiæ excerpta sunt, nempe Capitulo 4.º ubi
dicitur: Quod nemo nisi per Christum liberò
benè utatur arbitrio, scilicet in iis, quæ ad
salutem aliquo modo conducere possunt. Et
Capitulo 6.º Quod ita Deus in cordibus homi-
num, atque in ipso liberò operatur arbitrio,
ut sancta cogitatio, pium consilium, om-
nisque motus bonæ voluntatis ex Deo sit
per gratiam scilicet; quia per illum aliquid
boni possumus, sine quo nihil possumus.

3.º Hæc propositio repugnat Concilio
Africanor. cuius Canones velut fidei
dogmata continentur confirmati fuere à
Bonifacio Papæ II. et recepti à tota Ecclesia:
nam Can. 6.º damnatur ille, qui sine gratia
Dei conantibus, laborantibus, vigilantibus,
studentibus, p. nobis misericordiam dicit
conferri. Et can. 22. dicitur: Nemo

4. 135. —

habet de suo, nisi mendacium et peccatum in 293.
ordine scilicet ad salutem; hoc est, nemo in
ordine ad salutem absque gratia quidquam
potest nisi de mereri.

Inst. 2. Aliqui Theologi docuerunt
istam propositionem: facienti quod in se est
per vires naturae Deus non denegat gratiam

Resp. Vel supponunt cum viribus na-
turae aliqua auxilia gratiae; vel si nulla sup-
ponunt, in hoc lapsi sunt, non satis ex-
pendentes momenta nostrae doctrinae.

Ob. 7^{mo} Perseverantia non pendet 273.
à solo beneplacito Dei. Ergo praedestinatio
non est mere gratuita.

Resp. neg. ant. Nam perseverantia
finalis formalis secundum se est vitae ter-
minis, seu mors in statu gratiae, quae à
solo Dei beneplacito pendet. Is enim om-
nis et solus habet perseverantiam usque
in finem, qui in statu gratiae moritur;
ne perseverantia ~~formalis~~ finalis for-
malis habetur, nisi cum perseveratum
est usque in finem, prout docet S. Au-
gustinus lib. de dono persever. c. 6. Mors
autem in statu gratiae pendet à solo bene-
placito Dei, qui homines, cum vult, et
prout vult, eripit à vita, cum solus sit
vita et mortis Dominus: et sic pro arbi-
trio iustum rapere potest ante lapsum,
et peccatorem conservare, donec converta-
tur: è contra vero iustum in vitam relin-
quere donec peccaverit, et peccatorem è
medio tollere, antequam conversus fuerit.
Quare S. Augustinus cit. lib. c. 14. ait: Vi-
detur jam à veritate quam sit alienum re-

281 a

294. quare donum Dei esse perseverantiam usque
in finem hujus vite; cum vite huic, quan-
do voluerit ipse, det finem: quem si dat
ante imminens lapsum, facit homi-
nem perseverare usque in finem.

Inst. 1.^o Perseverantia non semper significat mortem in statu gratiae, sed potest aliquid aliud significare, quod pendeat ab homine, nempe v.g. perseverantem observationem omnium mandatorum et preceptorum, &c. Ergo, &c.

Resp. neg. ant. Nam perseverantia finalis formalis, de qua hic est sermo, et quae proprie perseverantia nomine venit, nihil aliud est, quam mors in statu gratiae, ut primum diximus, atque constat ex S. Augustino. Perseverantia tamen donum sumi etiam potest pro complexione tum ex gratiis efficacibus, quibus status gratiae comparatur, et conservatur per observationem omnium preceptorum, tum ex ipsa perseverantia finali formali, seu beneficio, quo quis moritur in statu gratiae. Et donum perseverantiae sic sumptum est etiam à solo beneplacito Dei, qui ex mera misericordia ab aeterno preparat et dat in tempore gratias congruas certis hominibus, quos elegit, et quos à vita eripit in statu gratiae: aliis vero, quos non elegit, quia non voluit, preparat et dat solum gratias mere sufficientes, quibus sumi possunt salvari, sed quibus non salvantur ex sua culpa, eosque eripit à vita, cum in statu peccati versantur.

Inst. 2.^o Proter idas gratias effi-

D. 136.

caes requiritur ad salutem libera cooperatio 295.
voluntatis humana, seu opus salutare libe-
rum. Ergo non pendet à solo Dei beneplacito.

Resp. comed. ant. neg. cons. Hoc wo-
peratio, seu opus salutare est quidem à
voluntate hominis, sed secundario tan-
tum, et ut premotâ, excitatâ, elevatâ
corroboratâ, adjutatâ, et completâ per gra-
tiam: à gratiâ vero ut à causâ principa-
li superiore, dante voluntati vires, et ni-
hil ab eâ accipiente, atque influente pri-
us naturâ tum in ipsam voluntatem, tum
in ejus consensum.

Inst. 3^o Si perseverantia quoad
executionem, seu usum gratiarum non
pendet à solo Deo, perseverantia saltem
completè et ex omni parte spectata non
est donum Dei. Atqui, p. Ergo, p.

Resp. neg. sequel. maj. Nam fi-
des actualis et alia opera salutaria non
sunt à solo Deo, seu à solâ Dei gratiâ, sed
à gratiâ primariò, et secundariò à volun-
tate per gratiam congruam preventâ,
excitatâ, et corroboratâ; et tamen fides
etiam actualis, et omnia opera salutaria
sunt dona Dei, ut constat tum ex Apосто-
lo Ephes. 2. Gratiâ estis salvati per fi-
dem, et hoc non ex vobis, Dei enim donum
est: non ex operibus, ne quis glorietur.

Ipsum enim hunc factura, creati in Chris-
to Jesu in operibus bonis, quae preparavit
Deus, ut in illis ambulemus. tum ex

Conilio Tridentino declarante merita
nostra esse dona Dei. Igitur omnis actus
et consensus salutaris est donum Dei, qua-
tenus Deus per gratiam efficacem gratis

P. S. pag.

201.12.02

299. Datam facit non solum, ut possimus velle, sed etiam ut re ipsa velimus bonum salutare.

Inst. 4^{to} Perseverantia finalis cadit sub meritum, non quidem de condigno, sed de congruo. Ergo non preparatur vi electionis gratuita.

Resp. neg. cons. Perseverantia finalis gratuita donatur non solum parvulis, et multis adultis eam de congruo non merentibus, sed etiam illis, qui eam per meritum aliquod de congruo impetrant: ideoque gratis preparata fuit. Nam Deus gratuito donat in tempore, et ab aeterno preparavit gratiam efficacem, per quam illi perseverantiam impetrant. Præterea ex argumenti propositi antecedente sequitur tantum, quod perseverantia finalis preparata fuerit secundum ordinem executionis illis, qui eam impetrant ex provisione absoluta alicujus meriti de congruo. At in ordine intentionis gratuita preparata fuit efficaciter ante absolutam provisionem cujusvis meriti, et secundum hunc ordinem meritum de congruo per quod impetratur perseverantia, est effectus gratuitæ ejus preparationis. Nam meritum de congruo, per quod, ut loquitur S. Augustinus*, suppliciter emereri, id est, oratione impetrari perseverantia finalis potest, oratio ipsa scilicet, est etiam donum Dei: quod proinde non donatur à Deo in tempore, nisi quia fuit ab aeterno gratuito preparatum, et quidem ex efficaci voluntate perseverantia, ad quam tanquam medium ad finem ordinatum fuit.

* lib. De Dono persever. c. 6.

L. S. p. 137. —

P. 5. 197

Porro perseverantiam finalem esse ²⁹⁷
 donum Dei, ideoque beneficium gratuito
 datum, constat tum ex dictis, tum ex
 apostolo Philip. c. 2. v. 12. et 13. Cum metu
et tremore vestram salutem operamini. De-
us est enim, qui operatur in vobis et velle
et perficere, pro bona voluntate: hoc est,
 pro suo beneplacito ac sua mera benevolen-
 tia. Quanto magis pro suo merito benepla-
 cito operatur in vobis perseveranter velle
 et perficere: tum ex praxi Ecclesiae, quae
 perpetuo orat pro fidelibus, ut perseverent.
 Ecclesia, inquit S. Augustinus, orat, ut * lib. de dono
persever. c. 7.
credentes perseverent: Deus ergo donat
perseverantiam usque in finem. Enim
 vero non petatur a Deo, nisi quod ab eo
 donatur. Denique S. Augustinus da-
 ta opera librum De dono perseverantiae
 scripsit, ut hanc veritatem ex Scriptura
 et Traditione contra Semipelagianos
 ostenderet.

Ob. 8. v. Si nulla datur causa pra- 274.

destinationis ad gratiam ex parte pra-
 destinati, verum Deus hunc potius quam
 illum predestinet, praxi, quia vult,
 tunc erit acceptio personarum et iniqui-
 tas apud Deum. Falsum consequens.

Ergo, p.

Resp. neg. sequel. maj. Nam
 accipere personam est indigno vel mi-
 nus digno dare, quod digniori aliqua
 ratione debetur. Deus autem hunc non
 illum predestinando, nihil dat indigno,
 vel minus digno, quod digniori debetur,
 cum uterque aequaliter indignus sit; sed
 duntaxat misericordiam uni praestat, non

298. alteri indigno. Non indigno igitur Deus est
acceptor personarum: multo minus est in-
justus in dando, quia non dat uni quid-
quam ad quod jus habeat alter, cui non
dat. Nam gratia et quodlibet donum
Supernaturale non debetur uli homini:
imò omnes homines ante provisionem
absolutam ulius meriti et demeriti sunt
positivè indigni quolibet donò Superna-
turali propter peccatum Adami, quod
fuit omnium proprium.

275. Ob. quò Predestinatio est
electio juxta S. Augustinum, lib. De pre-
dest. Sanct. c. 18. ubi ait: Elegit predes-
tinans nos. Atqui electio supponit
dignitatem in auctore in eo, qui eligitur
pro alio: nam qui sapienter eligit, id
quod melius est, eligit. Ergo predesti-
natio supponit aliquam dignitatem
seu bonitatem in predestinato, quàm
curet non predestinatus. Hæc autem
major bonitas non potest esse nisi bonus
vultus libertatis prævisus. Ergo, p.

Resp. Dist. Maj. Predestina-
tio est electio non supponens dignita-
tem in eo, qui eligitur, conc. maj. Est
electio supponens dignitatem in eo, qui
eligitur, neg. maj. Duplex est electio,
una gratuita, quæ est ad gratuita be-
neficia, et quæ proinde non supponit
dignitatem in eo, qui eligitur, sed eam
facit; nihilque est aliud, quàm gratui-
ta assumptio unius, alio relicto. Altera
est remuneratoria seu ad mercedem,
quæ supponit dignitatem ac dispari-
tatem electi ab eo, qui relinquitur.

Prædestinatis autem ad gratiam est gra- 299.
tuita electio, quæ nullam dignitatem nec
disparitatem supponit, sed postea facit.

S. Quartus.

De effectibus et proprietati- 276.
bus prædestinationis.

Effectuum prædestinationis no-
mine intelliguntur ea, quæ aliqua ra-
tione oriuntur à prædestinatione tan-
quam à causâ sive supernaturalia sint
sive naturalia. Effectus ergo prædes-
tinationis sunt illa omnia et sola, quæ
à Deo volita seu decreta sunt ex speciali
affectu erga salutem prædestinati, et ad
eam rem ipsâ conduunt sive per modum
meriti, sive per principii, sive per modum
ocasionis, aut amotionis impediendi, sive
quovis alio modo ex ordinatione et intentio-
ne divinâ. Hinc gratia actualis et habi-
tualis, bona opera, perseverantia finalis,
et gloria sunt effectus adæquatus prædes-
tinationis per se primariò intentus; nam
ista donantur à Deo vi prædestinationis
et cetera omnia ad hos effectus ordinantur.
Effectus vero secundarij sunt gratia inter-
na, miracula, prædicatio, libri pii, exem-
pla virtutum, natiuitas ex Catholicis ac-
probis parentibus, recta educatio, instruc-
tio, morbi, calamitates, flagella à Deo im-
missa ad salutem electorum, vita longior
vel mors præmatura, quando est occasio sa-
lutis; imò et permissio peccati, quando
permittitur ad bonum prædestinati, ut
inde humilior et cautior fiat, ut Deum

2. 138

300. ad eum in se misericordem perfectius amet, ut
deinceps de se non presumat, sapius ac
feruentius oret, bona opera et plura per-
fectius prestat, p. Item bona ordi-
nis naturalis per accidens et ex ordinatio-
ne divina sunt in electis, qui eis recte utun-
tur ad Dei gloriam et propriam salutem,
affectus secundarii predestinationis; nam
eorum bonus usus ex gratia factus conduit
ad merita et actus virtutum. Hinc illud
Apostoli Rom. c. 8. Diligentibus Deum om-
nia cooperantur in bonum eis, qui secun-
dum propositum vocati sunt sancti.

Quantum ad proprietates predesti-
nationis ea rediri possunt ad certitudinem
et immutabilitatem, concordiam cum li-
bertate creaturae, et definitum predestinato-
rum numerum.

Semipelagiani adversus doctrinam
S. Augustini circa predestinationem, istud
inter alia multa, incommodum urgebant,
quod si definitus ac certus foret numerus
predestinatorum, ita ut nec augeri nec
minui posset, ex utraque parte super-
fluus labor sit; si nempe rejectus nulla
industria possit intrare, neque electus
ulla negligentia possit evadere. Ita
referunt SS. Prosper et Hilarius scriben-
tes ad S. Augustinum.

Calvinista, non tantum certam
in se esse ajunt predestinationem, sed
etiam unumquemque fidelium de sua
predestinatione certum esse debere ac se-
curum contendunt.

277.

Conclusio prima.
Certa est ac immutabilis predesti-
natio. Prob. 1.º ex Scriptura. Joan. 6.
v. 38. Hæc est autem voluntas eius qui mi-

Et me Patris, inquit Christus, ut omne quod
dedit mihi non perdam ex eo. Et c. jo. v. 27.

Oves meae vocem meam audiunt, et ego
cognosco eas; et sequuntur me, et ego vitam
aeternam do eis, et non peribunt in aeter-
num, et non rapiet eas quisquam de manu
mea. Per oves hic intelliguntur electi.

Denique 2. Tim. 2. v. 29. Firmum fun-
damentum Dei stat. Habent signatum
hoc: cognovit Dominus qui sunt ejus.

Inde est, quod qui a gratia ad peccatum, a
veritate ad errorem deficiunt, si in eo statu
perseverent, ii non censentur esse de nume-
ro praedestinatorum, de quibus dicitur Joan.
2. v. 19. Ex nobis prodierunt, sed non erant ex
nobis: nam si fuissent ex nobis, permanfif-
sent utique nobiscum.

Prob. 2. do Ex S. Augustino lib. de cor-
rept. et gratia, c. 7. ubi de praedestinis hoc
ait: Horum si quisquam perit, fallitur De-
us: sed nemo eorum perit, quia non fallitur
Deus. Horum si quisquam perit, vitio hu-
mano vincitur Deus: sed nemo eorum perit,
quia nulla re vincitur Deus. Ergo ex
S. Augustino tanta et adeo immutabili cer-
titudine certum est, nullum praedestina-
tum esse periturum, quanta certum est,
Deum nunquam esse fallendum, aut hu-
mano vitio vincendum. Atqui hoc est
certum certitudine summa. Ergo et illud.

Prob. 3. do Ratione. Quia praedesti-
natio est actus intellectus et voluntatis di-
vinae. Atqui Deus certissime omnia no-
vit, et quaecumque voluit fecit. Ergo pra-
edestinatio est certa et immutabilis.

Item, absoluta et officia voluntas
Dei omniscientis et omnipotentis summa cer-
titudine assequitur finem intentum nec mu-

3. 139
* Unde sequitur, cer-
titudinem infalli-
bilem praedestina-
tionis oriri tum ex
praesentia, tum
ex decreto Dei: ex
praesentia quidem,
quae decretum Dei an-
tecedit, ac dirigit, et

302.
ex Decreto, quod præ-
sientiam suppo-
nit ac sequitur.

tari potest. Ex hypothese enim, quod Deus se-
mel vult aliquid, non potest non velle ab
æternò et pro æternò id quod vult, nec po-
test desinere velle aut nolle, quod semel vo-
luit aut noluit. Unde Salus prædestinati
est certa et infallibilis ex parte Dei, et quod
semel voluit, semper vult, alioqui non esset
immutabilis, atque in assequendo finem
suum falli posset.

278.

Conclusio 2^a Idem

Nudus sine speciali revelatione
certus esse potest de sua prædestinatione.

Prob. 1^o Ex Scripturis. Ecclesiastis
9. v. 1. Nescit homo utrum amore an odio
dignus sit, sed omnia in futurum servan-
tur in æta. Rom. 11. v. 20. Tu autem
fide stas: noli altum sapere, sed time. 1.
Cor. 10. v. 12. Qui se existimat stare, vi-
deat, ne cadat. Et c. 4. v. 4. De se ipso
dixerat Apostolus: Nihil mihi conscius sum
sed non in hoc justificatus sum. Unde Philip.
2. v. 12. concludit, cum metu ac tremore
vestram salutem operemini. Hac porro
anxietas, hæc timoris inuicis excludit certam
et firmam de futura salute securitatem
et omnimodam confidentiam seu fiduciam.

Prob. 2^o Ex S. Augustino lib. de cor-
rupt. et grat. c. 13. ubi, Quis, inquit, ex mul-
titudine fidelium, quamdiu in hac morta-
litate vivitur, in numero prædestinatorum
se esse presumat?

Denique Concilium Trident. con-
clusionem nostram definit Sess. 6. Can. 16.
his verbis: Siquis magnum illud usque in
finem perseverantia donum se certo ha-
biturum, absolutam et infallibili certitudi-
ne dixerit, nisi nisi hoc ex speciali revela-
tione didicerit, anathema sit. Et c. 12.
dixerat: Nemo, quamdiu in hac mortalita-

te vivitur, de arcano divina prædestinationis 303.
mysterio inque ad eum præsumere debet, ut certo
statuat, se omnino esse in numero prædesti-
natorum: quasi verum esset, quod justifi-
catus aut amplius peccare non possit, aut si
peccaverit, certam sibi ipsi resipiscentiam
promittere debeat: nam nisi ex speciali
revelatione sibi non potest, quos Deus sibi
elegerit.

Conclusio 3^{ta}

279.

Certus ac Determinatus est numerus
prædestinationum.

Certe hæc conclusio necessario sequitur
ex primâ; enimvero si certa et immutabilis
est prædestinatio; cum non omnes sint præ-
destinati; tunc necessario sequitur Determina-
tum esse eorum, qui prædestinati sunt,
numerum, qui tamen, prout Ecclesia habet
in oratione, quæ secretò in Missa de feriis
quadragesima recitatur, soli Deo cognitus
est.

Conclusio 4^{ta}

280.

4.140

Prædestinatio nullam imponit præ-
destinati necessitatem, sed eorum
libertate stat et conciliatur.

Utrumque testatur Scriptura, ~~et~~
~~nonnulli~~ Deo prædestinatis et hominem
esse liberum, quem Deus reliquit in manu
consilii sui, Eccles. 15. v. 14. et Deum aliquos
ad gloriam prædestinare, qui mediante gra-
tia bonis operibus suis idam merentur. Hæc
apud omnes Orthodoxos certa sunt, quæ
Synodus Trident. Sess. 6. c. 5. exposuit, et
Can. 4. definiuit his verbis: Siquis dixerit,
liberum arbitrium motum et excitatum ni-
hil cooperari assentiendo Deo excitanti.... ne-
que posse dissentire si velit, anathema sit.

Dua verò ratione sit explicandum,

304. quomodo libertas cum predestinatione sit
concilianda, operose querunt Theologi.

Alii ad unam Dei virtutem et poten-
tiam infinitam recurrunt, qui res quaslibet
movet modo ipsis proportionato, necessarias
necessario, liberas libero, et attingit non
tantum actionis substantiam, sed et mo-
dum ipsum.

Alii, qui predestinationem ex pre-
visis meritis fieri, usumque Scientia me-
dia ante omne decretum absolutum ad-
mittunt, timentur, non aliam necessitatem
ex predestinatione sequi, quam que ex
Dei prescientia sequitur, id est, necessita-
tem duntaxat hypotheticam et consequen-
tem, qua nempe liberam voluntatis deter-
minationem sequitur.

281.

Solvuntur Objectiones.

Ob. 1^o contra ipsam Conclusionem.
Possunt aliqui de libro vite, hoc est de nu-
mero predestinatorum deleri. Ita Moyses
Exod. 32. v. 32. dicebat: Aut dimittis eis hanc
noxam, aut si non facis, dele me de libro tuo,
quem scripsisti. Et David Psal. 58. v. 29.
Deleantur de libro viventium, et cum justis
non scribantur. Joan. 17. v. 12. duos
dedisti mihi, custodivi; et nemo ex eis perit

* Possunt ergo non nisi filius perditionis? Denique 2. Pet.
muli ex iis, quos 1. v. 10. Satagite, ut per bona opera certam
Pater filio dedit, vestram vocationem et electionem faciatis.
ire in perditio-
nem.

Ergo rata et fixa non videtur predestina-
tio.

Resp. neg. ant. Falsi enim non po-
test Dei prescientia, nec suo effectu frustra
ri voluntas eius efficax et absoluta.

Ad eius probationem ex c. 32. Exod.
dicimus 1^o Moysen postulasse deleri non qui-
dem de numero predestinatorum, sed de nu-
mero viventium: suam namque propriam
vitam in gratiam et salutem populi Isra-

elitici deo vivere paratus erat. Obsecro, inquit 305.
ebat Num. 11. v. 15. ut interficias me, et inve-
niam gratiam in oculis tuis. 2^o. Si de
predestinatione verba Moysis interpretari
volueris, per hyperbolem seu piam quam-
dam exaggerationem, ut propensam su-
am in populum Dei voluntatem signi-
ficaret, dixit, Dele me de libro vite; sub
ista tamen lauta conditione, si fieri
possit; quomodo dicebat S. Paulus Rom.
9. v. 3. Optabam ipse anathema esse pro
fratribus meis.

David Psal. 68. Non optat damna-
tionis aeternae poenam iis, qui prophetas
persequuntur; sed praenuntiat immi-
nentem ipsis poenam, nisi resipiscant.

Judas, de quo Joan. 17. non erat
ex iis discipulis, quos Pater secundum pro-
positum vocaverat, et dederat filio; sed
erat propria sua malitia filius perditio-
nis, qui se ipsa perit.

S. Petrus citato loco hoc unum
innuit, predestinationem, quae in se
et ex parte Dei certissima est, nobis cer-
tam esse non posse nisi ex bonis operi-
bus.

Ob. 2^o. Apostolus 1. Cor. 9. v. 27. 282.
timebat, ne cum aliis predicasset, ipse
reprobus efficeretur. Ergo non existi-
mabat, ratam et certam esse predesti-
nationem.

Resp. Dist. ant. Timebat, quod
ignoraret, an esset predestinatus, conc.
quod non crederet, certam et immotam esse
apud Deum predestinationis sententiam, neg.

S. 171

306.
283.

Ob. 3^{to} Angelus Apocal. 3. v. ii.
Tene quod habes, inquit, ut nemo auipiat
coronam tuam. Ergo corona illa po-
test amitti et alteri dari.

Resp. Coronam, de qua huc S. Jo-
annes, non esse gloriam coelestem, sed
fidelem obedientiam et constantiam in
bono: Quoniam servasti verbum patien-
tiae meae, ait ibidem v. 10. Angelus, et ego
servabo te ab hora tentationis, quae ven-
tura est in orbem universum.

284.

Ob. 4^{to} Si praedestinatio est
summè certa, imponit necessitatem sa-
lutis praedestinati. Atqui hoc dici ne-
quit. Ergo, p.

Resp. Dist. maj. Imponit ne-
cessitatem tantum extrinsecam salutis
liberè tamen consequenda, conc. necessi-
tatem intrinsecam salutis necessario
consequenda, neg. maj. Deus vult abso-
lutè et efficaciter, ut praedestinatus sal-
vetur, sed liberè, seu per bona opera me-
ritoria, ideoque liberè facta; ac pro-
inde adhibet media, ~~quae~~ quae ex se
repudiari quidem possunt, sed quae ta-
men infalibiler suum obtinebunt
effectum.

285.

Ob. 5^{to} Praedestinatus potest
absolute mori in statu peccati. Ergo.

Resp. Dist. ant. Ex parte pra-
destinati, conc. Ex parte Dei, neg. ant.
Ex parte Dei id fieri non potest, pro-
ut ex antea dictis patet; licet ex par-
te praedestinati fieri possit, quia pra-
destinatus potest peccare mortaliter,
et nocte converti, vel ab alio occidi in

statu peccati, sed potentia, qua quamvis
vis reduci possit in actum, certissime
tamen nunquam ad eum reductur. 307.

Ob. 6^{to} Si certa ac fixa est præ-
destinatio, ita ut numerus prædestina-
torum augeri vel minui non possit;
tunc valet ista Demipelagianorum
consecutio: Ex utraque parte Super-
fluus labor est, si neque reiectus ul-
industria possit intrare; neque
electus ul- negligentia possit exiire;
Ergo nec prædestinatus damnari, nec
reprobus salvari potest. Ergo dura et
fatalis necessitas sequitur ex doctrina
prædestinationis.

Resp. neg. ant. Enimvero cum,
ut superius dictum, prædestinatio
nostra nobis ignota sit, in eò unice
omnis cura et sollicitudo nostra collo-
cari debet, iuxta mandatum S. Petri,
ut per bona opera certam nostram vo-
cationem et electionem faciamus.

vide ea, quæ supra S. 2. pag. 273. di-
ximus, ubi simile argumentum jam
diluimus.

Ob. 7^{mo} Contra Conclusionem 287.

2 Jam pro certo habere debemus, assi-
duis orationibus, piisque operibus nos
salutem à Deo esse impetraturos; ha-
bemus quippe obligatam Christi fidem
Marci II. v. 24. Omnia quocumque oran-
tes petitis, credite, quia accipietis.

Atqui potest quis certo scire, se orare. Ergo.
Resp. Dist. maj. Si certo constat,
nos, ut oportet, orare, cone. Secus, neg.

308. At certi omnino non sumus, nos, ut oportet, orare: Quid oremus, sicut oportet, nescimus, ait Apostolus Rom. 8. v. 26. Sed Spiritus Sanctus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.

Inst. Rom. 8. v. 16. Spiritus testimonium reddit Spiritui nostro, quod sumus filii Dei. Si autem filii, et heredes quidem Dei, coheredes autem Christi. Unde Thessalon. 1. v. 4. idem Apostolus ait: Scientes, fratres dilecti à Deo electionem vestram. Et 2. Tim. 4. v. 7. Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi; in reliquo reposita est mihi corona justitiae. Denique 1. Joan. 5. v. 13. Haec scribo vobis, inquit S. Joannes, ut sciat, quoniam vitam habetis aeternam, qui creditis in nomine Filii Dei. Ergo certi esse possumus de nostra praedestinatione.

6. 142

Resp. neg. cons. Ad idem testimonium ex c. 8. Epistola ad Rom. Spiritus quidem Sanctus testimonium reddit nos esse filios Dei sub certa nempe conditione, si tamen compatimur ut et conglorificemur. At quia nemo absolute certus esse potest, quo animo quaeve intentione haec in vita patiatur, Enimvero non sunt condigna passiones huius temporis ad futuram gloriam, quae revelabitur in nobis, Rom. 8. v. 18. Ita quoque ex certa securitate ac scientia nemo certo scire potest, se filium Dei esse, eo modo, qui sufficiat, ut de sua praedestinatione omnino certus sit ac securus. Ad idem Ex c. 1. Ep. ad Thessal.

Vel Apostolus duntaxat loquitur de electione 309.

The salonicensium ad vocationem fidei Evangelica, vel si de electione ad gloriam, sperant duntaxat suam ac fiduciam, non vero securitatem ac plenam de illorum salute certitudinem declarat.

Ad 3^{um} ex Ep. 2. ad Tim. De huius predestinatione loquitur Apostolus, vel ex speciali, quam habuit, revelatione, vel tantum ex spe ac confidentia.

Ad 4^{um} ex c. 5. Ep. 1. S. Joannis.

Qui credunt in nomine Filii Dei, vitam habent aeternam in spe, non in re, seu non ex omnimoda certitudine. Quam multi enim sunt, qui fidem, imò et charitatem habent temporalem, à qua deficientes finaliter pereunt!

Ob 8^{vo} contra conclusionem 4^{am} 288.

Predestinationis includit efficacia consequenda salutis media, seu gratiam efficacem. Atqui gratia efficax stare simul non potest cum humana libertate; siquidem aut voluntas resistere ipsi potest, vel non potest. Si potest; ergo gratia per se non est efficax, ut quæ huius effectui frustrari potest. Si non potest; ergo libera non est, ut consentiat vel non consentiat. Igitur vel gratia sua virtus et efficacia deperit, vel voluntati sua libertas.

Resp. neg. min. ad cuius probationem, sicut voluntas resistere potest non potest gratia efficaci in actu secundo considerata, cone. considerata in actu primo, neg. gratia efficax in actu secundo est ipsamet formalis actio seu motus gratia exprimentis voluntatis consensum: fieri au-

310. tem non potest, necessitate, ut vocant, hypo-
thetica et consequente, ut voluntas non con-
sentiat gratia, quamdiu ipsi consentit actu,
sen ut componat actum cum non actu.
Gratia vero efficax in actu primo est ipsa
met virtus seu potentia gratia ab ipso Deo
profluens, de se apta et nata ad exprimen-
dum voluntatis consensum: huius autem gra-
tia voluntatem dissentire posse si velit, do-
cet fides catholica. Sicque et gratia sua
virtus et efficacia, et voluntati sua manet
libertas.

289.

Caput Nonum De reprobatione.

Eundem huius sequemur ordinem
quem in tractanda predestinatione te-
minimus; ac primo de nomine, defini-
tione, existentia et divisione reproba-
tionis; tum de eius causis, denique de
illius effectibus disseremus.

S. Primus.

290.

De nomine, definitione, existen-
tia, et divisione reprobationis.

7.142
Reprobatio secundum nominis ety-
mologiam generatim idem significat, ac
rejectionem. Eo sensu utitur Apostolus
Heb. 4. v. 18. Reprobatio fit precedentis man-
dati propter infirmitatem eius et inutili-
tatem. Specialius autem Reprobatio
huius idem est ac rejectio seu exclusio à
donis Supernaturalibus vel gratia vel
gloria, de quibus sub metaphora dicitur
Jerem. 6. v. ult. Argentum reprobum vo-
cate eos, quia Dominus projecit illos. Et
1. Cor. 9. v. 27. Castigo corpus meum et in
servitutem redigo; ne forte cum aliis pre-
dicaverim, ipse reprobus efficiar.

Reprobi vocantur in Scripturis Re-
pulsi, Psal. 87. v. 6. Despecti, Eccl. 7. v. 14.
Fracti in diem malum, Prov. 16. v. 4. Had-
et maledicti, Matth. 25. v. 34. Vasaria,
 Rom. 9. v. 22. Vasa in contumeliam, 2. Tim.
 2. v. 20. Filii perditionis, Joan. 17. v. 12.
Prescripti in iudicium et damnationem,
 Epist. Iuda v. 4.

Definitur reprobatio à Magistro
 Sent. lib. 1. dist. 40. Proxientia iniquita-
tis quorundam, et preparatio damnatio-
nis eorumdem. Quia in Definitione proxi-
 entia iniquitatis seu malitia antecedit poe-
 nae preparationem.

Durandus in eadem dist. 9. 2. Re-
probatio, inquit, est provisio ineptitudinis
alicujus ad vitam aeternam, et propositum
excludendi ab ea.

S. Thomas 1. p. q. 23. a. 3. Reproba-
tio includit voluntatem permittendi ali-
quem cadere in culpam, et inferendi dam-
nationis poenam pro culpa. Haec tres re-
 probationis Definitiones in idem coincidunt.

Reprobi igitur sunt ii omnes et
 soli, qui in statu peccati mortalis moriun-
 tur, et sic aeternum damnantur: Sive
 illud peccatum sit solum originale, ut in
 parvulis; sive solum personale, ut in
 adultis baptizatis, sive utrumque tum
 originale, tum personale, ut in adultis
 non baptizatis. Dicuntur reprobi seu
 reprobati, quia rejiciuntur à Deo, nec
 ad gloriam eliguntur, sed aeternum dam-
 nantur.

Existentiam reprobationis probat 291.
 illud Christi Matth. 25. Ite maledicti in
ignem aeternum, qui paratus est diabolo

ut vocant, h
 voluntas non
 ipsi consentit
 cum non actu
 tu primo est ipse
 gratia ab ipse
 ata ad exprime
 i huius autem
 e posse si velit
 he et gratia
 ntati sua me
 num
 ione
 emur ordinem
 destinatione
 nomine, de
 vitione repro
 usis, denique
 s.
 us.
 tione, can
 e reprobato
 idim nomine
 dem significat
 titur. Ap
 t peccato
 im eius et im
 tem reproba
 seu exclusio
 vel gratia
 etaphora
 um reprobum
 rojeit illos
 nus meum et
 te cum aliis
 ficiat.

312. et Angelicejus. Ratio etiam est, tum quia est in Deo presentia malitiae nonnullorum non finienda, et preparatio poena nunquam terminanda; illa autem est reprobatio: tum quia pertinet ad providentiam Entis Supremi, agentis universalis ac rerum omnium moderatores, et provisoris, ut permittat ad gloriae suae manifestationem nonnullas creaturas intellectuales liberè à suo fine deficere, et ita eas conferre ad bonum et utilitatem electorum. Sustinuit in multa patientia vasa irae apta in interitum, ait Apostolus, Rom. 9. v. 22. ut ostenderet divitias gloriae suae in vasa misericordiae.

292. Ceterum Reprobatio perinde ac predestinatio vel totalis est et adequata, quo omnes suos effectus complectitur; vel partialis et inadequata secundum aliquem effectum, nempe privationem cujusvis gratiae sive efficaci, sive sufficientis, vel aliaque dumtaxat gratiae uberiores, et efficaci.

293. Rursus alia dicitur negativa, alia vero positiva. Reprobatio negativa est exclusio à gloria, id est, juxta illos, qui eam propugnant, negatio gratuita predestinationis seu electionis ad gloriam. Reprobatio positiva est Destinatio seu inflictio poena aeterna propter peccata, in quibus reprobis finaliter ad extremum usque spiritum perseverat; seu est ~~positiva~~ absoluta et efficax voluntas supplicis aeternis damnandi eos omnes, qui in statu peccati mortalis ex hac vita discedunt.

Qui pugnant pro gratuita et omnem meritum provisionem antecedentem

te praedestinatione, in consequenter negati-^{313.}
vam à gloria reprobationem admittere te-
nentur, ut per se manifestum est: qui enim
non assumitur, eo ipso censetur rejectus,
et reprobatus, sive deim illa reprobatio sit
simplex negatio, et actus suspensio, sive
sit actus positivus.

Qui vero admittunt et timentur
praedestinationem ad gloriam fieri ex pra-
visis meritis gratia, in nullam agnoscunt
negativam reprobationem, seu exclusionem
à vita aeterna; nisi post provisionem de-
meritorum seu peccatorum, vel actualium,
vel saltem originalis, si per Baptismum di-
missum illud non fuerit.

Porro haec de positiva et negativa
reprobatione controversia in hoc ita vive-
tur: utrum nempe, quemadmodum cap.
praecedenti §. 3. num. 266. adnotavimus,
sicut questio et haec movetur inter Theologos,
an praedestinatio ad gloriam sit merè gra-
tuita, vel supponat merita gratia; ita
etiam datur reprobatio merè negativa, et
nulla supponens demerita seu peccata sal-
tem actualia, vel contra omnis reprobatio
sit positiva, atque demerita seu peccata
reprobatorum supponat.

Quod nos attinet, sicut priorem de
praedestinatione ad gloriam controversiam
Scholarum otio ultro permisimus, ita
etiam hanc de negativa reprobatione ques-
tionem cuiuslibet, qui uni est otium, dis-
cutiendam relinquimus. Igitur ~~quod~~
de sola reprobatione positiva nobis sermo
erit; circa quam Ecclesia Catholica sen-
sum adversus hereticos et Novatores tueri
conabimur.

8. 144

Verum durior ac rigidior, nec im-
 merito, ceteris Calvinistis, qui Bossiansi
 dicti sunt, visa est hac Calvini sententia;
 ideoque censuerunt, nonnisi post previ-
 sum hominis lapsus, homines à Deo repro-
 bari, seu excludi à gloriâ, et ad eterna sup-
 plia destinari, ac postmodum in tempo-
 re ad peccandum impelli. Ad istam
 tandem sententiam rediisse videtur Cal-
 vinus, lib. 2. Instit. c. 5. n. 1. Estque
 priorè quidem mollior, erronea tamen
 et haeretica, in eo, quod peccatum origi-
 nale, etiam post Baptismum remissum,
 velint esse primam et radicalem causam
 reprobationis, atque per idem induci
 peccandi necessitatem: Eam tamen am-
 plecti videtur Jansenius, Opusculi, lib. 10.
 De gratiâ Christi c. 2. His prenotatis
 ponitur.

* Adami, seu
 peccatum ori-
 ginale

B. 7. 145

Conclusio 1^{ma}.

Datur reprobatio positiva.

Prob. Reprobatio positiva est absoluta
 et efficax voluntas damnandi suppliciiis
 aeternis omnes, qui moriuntur in statu
 peccati mortalis. Atqui datur in Deo hac
 voluntas. Ergo et reprobatio positiva.

Prob. min. Nam Deus re ipsa eos
 omnes, qui in statu peccati mortalis
 moriuntur, damnat suppliciiis aeternis.
 Ergo Deus ab aeternò habuit voluntatem
 absolutam et efficacem eos damnandi
 suppliciiis aeternis: Deus enim ea tantum
 facit in tempore, quae absolute, et effi-
 cauter facere voluit ab aeternò: nam
 Deus nihil facit in tempore, quod ab

310. ~~at~~ ^{at} ~~et~~ ^{et} non velit facere, et nihil vult fa-
cere in tempore, quod ab aeterno non volue-
rit facere, cum omnis voluntas Dei sit
aeterna.

296.

Conclusio 2^a

Reprobatio positiva habet causam
ex parte reproborum, nempe peccatum
mortale absolute praevium.

Prob. 1. Ex Scripturis, Matth. 25.
v. 41. Dimidite à me maledicti in ignem
aeternum, qui paratus est diabolo, et an-
gelis eius: esurivi enim, et non dedistis
michi manducare, &c.

Prob. 2. ex SS. Patribus. Tertul-
lianus, lib. de praescrip. c. 8. Judaei, inquit,
retro penes Deum fuerant, dehinc rejecti
ob delicta, extra Deum esse coeperunt.

S. Basilii, in Constitutionibus Mo-
nasticis: Qui à Deo se optat jvari, ait,
non deest officio: Qui autem officio
non deest, nunquam Divinò auxilio des-
tituitur. Ergo qui à Deo non jvatur et
Divinò auxilio destituitur, adeoque dam-
natur, pro quia officio suo deest, et pec-
cat, damnatur.

S. Chrysostomus, lib. 1. ad Stagi-
rium, n. 6. alias lib. 1. de Providentià
c. 6. Si ex dilectione, inquit, correptio, ex
odio verò derelictio est, neque ejusdem
est quempiam simul amare et odisse, ne-
que corrigere simul et derelinquere. Quo-
modo ergo, inquit, multi corruerunt,
se ipsos illi Deo privaverunt, non autem
à Deo derelicti sunt. Per peccata haec nem-
pe se ipsos Deo privaverunt, et aeternum dam-
nati sunt.

S. Augustinus, multis in locis con-

divisionem nostram firmat, lib. 3. contra Ju- 317.
lianum c. 18. Bonus est Deus, inquit, justus
est Deus: potest aliquos hae bonis meritis li-
berare, quia bonus est, non potest quemquam
sine malis meritis damnare, quia justus est.

lib. 3. de civit. c. 15. Ad malum quippe
eius scilicet creature inquit, prior est voluntas eius,
ad bonum vero eius, prior est voluntas Crea-
toris eius.

Magistrom sequuntur fidelissimi
discipuli Prosper et Fulgentius. S. Pros-
per in tertia responsione ad Capitula Gallorum
duo hujusmodi, inquit, in hae prolapsimale,
sine correctione poenitentia defecerunt, non
ex eo necessitatem habuerunt, quia predesti-
nati non sunt: sed ideo predestinati non sunt,
quia tales futuri ex voluntaria pravaricatio-
ne presati sunt.

S. Fulgentius lib. 1. ad Monimum c. 24.
Predestinavit, inquit, scilicet Deus, idos ad suppli-
cium, quos a se presivit voluntatis mala
vitio discepturos.

Prob. 3^{ti} Ex Conilijs. Ex Atrousicano f
II. Can. 25. ubi sic statuit. Aliquos ad ma- * an. 529.
lum divina potestate predestinatos non
solum non credimus, sed etiam, si sunt,
qui tantum malum credere velint, cum
omni detestatione illis anathema dici-
mus.

Ergo ex isto Conilio reprobi ad
malum et eternam damnationem per pecca-
ta sua destinantur, et propter ea duntaxat
a Deo damnantur.

Ex Valentino III. Can. 3. ubi, Fraternus,
inquit, Episcopi, predestinationem elec-
torum ad vitam, et predestinationem im-
piorum ad mortem; in electione tamen
salvandum misericordiam procedere me-
ritum bonum, in damnatione autem per-

318. Reprobatorum meritum malum procedere iustum
Dei iudicium.

Ex Tridentino Sess. 6. Can. 17. ubi, Si quis, inquit, justificationis gratiam non nisi predestinatis ad vitam contingere dixerit, reliquos vero omnes, qui vocantur, vocari quidem, sed gratiam non accipere, ut potest divina potestate predestinatos ad malum, anathema sit.

Ergo reprobi non divina potestate sed propter sua delicta à Deo predestinantur ad malum et damnationem.

Prob. 4^{to} Ratione. Quia voluntas damnandi antecedens provisionem cuiuslibet peccati absolute futuri, qualem admittit Calvinus, non solum repugnat divinae bonitati, et voluntati sinere salvandi omnes homines, quam Scriptura et Traditio docent, nosque supra c. 6. §. 7. pag. 209. fuse demonstravimus, sed etiam justitiae. Nam sicut est injusta damnatio et inflictio poena sine iusta causa, qualis est sola culpa: ita et injusta est voluntas damnandi, et infligendi poenas aeternas sine iusta causa, nempe culpa gravi. Omnis poena, si iusta est, peccati poena est, et supplicium nominatur, inquit S. Augustinus lib. 3. De libero arbit. c. 18.

Porro qui justificati sunt per Baptismum damnari non possunt nisi propter peccatum mortale personale. Quia per Baptismum tollitur omnis reatus culpa et poena aeterna. Unde de Baptizatis Apostolus Rom. c. 8. ait: Nihil ergo nunc damnationis est in eis, qui sunt in Christo Jesu. Id est, justificatis per Baptismum nulla est jam damnationis causa, ut explicat Concil. Trident.

Ex dictis patet quam impia sit sive Antelapsariorum sive Postlapsariorum opinio, asserentium, Deum ex solo suo

319
beneplacito, et sine ullo previo peccato previ-
so ~~et~~ nonnihil nonnullos homines posi-
tively reprobase, ac aeternis destinasse suppliciis.
Nunquid, inquit Deus apud Ezechiel. 18. v. 23.
voluntas mea est mors impij, ... et non ut
convertatur a viis suis et vivat. Item Sap.
1. v. 15. Deus mortem non fecit, nec letatur
in perditione vivorum. Et c. 11. v. 25. Di-
ligis omnia quae sunt, et nihil odisti eorum
quae sunt. 2. Pet. 3. v. 9. Patienter agit
propter vos nolens aliquos perire, sed om-
nes ad poenitentiam reverti. pp.

Solvuntur Objectiones.

297.

Ob. 1. mo Prov. 16. v. 9. dicitur, Uni-
versa propter semetipsum operatus est Do-
minus, impium quoque ad diem malum.
Hoc Deus ex solo suo beneplacito et sine ullo
previo peccato impium ad aeterna
supplicia destinat.

Resp. neg. cons. Deus omnia prop-
ter suam gloriam fecit, ita ut eam eti-
am ex peccatoribus illum inhonoranti-
bus percepturus sit, manifestando in
eorum punitione suam potentiam, jus-
titiam, &c. Unde voluntate tantum,
consequente impium destinavit ad ma-
lum, id est, ad vindicta diem, quo in
ejus punitione glorificandus, et manifes-
taturus est justitiam suam, &c. Melius enim
judicavit de malis bene facere, quam nul-
la mala permittere, ait S. Aug. Enchir. c. 27.

Ob. 2. mo Rom. 9. v. 11. Esau re- 298.
probus factus est ex sola Dei voluntate, an-
tequam quidquam mali egisset; sicut Ja-
cob praedestinatus est, priusquam quid-

3. 147 320.

quam egisset boni: Cum nondum nati fuisset, inquit de ambobus Apostolus, aut aliquid boni egissent aut mali sicut secundum electionem propositum Dei maneret; non ex operibus, sed ex vocante dictum est ei: Quia major serviet minori, sicut scriptum est: Jacob dilexi, Esaii autem odium habui. Ergo.

Resp. 1.^o Verissimum esse ad rigorem littera istam propositionem Apostoli, antequam quidquam boni vel mali egissent in tempore, Deus ab eterno Jacob dilexit, et Esaii odium habuit, quia istum mala ille cum vero bona aliquando operaturum esse praevidit. Unde reg. cons.

Resp. 2.^o Hunc Apostoli textum non intelligi debere de bonis vel malis aeternae vitae, sed de temporalibus huius vitae, Deus igitur Jacob dilexit, cui dedit terram fluentem lacte et melle; Esaii vero odium habuit, qui sortitus est terram sterilem ac desertam. Commodum illud, vel incommodum temporale expressit Sacer ~~textus~~ contextus his verbis, Major serviet minori. quod quidem in personis Esaii et Jacob impletum non fuit, sed in populis ab utroque genitis; tempore quippe Davidis, Idumaei ex Esaii orti subditi fuerunt ditioni Israelitarum, 2. Reg. c. 8. v. 14. Inde est, quod cum apud Malachiam c. 1. dixisset Deus, Jacob dilexi, Esaii autem odium habui, statim exponat, quomodo unum dilexerit, et alium odium habuerit, his verbis: Bosui montes ejus sicut Esaii in solitudinem, et hereditatem ejus in dracones deserti.

321
Resp. 3^{to} Si textus hic nihilomi-
nus ad Spiritualem praedestinationis et re-
probationis sensum transferri debeat, di-
cimus, Esau reprobatum fuisse antequam
quidquam mali propria voluntate egisset,
non vero antequam aliena voluntate quid-
quam mali egisset, nempe voluntate primi
parentis, in quo omnes peccaverunt. Apos-
tolus huius de una loquitur praedestinatione
ad gratiam et reprobatione ab ea, ut evidenter
docet S. Augustinus Ep. 186. alias 108. ad Can-
linum, ubi Jacob et Esau in communi qui-
dem massa perditionis inclusos fuisse affirmat,
ex qua Jacob per misericordiam liberatus fuit,
Esau vero per justum iudicium non fuit libe-
ratus. Non tamen ab omni poenitentis gra-
tia exclusus ~~excluditur~~ censeari debet Esau;
siquidem etiam supposita labe peccati ori-
ginalis, Deus vere ac sincerè vult omnes
homines salvos fieri, prout fuisse probavi-
mus supra c. 7. §. 7. à pag. 208. Istud ergo
odio habui, idem significat ac minus di-
lexi, phrasi Scripturae satis familiari: Si-
cut Dent. 21. v. 15. Si habuerit homo duas
uxores, unam dilectam, alteram odiosam.
Et Matth. 6. v. 24. Nemo potest duobus Domi-
nis servire: aut enim unum odio habebit
et alterum diliget. Unum odio habebit,
id est, minus diliget. Nempe Deus gratiam
aliquam reprobis indulget, sed minorem
quam electis.

Ob. 3^{to} Patres aliqui dicunt, repro-
bos praedestinos esse ad supplicium aeternum.

Resp. His verbis intelligunt repro-
bos ab aeterno destinari ad supplicium aeternum
propter demerita sua absolute pra-
visa.

De effectibus reprobationis.

Proprie et accurate loquendo, per reprobationem intelligitur vulgò rejectio à gloria, et inflictio poena aeterna. Ut aliquis sit causa effectus reprobationis duo requiruntur, 1^o ut sit à Deo, quippe Deus, qui abjicit et reprobat impium, est causa efficiens reprobationis. 2^o ut ad finem reprobationis conducat, nempe ad damnationem aeternam. Invenitur ergo, utrum peccatum, permissio peccati, perseverantia in peccato, obduratio et execratio, denique poena damni et sensus sint effectus reprobationis. Quae cum exiguam imò nullam habere videantur difficultatem, succinctè enucleabimus.

1^o videtur, quod peccatum formaliter sumptum quatenus est malum culpa non sit effectus reprobationis. Quia effectus reprobationis à Deo esse debet, ut dictum, atqui peccatum formaliter sumptum non est à Deo; Deus enim nemini mandavit impiè agere. Eccli, 18. v. 21. Sed à solo peccatore. Ergo.

2^o Permissio tamen peccati actualis, quod nunquam remitti debet, potest dici effectus reprobationis; quia 1^o ea permissio est à Deo, Deus enim peccatum permittit. 2^o conducat ad finem reprobationis seu damnationem aeternam, ut pote quod nunquam remittatur.

3^o Perseverantia in peccato quatenus includit gratiae uberioris privationem et permissionem peccati in poenam culpae praecedentis est etiam effectus reprobationis. Constat ex Scripturis Psal. 80. v. 13. Dimisi eos secundum desideria cordis eorum,

ibunt in adinventionibus suis. Rom. 1. v. 21. 323.
Cum cognovissent Deum, non sicut Deum,
glorificaverunt, aut gratias egerunt, sed eva-
nerunt in cogitationibus suis, et obscuratum
est insipiens cor eorum.... Propter quod tra-
didit illos Deus in passionem ignominiae....
in reprobum sensum, ut faciant ea, quae
non conveniunt.

4^{to} Excecatio et obduratio in impijs,
qui sunt ex reproborum numero, sunt etiam
effectus reprobationis; sunt enim idem ac in-
tegra hominis derelictio. atqui integra ho-
minis derelictio est effectus reprobationis;
nam à Deo est, et ad aeternam conducit dam-
nationem, quae est finis reprobationis.
Ergo.

5^{to} Denique Aeterna tum Damni,
quae in privatione Dei consistit, tum Sensus,
quae in cruciatibus aeternis continetur, poe-
na est effectus reprobationis à gloria; quia
utraque infligitur à Deo iusto peccati vin-
dice. Matth. 27. v. 41. Discedite à me ma-
ledicti in ignem aeternum: esurivi enim,
et non dedistis mihi manducare, &c. Facit
Deus, ut per bona opera nostra certam nos-
tram vocationem ac electionem faciamus.

5: 149

324.
301.

Passa
De Deo Trino.

Seu
De augustissimo S. Trini-
tatis Mysterioro.

Mysterium S. Trinitatis est omni-
um Religionis Christianae sublimissimum
et intellectui difficilissimum, de quo S. Augus-
tini, lib. De Trinit. c. 3. ait: Nec periculo-
sius alicubi erratur, nec laboriosius aliquid
queritur, nec fructuosius aliquid invenitur.
Ut ergo ex illius tractatione speratum peri-
ciamus fructum, cavendum in primis nobis
erit, ne circa ea, quae de illo quaesituri et
investigaturi sumus, vel minimum errorem
admittamus.

Porro secundam hanc tractatus
nostri de Deo partem quinque capitibus
comprehendemus; in quorum primo de existen-
tia S. Trinitatis; in 2^o de processione divi-
narum personarum; in 3^o de divinis re-
lationibus; in quarto de personis in com-
muni; in 5^o denique de divinis personis
in particulari agemus.

302.

Caput primum.

De existentia S. Trinitatis.

Santissima Trinitatis mysterium in
co^opositum est, quod una divina essentia
in tribus personis realiter à se invicem dis-
tinctis subsistat. Santissima igitur Tri-
nitas consistit in tribus personis divinis
realiter à se invicem distinctis, quae unam
et eandem numero divinitatem habeant,
sintque unus Deus: sive consistit in tri-
bus personis, quae sint unus Deus propter
identitatem naturae divinae. Tria igitur
praesenti capite nobis offerenda et pro-

banda veniunt. 1^o Trinitas personarum in 325.
divinis. 2^o Unitas nature seu essentia.
3^o Denique expendendum an mysterium
istud cognosci possit ratione naturali.

S. Primm.

De Trinitate personarum
in divinis.

303.

Trinitatem personarum in Deo præ-
ter Judæos, qui per eam Deorum pluralitatem
invehi contendunt, negarunt plurimi he-
retici; vel circa eam varios protulerunt errores.

1^o Simon Magnus Getthis oriundus vi-
cō Samaria, quō paulō post Christi mortem
Jouit, se ipsum esse Trinitatis personam,
qui Judæis quasi Filius apparuit, in Sama-
riā autem quasi Pater descendit, in reli-
quis verō gentibus, quasi Spiritus Sanctus
adventavit. Ita S. Irenæus, lib. 1. adversus He-
reses c. 23.

2^o Annō 145. Valentinus vir per-
dite mentis, si quis unquam fuit, tamen si
ingeniō potens et eloquiō, inter infinita
alia errorum figmenta et deliria totam
Trinitatem passam fuisse docuit. Ita Atha-
nasius, lib. 2. contra Apollinarium.

3^o Eodem seculō secundo circa an-
Christi 172. quidam e secta Montanista-
rum, qui Cataphryga et Cepusiani dice-
bantur, à regione Phrygia, ex quā oriun-
dus erat Secta hujus parens Montanus, et
à Cepusā illius regionis oppidulo, ubi fre-
quentiores conventus habebant, tuebantur,
teste Tertulliano, lib. de prescript. c. 52. Christum esse Filium Simul et Pa-
trem.

4^o Annō 196. Praxeas Asiaticus
Montanistis adherens, primus omnium
hanc heresim Roma propugnavit: Praxeas,

6150

320. inquit Tertulianus lib. De praescript. c. ult. he-
resim introduxit. Hic Deum Patrem omni-
potentem Jesum Christum esse dicit; hunc cru-
cifixum passumque contendit et mortuum;
proterea se ipsum sibi sedere ad dexteram
suam.

5^{to} Circa annum Christi 245. prodit
Noëtus, Anoëtus merito dicendus, id est, man-
tis inops ac stolidus, ait S. Epiphanius Hae-
si 57. Is Ephesius fuit, si Epiphanius loco
non citato credimus. Apecebat Patrem
et Filium et Spiritum Sanctum non na-
turam solum, sed etiam personam unam
et singularem esse Deum, in Scriptura fe-
tus testimoniis, qui plures Deos plane reji-
ciunt; ipsumque ad se Patrem passum
esse contendebat.

6^{to} Famosissimus fuit Sabellius,
a quo Sabelliani dicti quotquot post
ipsum personarum realem in Deo distin-
tionem rejecerunt. Is Ptolemaide in
Lybia natus circa an. Chr. 257. heresim
suam propugnavit, nempe unam esse
in Deo personam sicut essentiam subtri-
plici appellatione, Patris, et Filii, et
Spiritus Sancti. Adversus illius ha-
resim nominatim scripsit S. Dionysius
Alexandrinus Epistolam ad Christum Ro-
manum Pontificem. vid. Euseb. eccl. va-
lesiano lib. 7. Hist. c. 6.

Omnes hi Haeretici dicti sunt Ca-
tripassiani, quia Patrem passum esse pro-
fitebantur.

Post Sabellium multi eodem er-
rore infecti sunt, ut Paulus Samosatensis,
Episcopus circa an. Chr. 265. Photinus,
Priscillianista et alii. Hi sunt pra-
cipue Haeretici, qui quantum novimus, dis-
tinctas realiter personas in Deo negaverunt.

Zui vero Divinarum SS: Trinitatis 327.
personarum consubstantialitatem, seu Essen- 304.
tia unitatem impugnarunt hi recensentur.

1.º Valentinus, de quo supra; hic enim
Pleroma* invisibile ac spiritale ex pluri- * Cumulus seu mul-
bus Atomibus* constituebat in Deo. Animò titudo.
via coniungi potest, quot insana deliria Va- * Stone seculum
lentinus iste excogitaverit, de quibus S. Ire- item eternita-
neus, et Tertullianus. tem significat.

Credo Marcionis Magister duos Deos
admisit. Ex Tertulliano lib. i. contra Marcio-
nem c. 2.

Marcion totidem admisit, alterum
bonum, malum alterum. Ex eodem ibi-
dem c. 15.

Appelles Marcionis Discipulus docuit,
teste S. Epiphaniò heres. 44. unum esse
bonum Deum, qui... alium produxit Deum
à quo coelum et terra, ceteraque omnia, quae
in hoc mundo cernimus creata sunt.

Eundem errorem ~~tribuit~~ Apollinari
tribuit S. Gregorius Nazianzenus Ep. i. ad Clodo-
nium Presbyterum.

Tritheita, quorum signifer fuit Joan-
nes Philoponus, non infimi nominis saeculo
quinto Philosophus; admittebant unam
quasi specie tribus personis communem ac per-
omnia similem et consubstantialem Subs-
tantiam et naturam Deitatis, tres vero in
illis numero distinctas Substantias et natu-
ras, eo ferè modo, quo una specifica natu-
ra humana in multis hominibus, numero
tamen distincta, et pro multiplici hominum
numero, divisa et multiplex est. Ex quo procli-
ve erat inferre, tres esse Deitates ac tres Deos
numero distinctos, sicut Petrus s. g. Paulus
et Joannes sunt tres homines. Non ausi fuerunt
tamen confiteri tres esse Deitates ac tres Deos.

7. 151

328.

Abbas Joachim, cujus doctrina in Concilio Lateranensi III. damnata fuit, statuebat tres personas solâ collectione esse unum Deum, sicut plurimi cives sunt unus populus: per se ergo nec Patrem, nec filium, nec Spiritum Sanctum esse Deum; sed ex iis simul junctis Deum coalescere. His non multum abrimis hac in parte, quos jam recensuimus.

305.

Qui Verbi divini ac Christi divinitatem impugnarunt, sunt

1.º Corinthus, qui docuit, Christum Dominum ex Josepho et Mariâ fuisse viâ ordinariâ genitum, s. seculô 1.º Valeria vixit.

2.º Eodem seculô Ebion, unde dicti Ebionitæ Corinthi blasphemiam imitatus, contendebat Christum, utpote purum hominem, communi ceterorum more, ex Josepho et Mariâ ortum fuisse. Ita testatur Euseb. lib. 6. c. 17. Theodoretus, lib. 2. Harctic. fabul. c. 1. et alii.

3.º Paulus Samosatensis ita dictus, ait S. Epiphanius, Hæresi 68. quia Samosatensis in Syria Euphratesiâ natus est, circa an. 260. Episcopus Antiochenus creatus fuit. asseruit, Christum purum hominem esse. Ita Euseb. lib. 7. c. 28. 29. p.

4.º Arius ex Lybiâ ortus, teste S. Epiphaniô, majori ad omne genus projectâ audaciâ Verbi ac Christi divinitatem oppugnavit, ac docuit eum esse meram creaturam in tempore à Deo creatam, initio seculi 4.º

i * Sectatores Arii post Concilium Nicænum in tres classes seessione medicus, an. 15 31. Arianorum perdivisi sunt, teste S. Epiphaniô hæres. 73. et 74. Alii nu- de et planè Filium Patri dissimilem profitebantur, hincro-

5.º Sergetus natione Hispanus, post Concilium Nicænum in tres classes seessione medicus, an. 15 31. Arianorum perdivisi sunt, teste S. Epiphaniô hæres. 73. et 74. Alii nu- de et planè Filium Patri dissimilem profitebantur, hincro-

6.º Sergetus impietatis suæ socium habuit Valentinum Gentilem, qui hincro-

liter apud Helvetios eadem ex causa sup - 329.
plius addictus est.

7^o Lelius Socinus Fausti patris
us. Scita totius caput, nobilis Senensis
Calviniana doctrina plautis primum
innotuit, eò usque errando illa proten-
dit, quò ipsa per se se duunt, ad om-
nem scilicet, exussã Ecclesia auctori-
tate, Religionis subversionem. Do-
cuit 1^o tres in Deo non esse distinctas per-
sonas, sed unum solummodo naturã et
personã Deum. Idem docuerant Valenti-
nus, Praxeas, Noëtus, Sabellius, p. 2^o
Solum Patrem esse Deum idum unum
et unum, æternum et immutabilem,
ut naturã sic et personã unicum. 3^o
Verbum Patris seu Filium, meram esse
creaturam ex non extantibus conditam,
quamquam aliis creaturis nobiliorem.
Erat hoc ipsum Arianos dogma.

4^o Christum esse purum hominem
communem ceterorum more genitum ex Jo-
sepho et Mariã, qui proinde non existit
antequam ex Mariã nasceretur, nisi sal-
tem in mente Dei per ideam atque præ-
visionem. Hoc ipsum docuerant Coirin-
thus, Ebion, Paulus Samosatensis, Theo-
timus. 5^o Christum à Deo quidem
suscitatum et missum ad humani generis
salutem, non tamen Deo pro eodem hu-
mano genere propriè satisfactionem
obtulisse. 6^o Christum appellari
posse Deum, non quidem naturã, sed gra-
tiã et adoptione, ob excellentiam potesta-
tam ac virtutem, quã instructus à Deo Patre
fuit.

cati sunt Anomai à
nomine Græco, quod
significat disimile.
horum principes fue-
runt Eunomius et
Aëtius, à quibus Eu-
nomiani et Aë-
tiani. Alii docebant
Filium Patri Subs-
tantia, æternita-
te, et per omnia
esse similem, ut
patet ex eorum
professione in Con-
cilio Antiocheno
an. 341. Sed vole-
bant consubstantia-
lem confiteri, con-
tendentes, hanc vo-
cem esse rejiciendam,
utpotè peregrinam
et reiens inventam,
scilicet in Concilio
Nicanò, quamvis
Patres antiquiores
eã usi fuissent. Hi
dicti sunt Semi-
Ariani, quorum
caput fuit Bari-
lius Anegyranus.
Tertii inter Aria-
nos et Semi-Aria-
nos medii inceden-
tes, nec similem nec
disimilem Filium
dicebant.

8. 152

330.

Horum omnium agmen claudit Spi-
rosa, vir omnis expert Religionis et vere,
si quis unquam fuit, Athens. Adversus
Christum et Spiritum Sanctum impietatem
suam aperuit in Tractatu suo Theologico,
et in Miscellaneis.

306.

Quantum ad Hæreticos, qui Spiritus
Sancti divinitatem, et ipsius cum Patre et
Filio consubstantialitatem impugnave-
runt, omnium maxime, famosus fuit
Macedonius; qui novam hæresim circa
an. Chr. 360. condidit, quæ Spiritum San-
ctum divinitate spoliabat, affirmans,
illum esse meram creaturam seu Dei mi-
nistrom naturæ, dignitate ac honore Deo
longè inferiorem. Damната fuit hæc
hæresis in multis Synodis, in Alexan-
drinâ post reditum S. Athanasii an. 362. in
duplici Romanâ sub Damasô; Iremum in
Oecumenicâ secundâ, quæ Constantinopo-
litana prima generalis fuit an. Chr. 381.

Sociniani, à Socinô, de quo primum
egimus, sic dicti, non secus ac ipse Socin-
nus, sedum Spiritui Sancto indixerunt,
quem non naturâ et Substantiâ Deum
agnoscunt, sed tantum virtute et officia
Dei ministrom. Contra hos omnes
ponitur

307.

Conclusio

Tres sunt in Deo personæ realiter
distinctæ in unâ eademque numero divi-
nâ Substantiâ seu naturâ.

Prob. 1.º ex S. Scripturâ. Ex vete-
ri Testamento. 1.º Genes. i. c. iv. 26. Deus homi-
nem conditurus sic de se ipso in plurali
loquitur: fauiamus hominem ad imagi-
nem et similitudinem nostram. Verbum

331
faciamus clare significat plurimum inter se
consultationem: haec vero voces, ad imagi-
nem et similitudinem nostram designant
unitatem naturae, alioqui debuisset dici:
ad imagines et similitudines nostras. Ita
Theodoratus quart. 19. in genes. et ante
ipsum Tertulianus Braxeam confutans.

Perperam huiusmodi Sociniani, De-
um in unica personā, velut artificem se-
ipsum ad opus excitantem; vel ob majesta-
tem suam instar Regum aut Principum;
vel Angelos alloqui, non se ipsum.

Nam quantum ad primum, quis fa-
ber, inquit S. Basilius*, inter sua artis instru-
menta decidens, sibi ipsi adnumerat dicens,
faciamus gladium? Quantum ad se-

curandum, equidem verum est, quod Reges
et Principes, cum imperium aliquod expri-
munt, in suis edictis in numero plurali lo-
quantur, quia tunc representant totam
republicam: Secus vero, cum in aliis cir-
cumstantiis loquuntur. v. g. Rex non di-
cit, Nos loquimur, Nos ambulamus, &c.

At hic Deus loquitur in plurali, quamvis
imperium unicum exprimat; ut cum etiam
ibi dicit: Ecce Adam quasi unus ex nobis.

Quantum ad 3^{ium} ex Judaeis haus-
tum, irridet ac refellunt Tertulianus
lib. cont. Braxeam c. 12. S. Basilius loc. cit.
et Theodoratus loc. cit. Et vero Deus Ba-
ter huiusmodi non alloquitur nisi illos, quibus
dicit, ad imaginem nostram, Angeli au-
tem non habent unam eandemque ima-
ginem cum Deo, nec ad eorum, sed Dei simi-
litudinem homo factus est.

2^o Ex variis Psalmis, ut Psal. 2.
Dominus dixit ad me: filius meus es tu, ego
hodie genui te. Et Psal. 109. Dixit Domi-

K
* Hom. 9. in Hexa-
meron adversus
Iudaeos disputans.

¶ imò ubi autori-
tatem suam com-
mendat Deus fere
semper in sin-
gulari numero lo-
quitur, ut cum
dicit: Ego Dominus
Deus vester, Ego sum
Dominus.

Prima U. p. 153.

nus, Domino meo, sede à dextris meis Ex utero
 ante luciferum genui te. Ubi clarè ex-
 primitur duplex persona distincta in unâ
 naturâ. Nam Pater et Filius non possunt
 esse una eadèmq; persona: nemo enim se-
 ipsum generare potest. Pater autem non
 genuit filium nisi ex suâ substantiâ, com-
 municando illi suam substantiam totam
 nempe divinitatem, non autem partem
 substantiâ, aut aliam substantiam divi-
 nam, cum natura divina sit indivisibilis
 et numero unica. Hos porò textus de
 Christo Dei filio intelligendos esse, ipse
 sacer contextus Novi Testamenti declarat,
 Matth. 22. v. 42. Act. 13. v. 33. Heb. 1. v. 5.
 et cap. 5. v. 5.

30. Isaia 6. dicitur de Seraphim
 clamabant alter ad alterum, et dicebant:
 Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus. Ubi
 Trinitas Personarum in unâ naturâ non
 obscure indicatur: nam trina vox Sancti
 repetitio cum singulari nomine Domini et
 Dei significat Trinitatem personarum in
 unâ substantiâ seu naturâ divinâ. Ita
 dicit S. Ambrosius, l. 2. de fide ad gratia
 c. 4. Et S. Fulgentius, de fide ad Petrum.

20. Ex Novo Testamento. 1.º Matth.
 28. v. 19. Christus Apostolos suos alloquens,
 Euntes ergo, inquit, docete omnes gentes,
 baptizantes eos in nomine Patris, et Filii,
 et Spiritus Sancti. Hic profectò clarissime
 exprimitur mysterium SS. Trinitatis, atq;
 realis personarum distinctio significatur
 his vocibus Patris, Filii, et Spiritus Sancti.
 Filius enim distingui debet realiter à Pa-
 tre, à quo gignitur: nam nemo potest esse
 sui ipsius filius, et à se ipso generari. Spi-
 ritus Sanctus vero annumeratur Patri et Fi-
 lio velut ab utroque distinctus. Unitas au-

tem nature earundem personarum signifi- 333.
catur per vocem nomine, quae indicat tres
illas personas habere unicum nomen divini-
tatis, unieam proinde divinitatem et natu-
ram.

Et verò, si tres illae personae
non essent Deus, sequeretur, Christum in
formâ baptismi, qui est professio fidei,
creaturas Deo ex æquò adijungere, et sub
eodem nomine, eademque auctoritate
et virtute, quâ à peccatò mundamur, et
sanctificamur, illas exprimere. Atque
hoc Scripturae testimonio usi sunt SS: Atha-
narius, uterque Gregorius, Basilius, Hila-
rius adversus Arianos, aliique passim Pa-
tres.

2^o. Joan. i. v. i. 2. et 14. In princi-
piò erat Verbum, et Verbum erat apud De-
um: et Deus erat Verbum. Hoc erat in prin-
cipio apud Deum Et Verbum caro factum
est, et habitavit in nobis: et vidimus glo-
riam ejus, gloriam quasi unigeniti à Pa-
tre, plenum gratiae et veritatis. Hoc
textu clarè exprimitur distinctio persona
Verbi à personâ Patris. Nam dicitur,
Verbum erat apud Deum; Et vidimus glo-
riam ejus s. Verbi nempe: quasi unige-
niti à Patre. Nemo autem dicitur esse
apud se ipsum, et nemo dici potest sui
ipsius filius à se ipso unigenitus; sed
haec necessario conveniunt personis rea-
liter distinctis. Deinde dicitur, Deus erat
Verbum, et Verbum erat in principio
apud Deum, id est, ab aeternò Deus erat
apud Deum. At nomen Deus significat
ens vivens et per se subsistens; ac proinde
significatur, Personam divinam, nempe
Verbum esse apud aliam Personam divi-

334. nam, nempe Patrem. Denique hæc ver-
ba: Verbum caro factum est, et habita-
vit in nobis, p. significant propriam
et distinctam Verbi hypostasim, seu unio-
nem i diu, cum humanâ naturâ: nam de
solo ente per se subsistente dici potest quod
factum sit homo. Hoc autem dicitur de
Verbô, quod simul vocatur Unigenitus
à Patre: ac proinde significatur Verbum,
ut est persona distincta à Patre, huc-
cipse naturam humanam. Ita ex hoc tex-
tu argumentantur Tertullianus, lib. cont.
Praxeam, c. 21. et S. Athanasius, oratione
adversus Sabellianos.

30. Ibid. c. 10. Ego, inquit Chris-
tus ipse, et Pater unum sumus. Hæc voces,
Ego et Pater, aperte expriment Personarum
pluritudinem, eadem enim Persona non
potest esse sui ipsius Pater: unde etiam
additur verbum sumus in plurali. Vox
autem unum, significat unitatem na-
ture: nam non dixit unus, sed unum,
quod significat unam rem absolutam,
unam substantiam et naturam. Ita dispe-
runt, S. Ambrosius, lib. 3. De Spiritu Sancto
et S. Augustinus, tract. 35. in Joan.

4^{to} Jb. c. 14. v. 16. Ego, ait Chris-
tus, rogabo Patrem, et alium Paracli-
tum dabit vobis. ... Spiritum veritatis...
Paracletus autem Spiritus Sanctus, quem
mittet Pater in nomine meo, ille vos do-
cebit omnia, et suggeret vobis omnia,
quæcumque dixeris vobis. Et c. 15. v. 26.
Cum venerit Paracletus, quem ego mittam
vobis à Patre, Spiritum veritatis, qui à
Patre procedit, ille testimonium perhi-
bebit de me. Et c. 16. v. 24. Ille me clari-
ficabit, quia de meo accipiet. In his

335.
tentibus expressa habetur trium personarum
distinctio: Filii rogantis, qui distinguitur
realiter à Patre rogato, cum nullus se ipsum
roget, sed alium à se ipso realiter distine-
tur. Patris, quem Filius rogat. Et Spi-
ritus Sancti, qui mittendus est, cum enim
dicatur mittendus à Patre et dicatur alius
à Filio, manifeste distinguitur realiter
ab utroque. Distinctas porro esse inter
se personas has nemo sanus negaverit.
Ita hos textus urgent SS. Athanasius,
utroque Gregorius, Basilus, Hilarius, ad-
versus Arianos.

5^{to} Jo. c. 5. Tres sunt, in-
quit Apostolus iste, qui testimonium dant
in coelo, Pater, Verbum, et Spiritus Sanctus,
et hi tres unum sunt. Hoc testimonio
nihil illustrius desiderari potest, ad asse-
rendum SS. Trinitatis mysterium, cum
ex una parte, Patris, Verbi, et Spiritus
Sancti distinctio exprimitur; dicuntur
enim esse tres: et ex altera parte eorum-
dem etiam consubstantialitas, seu na-
tura unitas asseratur; dicuntur enim
esse unum quid inter se; adeo ut hic sen-
sus sit: haec tres personae sunt una res,
una substantia, una natura et divini-
tas, quamvis realiter inter se sint distine-
tae. Porro Tom. 1. Theologiae nos-
trae, Traict. 1. Sect. 2. c. 3. Tit. De
Epistolis S. Joan. Apost. à pag. 481. Hunc
modo adductum textum, et verè Joannis
Apostoli esse, et partem S. Scripturae
esse, prout videri ibidem potest, ostendi-
mus. Prob. Conclusio 2^{da}. Ex constanti
et perpetua Ecclesiae Traditione. 1^o ex Bap-
tismi ritu in Ecclesia Christi semper usurpa-
to. Sicut enim fideles Baptismi usum igne-

336. rare non poterant, ita nec *Mysterium SS. Tri-*
nitatis: Semper enim in eo trium persona-
rum distincta mentio facta est; atque in
eo baptizandi ritu publica et sollemnis
continetur professio fidei in tres personas
divinas, et essentiae unitatem; et ad ex-
pressionem ac clariorem Trinitatis signifi-
cationem olim trina etiam immersio
fuit in usu. Ita Tertulianus, l. contra
Graecam, c. 26.

2.º Ex publico adorationis cultu,
qui ubique terrarum Deo Patri, Deo Filio,
Deo Spiritui Sancto impendebatur. Ubique
terrarum Christo tanquam Deo thús adoleba-
tur, Hymni ac Cantici canebantur, teste
Eusebio, ubique terrarum invocabatur, ut
et Spiritus Sanctus, à quo gratia ceteraque
coelestia charismata suppliciter exoraban-
tur. Patrem, inquit S. Justinus*, et qui
ab eo venit.... Filium et Spiritum Sanctum
propheticum colimus et adoramus, cum
ratione et veritate venerantes.

3.º Ex precibus publicis, quibus in
conficienda Eucharistia Ecclesia utebatur:
illas enim rerum universarum Patri per
nomen Filii et Spiritus Sancti offerri, tes-
tatur Sanctus Justinus. Apologia mox lau-
data.

4.º Ex publicis fidei formulis,
sive professionibus, quae in Symbolis Nicano,
Constantinopolitano, quae quotidie reci-
tabantur, contentae sunt, atque tres
in Deo personas, et unam essentiam seu
substantiam exprimunt: quae quidem
argumenta ex usu et quotidiana fide-
lium praxi deprompta eo majorem vim
habent ad probandum, quod ignorari poeni-
tus non possint, nec isdem equivocationi-

* Apologia 2.ª pro
Christianis

fol 3 pass

bus pateant, quibus patent testimonia 337.
Scriptis exarata.

5^o Ex publicâ reclamatione seu contradictione fidelium ac Ecclesie totius adversus novitatem, quoties error aliquis contra receptam et avitam fidem exortus fuit. Sic Ebioni, Artemoni, Paulo Samo- latens Arri Antecessoribus universa Chris- tianorum repugnavit Ecclesia, ut scribit Alexander Episcopus Alexandrinus ad Alex- andrum Constantinopolitanum, apud Theo- doretum lib. i. Hist. c. 14. Neque enim pa- tienter ferunt fideles, suam paternam et avitam fidei doctrinam impugnari.

Prob. 3^o Testimoniis S. Patrum; Et quia Hæretici non dubitant de senten- tiâ Patrum seculi 4^{ti} et sequentium seculorum circa hanc fidei veritatem, suffi- ciet istud fidei dogma et religionis nostræ fundamentum probare Testimoniis Patrum priorum Ecclesie seculorum.

Primo itaque seculo Clemens Roma- nus in sua ad Corinthios Epistola sic loquitur:

An non unum Deum habemus, et unum Christum, et unum Spiritum gratie effu- sum in nos.

Huic seculo sicut et sequenti auctori potest S. Polycarpus Martyr, in oratione quam martyrimum jam jam subituro fundit, et quæ extat in actis martyrii ipsius apud Eusebium, l. 4. Hist. c. 14. hæc inter alia elo- quitur: Deus dilecti et benedicti Filii tui Jesu Christi Pater..... benedicte.... per æternum Deum et Pontificem Jesum Chris- tum, dilectum filium tuum, per quem, et cum quo tibi cum Spiritu Sancto gloria, et nunc, et in futura secula. amen.

Secundo seculo S. Justinus Apolo- gia 2^a pro Christianis primum citata, hæc

338. Patrem, inquit, et qui ab eo venit, ... filium
et Spiritum propheticum colimus et adora-
mus p.

Athenagoras Atheniensis Philoso-
phus Legatione pro Christianis, Deum aseri-
mus, inquit, et ipsius Verbum, et Spiritum
sanctum, tria quidem secundum poten-
tiam, Patrem, Filium et Spiritum sanc-
tum; actu vero et essentia unum.

Saeculo tertio Tertullianus lib. cont.
Braueam c. 5. sic loquitur: Duos quidem
definimus Patrem et Filium, et jam tres
cum Spiritu sancto secundum rationem,
oeconomia, quae facit numerum.... Duos
tamen Deos, et duos Dominos nunquam ex
ore nostro proferimus.

Eodem saeculo S. Gregorius Thau-
maturgus, Neocaesariensis Episcopus hanc fi-
dei expositionem scripto reliquit, quae ex-
pressissimam SS. Trinitatis fidem conti-
net. Unus Deus Pater Verbi viventis.... Pa-
ter Filii unigeniti. Unus Dominus, solus
ex solo, figura et imago deitatis, verbum
perpetrans, sapientia comprehendens om-
nia, et virtus, qua tota creatura fieri po-
tuit, Filius verus veri, et invisibilis ex
invisibili, et incorruptibilis ex incorrup-
tibili, et immortalis ex immortali, et
semperternus ex semperterno. Unus Spi-
ritus sanctus, ex Deo substantiam habens,
et qui per filium apparuit, imago filii
perfecti, perfecta viventium causa, sanc-
titas sanctificationis praestatrix, per quem
Deus super omnia, et in omnibus cognos-
tur, et Filius per omnes. Trinitas per-
fecta maiestate, et semperternitate, et re-
gno minime dividitur, neque abalienatur,
igitur neque factum quid, aut. coniens in
Trinitate, neque superinductum, tan-

Colap 156

quam antehac quidem non subsistens, postea 339.
vero Superingressum. Neque ita desinit un-
quam Filius Patri, neque Filius Spiritus
Sanctus, sed investibilis, et immutabilis ea-
dem Trinitas semper.

Prob. 4.º Ex Concilio. Concilium
Nicaenum I. in Symbolo ait: Credimus in
unum Deum Patrem omnipotentem.... Et
in unum Dominum Jesum Christum Filium
Dei, ex Patre natum Unigenitum.... Deum
verum ex Deo vero, genitum non factum,
consubstantialem Patri.... Et in Spiritum
Sanctum.

^m * Hic solum de Caene-
mia recensentur,
omnia enim par-
ticularia enume-
rare nimis longum
foret.

Concilium C^optanum I. in suo Sym-
bolo: Credimus in unum Deum Patrem
omnipotentem.... Et in unum Dominum
Jesum Christum Filium Dei unigenitum,
ex Patre natum ante omnia secula, De-
um verum ex Deo vero... Credimus in
Spiritum Sanctum Dominum et vivifi-
cantem, ex Patre procedentem, et cum
Patre et Filio adorandum et conglorifi-
candum, qui locutus est per Prophetas. 75

Concilium Ephesinum actione 6. post
prolatum Symbolum Nicaenum, sic ait: Hinc
sancta fidei omnes consentire convenit: con-
tinet enim pietatem, p. Et postea vetat,
ne quis contrariam huic Symbolo fidem
proferat aut doceat. His igitur peccati-
sis, inquit, statuit Sancta Synodus ali-
teram fidem nemini licere proferre aut
conscribere, aut componere, prater definitam
a Sanctis Patribus, qui in Nicaea cum
Spiritu Sancto congregati sunt.

Concilium Chalcedonense, Conci-
lium C^optanum II. act. 6. et Constantino-
politana III. act. 17. Symbolum Nicaenum
et Symbolum C^optanum approbant, et con-

348. firmant. Concilium II. Sex priora
Concilia confirmat.

Conc. Oecumenicum IV. act. 10. ait: Cre-
dimus in unum Deum in tribus consubstan-
tialibus et divinis ac principalibus personis.
... Unum quidem et singularem Deum se-
cundum rationem substantiae, trium au-
tem vel tria, si eum secundum rationem
Personarum predicamus.

Concilium Lateranense IV. c. i. sic
definit: Firmiter credimus et simpliciter
confitemur, quod unus solus est verus Deus,
aeternus, et immensus, omnipotens, incom-
mutabilis, incomprehensibilis, et ineffabi-
lis, Pater, et Filius, et Spiritus Sanctus;
tres quidem Personae, sed una essentia,
Substantia seu natura simplex omnino.

Concilium Lugdunense II. Can. i.
et Florentinum, in Decreto unionis, de-
finiunt, Spiritum Sanctum procedere à Pa-
tre et Filio, et non à solo Patre: ac prin-
de manifeste supponunt Trinitatem Per-
sonarum.

Denique Concilium Tridentinum
Sess. 3. confirmat Symbolum Oecumenicum
cum additione vocis Filioque.

His accedit Symbolum, quod
S. Athanasii nomen praefert, à tota Ec-
clesia usu receptum et approbatum, quod
sic habet: Fides Catholica haec est, ut unum
Deum in Trinitate, et Trinitatem in uni-
tate veneremus: neque confundentes
Personas, neque Substantiam separan-
tes. Alia est enim Persona Patris, alia
Filii, alia Spiritus Sancti, sed Patris et
Filii et Spiritus Sancti una est Divinitas,
aequalis gloria, coaeterna Majestas.

Ad 3. p. 157

* Simile argumen-
tum sup. prob. 2. d. 1.
n. 5. attulimus. A tempore Apostolorum, qui negavit
Trinitatem personarum, vel Divinitatem
Filii aut Spiritus Sancti, aut unitatem

natura, Statim in Ecclesia habitus est ut ³⁴¹
Hæreticus, necnon velut talis damnatus, ut
constat ex Historia Ecclesie. Ergo fides
Trinitatis personarum in unitate natu-
ra semper fuit fides Ecclesie Catholice, et
ab Apostolis tradita. Ergo fides Myste-
rii SS. Trinitatis est vera fides.

Solvuntur Objectiones.

308.

Ob. 1^o Versiculus 7. c. 5. Ep. i. Joan-
nis, nempe, Tres sunt qui testimonium dant
in caelo p. quo præcipue probatur Tri-
nitas Personarum in unitate natura
non est Joannis, sed posteriori ætate ab
incerto quodam libario seu ammamensi
eodem insertus. Ergo perperam huic addu-
citur ad probandam Personarum divi-
narum Trinitatem in unitate natura.

Resp. neg. ant. Vide, quæ sup.
cit. c. 3. Tit. de Epist. S. Joan. part. et Sect.
2. Trait. nostri de S. Script. hæc de re
discernimus, ubi hanc objectionem fuisse
diluimus.

Inet. Saltem in dicto v. 7. hæc
voces, et hi tres unum sunt, non signi-
ficant unitatem essentia et natura, sed
solum testimonium*, sicut eam Junta-
xat significant verba similia sequentis
versiculi 8. Et tres sunt, qui testimo-
nium dant in terra, Spiritus, aqua, et
Sanguis: et hi tres unum sunt. Ergo p.

* id est, idem dant
testimonium.

Resp. neg. ant. Nam i^o Verba
Scripturae sumi debent pro subjecta ma-
teria: ex aliis autem textibus Scriptu-
rae, et ex Traditione constat, Patrem,
Filium, et Spiritum Sanctum habere

342. unam eandemque naturam ac divinitatem. Unde cum hic dicatur esse unum, vox unum significat unitatem naturae, consensus, et consequenter testificationis. At Spiritus, id est, anima humana Christi, et sanguis ac aqua, quae ex Christi mortui latere fluxerunt, non possunt esse nisi unum compositione et testimonio. 2^o. In omnibus Graecis Codicibus verba vers. 8. v. leguntur cum propositione in, hoc modo, et hi tres in unum sunt, Supple testimonium quae propositio omissa est in Codicibus Latinis vel Scribarum iniuria, vel Haereticorum fraude. Unde Sensus textus Latini ita explicari debet ac si in eo propositio in, quae subintelligitur, adesset, nempe in hunc modum: haec tria in unam eandemque rem, humanitatis nimirum à verbo assumptae veritatem testantur consentiunt. Et contra in 7. versiculo propositio in nullibi reperitur.

309. Ob. 2. Jo. Isaia c. 44. dicitur: Ego sum Dominus, faciens omnia, extendens coelos solus, stabiliens terram, et nullus mecum. Ergo unica est in Deo persona.

Resp. neg. cons. Nam pronomen ego supponit pro tribus personis, quae sunt unus Dominus; et vox exclusiva solus excludit solam cooperationem creaturarum in creando mundo.

310. Ob. 3. Jo. Illud Isa. c. 45. Ego sum Deus, et non est alius proter me. Ergo unica est in Deo persona.

Resp. neg. cons. Pronomen ego sup. 343.
ponit pro tribus personis divinis, nam sup-
ponit pro eâ et omni personâ, quæ est ve-
rus Deus; tres autem personæ divinæ sunt
verus Deus, utpote habentes unam ean-
demque divinitatem; nec eas excludit,
sed solum alium Deum præter ipsum.

Ob. 4.º Primi Christiani non cre- 311. Col. p. 58
diderunt mysterium Trinitatis. Ergo
non existit. Prob. ant. Si priores Chris-
tiani hoc Mysterium credidissent, id
non latuisset gentiles, qui eis objecif-
sent innumeras difficultates, quæ
cuique illud consideranti se se spontè
objiciunt; et ex eo desumpserunt argu-
mentum pro pluralitate Deorum, quam
illis passim Christiani exprobrabant.
At gentiles neutrum fecerunt: nam
ne in illorum libris, nec in Christiano-
rum apologiis istæ objectiones reperi-
untur. Ergo.

Resp. neg. ant. ad ejus prob.
neg. maj. Nam Quamvis Pastores
Ecclesie primis seculis Diligenter Mys-
terium SS. Trinitatis Fideles expli-
citè docerent, nec baptizarent Cate-
chumenos antequam Symbolum in
quo continetur, memoriter tenerent,
ac recitassent; tamen illud passim
gentilibus non vulgabant, ne proji-
cerent Margaritas ante porcos, ac ne,
propter difficultates, quas continet,
eorum animos exulcerarent, neve illud
ob nonnulla, quæ rationem superant,

344. irrisioni exponerent. Quare Patres trium
priorum Saeculorum de illo mysterio aut
scribentes, aut coram Gentilibus loquen-
tes, oeconomicis causis, libobscuris phra-
sibus usi sunt, quas tamen fidelibus
postea clare explicabant.

Resp. 2^o neg. min. Iniaio
plurimi libri contra Religionem Christi-
anam ab Ethnicis scripti exiuerunt partim
injuriam temporum, partim Christianorum
Principum et Praelatorum Ecclesie diligen-
tia: multa quoque Christianorum apo-
logia temporum injuriam, atque etiam
fidei hostium malitiam. 2^o Plinius
lib. 10. ep. 97. ad Trajanum, ait, a Christia-
nis carmina Christo tanquam Deo can-
tari solita. Et Justinus Martyr, in
prima sua pro Christianis apologia re-
fert, Christianos ab Ethnicis insipientia
pursimulari, quod Christum tanquam
Dei filium colant, divina autem Chris-
ti filiationis sine Personarum pluralitate
cognosci nequit. 3^o Sub finem se-
cundi Saeculi Praxeas scripsit contra
Trinitatem, et ex ea Deorum plurali-
tatem adversus Catholicos probare nitens
tur. 4^o Celsus Gentilis Philoso-
phus, apud Origenem in lib. contra eun-
dem Celsum, probare conatur, ex fide
Trinitatis sequi Deorum pluralitatem.
His adde acta Sincera Martyrum, quae
innumera divinitatis testimonia con-
tinent, ut et filiationis divina Christi,
quae cognosci non potest sine pluralitate
personarum in Deo.

Ob. 5^{to} Si essent tres Personae in Deo, esset compositio realis. Falsum consequens. Ergo. 345.
312.

Resp. neg. sequel. maj. Nam compositio est unio multorum realiter distinctorum; at in Deo personae divinae non ununtur ad invicem, sed identificantur in naturam. Unde Personae divinae non se habent ut plures unius totius partes, sed ut una simplicissima entitas, et unaquaeque Persona cum natura sibi realiter identificata constituit unam personam simplicem ab aliis Personis realiter distinctam: ita ut Deus sit in natura simplicissimus et unicus, et tamen in personis trinus.

Inst. 1^o. In Deo erit pluralitas ac distinctio realis. Ergo et compositio.

Resp. neg. cons. Nam ad compositionem non sufficit pluralitas realis, sed requiritur unio multorum inter se realiter distinctorum in ratione entitatis.

Inst. 2^o. Si daretur distinctio et pluralitas realis in attributis divinis, daretur compositio realis in Deo. Ergo à pari, si datur pluralitas realis Personarum in Deo, datur etiam compositio realis.

Resp. neg. cons. Disparitas est quia si attributa divina essent inter se realiter distincta, non essent in Deo simul nisi per unionem, et sic facerent compositionem realem: nam non possunt esse in Deo per identitatem in na-

col 9 p 159
L. C.

pectu humanitatis sint unus homo logicè 347
et secundum speciem duntaxat, sunt ta-
men tres homines realiter inter se distin-
cti, quia sunt tres persone. Ergo pari-
ter tres persone divine sunt, iuxta hunc
S. Patrem tres numero Dii inter se reali-
ter distincti, p.

Resp. dist. maj. Persona divina
iuxta S. Gregorium se habent respectu di-
vinitatis p. secundum quid, conu. maj.
secundum omnia, neg. maj. Omnis pari-
tas seu similitudo, iuxta communem
parochiam claudicat. S. Gregorius itaque
non hic intendit omnimodam instituisse
comparationem personarum divinarum
cum personis ~~divinis~~ humanis, ita ut non
aliter tres persone divine sint unus
Deus, quam tres persone humane sint
unus homo, ut patet ex eisdem orat.
cathes. c. 3. sed solum vult significare,
quod sicut Petrus, Paulus, et Joannes
ita sunt unus homo, ut tamen sint tres
personae humane: sic Pater, Filius,
et Spiritus Sanctus sic sunt unus Deus,
ut tamen sint tres persone divine;
et vicissim, quod, sicut Petrus, Pau-
lus, et Joannes ita sunt tres persone
humane; ut tamen sint unus homo:
sic Pater, Filius, et Spiritus Sanctus
ita sunt tres persone divine, ut ta-
men sint unus Deus; cum hoc tamen
discrimine, quod plures persone huma-
ne sint unus homo logicè duntaxat,
et specie, seu unus unitate conveni-
entiae et similitudinis, quae facit, ut
à mente humana per abstractionem
velut unus homo concipi possint: tres

Cap 160

348. autem Personae Divinae sunt unus Deus, phy-
sice et numero, seu unitate numerica;
quia plures personae humanae habent hu-
manitates plures numero et realiter dis-
tinctas; tres autem personae divinae ha-
bent unam eandemque numero divini-
tatem.

315. Ob. 8. Si essent tres Personae
Divinae, tres essent Dei. Falsum conse-
quens. Ergo.

Resp. neg. sequel. maj. Quia
tres idae personae divinae habent unam
eandemque numero divinitatem. ad
multiplicationem autem concreti sub-
stantivi requiritur tum subjecti seu sup-
positi, tum etiam forma multiplica-
tio, ut docent Philosophi, et constat ex
usu.

316. Ob. 9. ubi unica est natura
ibi non possunt esse plures personae; hoc
est enim receptum apud omnes effatum:
Quae sunt eadem unitatis, sunt eadem
inter se. Ergo si personae divinae sint
quid unum et idem cum natura, non
possunt à se invicem distinguere.

Resp. neg. ant. ad ejus probatio-
nem petitam ex recepto Scholae effato
Quae sunt p. Divinus 1. effatum istud
purè Philosophicum esse, rebusque dum-
taxat creatis applicari debere, non di-
vinis, quae infinito inter se distant in-
tervallo. Et verò non minus obtinet
apud veteres Philosophos idud aliud effa-
tum: Ex nihilo nihil fit. attamen su-
am exceptionem patitur, et in iis dum-
taxat locum habet, quae naturaliter agunt,
non in aliis, prout omnes Christiani agnos-
cunt, ne quidem exceptis Socinianis.

Dicimus 2.^o Dist. adductum axioma 349.

Quae sunt p^o respectu illius in quo conveniunt cum uno testio, conc. respectu illius in quo non conveniunt, neg. Et ita quia persona divina conveniunt in essentia divina, idem etiam sunt inter se quoad essentiam divinam; ac consequenter recte quidem dici possunt idem, sed non idem: quia vero non conveniunt ratione personae, non possunt dici eadem personae.

Dicimus 3.^o aliter distinguendo axioma istud: Quae sunt eadem uni testio singulari et incommunicabili, sunt eadem inter se, conc. uni testio universali vel saltem communicabili, neg. Sic v. g. Petrus et Paulus, prout in resp. ad ob. 7. mam adnotavimus, sunt unum in natura humana specificè sumpta, sed non sunt unum inter se numericè; quia natura humana communis et universalis est, quae multis communicari potest. Ratio est, quia cum natura multis communicatur, necesse est, ut inter eum, qui naturam communicat, et eum cui communicatur, relativa oppositio intercedat, adeoque et realis distinctio: quia ergo tres persona divina conveniunt in una essentia, idem sunt cum illa; quia vero essentia illa communicatur à Patre Filio et Spiritui Sancto, necesse est, ut Pater realiter distinguatur à Filio et Spiritu Sancto.

4.^o aliter distinguere adhuc potest istud axioma: Quae sunt eadem uni testio adaequatè sumpto, eadem sunt inter se, conc. inadaequatè sumpto, neg. Sic non concludit iste Syllogismus, Petrus est homo, Paulus est homo; ergo Petrus est Paulus, quia terminus homo, in quo sunt quid

quatenus vero *equivaleat relativo*, non *com-* 351.
municatur: unde *nuda proprie dicta hu-*
intervenit contradictio; hoc quippe, ut *vera*
lit, debet esse de eodem sub eodem respectu.
poro sub diverso respectu eadem *Dei enti-*
tas comunicatur et non comunicatur.
Infinita propemodum hujusmodi exem-
pla occurrunt etiam in rebus creatis. Sic
v.g. *natura humana, quo est in Petro, com-*
municatur aliis hominibus, quatenus speci-
fice consideratur, non comunicatur,
quatenus est singularis et individua. Cari-
ter idem homo *immortalis dicitur et mor-*
talis, ratiocinari et non ratiocinari: im-
mortalis est, et ratiocinatur ratione ani-
mae seu mentis, mortalis est et non ratio-
cinatur ratione corporis.

Ob. 10^{mo} Si sint in Deo tres perso- 317.
nae identificatae divinitati, sunt quatuor
res in Deo. Ego est quaternitas, non vero
trinitas, nempe Divinitas et tres personali-
tates. Resp. neg. est. Nam non sunt qua-
tuor inter se realiter distincta, divini-
tas enim identificatur tribus personalita-
tibus. Quamvis igitur sint in Deo tres
res relative, nempe personalitates, et una
res absoluta, nempe Divinitas; tamen
tres illae res relative, cum identificen-
tur illi rei absolute seu Divinitati, non
faciunt cum illa numerum: nam in om-
ni numero unitas distinguitur realiter
ab unitate quae cum facit numerum. Sic
corpus, et anima rationalis, et unio phy-
sica, et homo, qui ex illis constituitur,
non faciunt quatuor, sed duntaxat
tria et unum, nempe unum hominem,
quia homo, qui est totum ex anima et
corpore unitis constitutum, cum iisiden-

352. tificetur, non facit nec facere potest cum illis numerum. Igitur in Deo est Trinitas et unitas, Trinitas personarum, et unitas essentia: quare Deus est trinus et unus.

318. Ob. 11^{mo} Si Pater et Filius habeant eandem divinitatem, valebit hic Syllogismus: haec divinitas est Pater, haec divinitas est Filius. Ergo Filius est Pater, ideoque sunt una persona. Ergo.

Resp. neg. sequel. ant. Syllogismus ita est vitiosus; quia medius terminus nempe divinitas non sumitur universaliter distributive, prout sumi debet et hoc modo, quidquid est divinitas p.

iuxta regulam à nobis in logica nostra traditam; sicque negabitur antecedens; non enim quidquid est divinitas est Pater p. nam Filius est etiam divinitas, et tamen non est Pater, utpote ab ipso distincta persona p.

319. Ob. 12^{mo} Rationi repugnat, quod una numero natura tribus personis realiter inter se distinctis identificetur. Ergo rationi repugnat Mysterium SS. Trinitatis.

Resp. neg. ant. Idquidem humanae mentis captum superat, et est supra non vero contra rationem naturalem.

2. 162. — Imò ipsa naturalis ratio docet, essentiam divinam seu esse divinum, utpote infinitum et incomprehensibile, existere posse variis modis, qui intellectui finiti captum superent, et ejus modum existendi debere esse incomprehensibilem cuilibet intellectui finiti. Fides vero nos docet, quisnam sit ille incomprehensibilis modus esse divini, quando eum in eo consistere dicit, quod una eademque natura

Divina tribus Personarum realiter
inter se distinctis, quatenus secunda à pri-
mâ testia à duabus aliis procedit, identi-
ficetur.

Ob. 13^{to} *Mysterium Trinitatis* 320.

hæc duo contradictoria admittit: Deus est
genitus, Deus non est genitus, nam Pater
est Deus, et Filius est Deus, et tamen Pa-
ter non est genitus, Filius verò est geni-
tus. Ergo repugnat.

Resp. neg. ant. Nam hæc duo
propositiones non sunt contradictoria,
non enim sunt de eodem sub eodem res-
pectu; nam in prima Deus supponit
pro Filio; in secunda verò pro aliâ Tri-
nitatis personâ, vel, si utraque univer-
sali sit, nec in ea Deus ad unam determi-
natam divinitatis personam restringa-
tur, utraque falsa est.

Ob. 14^{to} *Tres personæ Divinae* 321.

Sunt tres naturæ intelligentis Subsisten-
tiæ individua et incommunicabiles
alteri ut supposito. Ergo sunt tres
Dii.

Resp. neg. cons. Quia tres illæ
subsistentiæ sunt Subsistentiæ relative
eiusdem naturæ intelligentis illis absque
usâ huius multiplicatione identificata.

Ob. 15^{to} *Persona Divina est in-* 322.

finita. Ergo unica; infinitum enim
unicum est, atque hæc ratione demons-
trant Theologi, Deum unum esse, quia
infinitus est in omni genere perfectionis.

Resp. neg. cons. Qualibet perso-
na Divina perfectione infinita est identi-
cè seu ratione essentiali, à qua non distin-

test cum illis
Trinitas et
et unitas
et unus.
Filius ha-
valebit hu-
Pater, hæc
lius est Pa-
Ergo
nt. Sola
medus ter-
limitur un-
t huius ubi
vinitas p-
à nostrâ
interceden-
tas est Pa-
Divinitas
ab ipso
repugnat
rius p-
is iden-
t My-
midem
test huius
turali
t, essentia
t pote
existen-
is finitâ
m existen-
lem cau-
ero nos
sibili
eo com-
natur

354 quitur: neque tamen inde licet concludere,
unicam esse debere personam, sicut unicum
esse Deum ex ipsius infinitate probant Theo-
logi. Disparitatis ratio est, quia plures non
possunt esse Dei, cum duo non possint esse
ejusdem ordinis infinita; unum enim non
includeret omnem alterius perfectionem.
Monita est de personis divinis: licet enim
inter se distinguantur, quia relative sibi
invicem opponuntur; non tamen distin-
guantur ab essentia, unde omnis perfectio
emanat; ac consequenter nulla est in una
perfectio, quae in altera personam non sit.

323.

S. Secundus.

De unitate naturae seu essentiae in Trinitate

Ex his, quae precedenti S. disseruimus
manifestum est tres Personas divinas esse
unum verum Deum, adeo ut de earum
naturae unitate huiusmodi plura adhuc loqui
superfluum forte videri posset. Quia ta-
men, ut ibidem adnotavimus Haeretici
Filii et Spiritus Sancti divinitatem Speia-
tium impugnaverunt; opere pretium esse
duximus, eandem Speiationem etiam pro-
bare. De Filii et Spiritus Sancti
divinitate duntaxat agemus: criminum
de Patris divinitate nullum extat dubium,
cum ex Scriptura, Traditione, et ratione
constat eum esse ens a se, et à quo crea-
ta omnia pendeant: neque ejus divi-
nitatem sive Judaei, sive Haeretici ne-
garunt. Et certè qui unum Deum agnos-
cunt, consequenter admittere debent
unam saltem personam in Deo, quae
possit vocari Pater, cum Deus sit rerum
omnium principium. Patris tamen no-
men, ut prima persona proprium, ali-

quid aliud significat, nempe primum
filii consubstantialis: nam in Scriptura
Pater vocatur specialiter et singulariter
Pater Domini nostri Jesu Christi, i. cor. 5. v. 2. +++
et filii unigeniti, Joan. 3. v. 16.

33. 100

Primo ergo de divinitate Verbi seu
filii, tum de Spiritus sancti divina natu-
ra et consubstantialitate agemus. Sit

Conclusio prima

Filius est verus Deus. Est de Trinitate
et primum Religionis Christianae fun-
damentum.

Prob. 1^o Ex Scripturis. Ex Veteri
Testamento. Jerem. 23. v. 5. et 6. Eccie
dies veniunt, dicit Dominus, et suscita-
bo David germen justum; et regnabit
Iher, et sapiens erit, et faciet iudicium
et justitiam in terra. In diebus illis
hababitur, Iuda, et Israel. Habitabit con-
fidenter, et hoc est nomen quod voca-
bunt eum. Dominus justus noster.

In hebraeo legitur, Et hoc est nomen
quod vocabit eum, Jehovah justitia
nostra. Nomen vero Jehovah
soli Deo est proprium nec alteri com-
municabile, idcirco Deus sibi met
imposuit ac sepe usurpavit, Isa. 24.
v. 8. Ego Dominus, in hebraeo, Ego Je-
hovah, hoc est nomen meum: gloriam
meam alteri non dabo.

Porro egregium istud testimo-
nium de Messia intedigi debere non
desistunt Iudaei veteres, prout os-
tendit Huetius*. Nomen vero istud
Jehovah 40. Interpretes, Apostoli, et
Evangelista reddunt per κύριον, Do-

* Lib. Demonst.
Evangelicae pro-
posit. 7. v. 10.

356. minum de Christo adaptant, qui centies

* Antonomasia Dominus appellatur antonomastice* seu
figura, qua per excellentiam.
nomen appella-
tivum ponitur
pro nomine pro-
prio.

163.

Isaia 6. v. i. et seq. Vidi Dominum
ait Propheta, sedentem super solium
excelsum et elevatum, et ea quae sub ip-
so erant, replebant Templum; et cetera, quae
de Deo summo intelligenda esse nemo am-
bigit. Atqui haec de Christo dixisse, Isaiaem
testatur S. Joannes Evangelista c. 12. v. 41. ubi
haec dixit Isaia, inquit, quando vidit glori-
am ejus, et locutus est de eo, nempe Christo.

Idem Propheta c. 9. v. 6. Parvulus
natus est nobis, inquit, et filius datus est
nobis; et factus est principatus super hu-
merum ejus; et vocabitur nomen ejus, ad-
mirabilis, Consiliarius, Deus. Hebraeus habet
El, quod proprie Deus interpretatur; Fior-
tis, Pater futuri saeculi, Princeps pacis.
Nudum effugium admittere posse videntur
haec verba, adeo per se se clara et perspicua
sunt: Et vel ipsimet veteres Judaei ac eti-
am Dominiani ea de Messia Christo dicta
uisse profitentur. Atqui ibidem dicitur
Messias Deus El, et quidem fortis.
Ergo id.

Ex Novo Testamento. Joan.
c. 1. v. 1. et seq. In principio erat Verbum
inquit Evangelista, et Verbum erat apud
Deum, et Deus erat Verbum. Omnia per
ipsum facta sunt, et sine ipso factum
est nihil, quod factum est. Haec ver-
ba, Et Deus erat Verbum, clare expriment
divinitatem Verbi. Nam hic est ordo ver-
borum secundum sensum, et Verbum erat
Deus. Praeterea si Deus est Verbum,
Verbum etiam est Deus: nam Deus non

est creatura, et Deus secundum se, et scilicet unio^{357.}
ne substantiali cum creatura, non est nisi De-
us. Deinde omnia per Verbum seu Fili-
um facta sunt, ergo Filius non est factus,
ergo non est creatura, nam omnis creatura
facta est. Item omnia per Verbum seu
Filius facta sunt, quae scilicet facta sunt,
id est, omnis creatura per Filium facta est.
Ergo Filius non est creatura, alioquin Fili-
us se ipsum fecit, quod repugnat. Atqui
si Filius seu Verbum non est creatura, est
Deus: nam omne ens verum vel est Deus,
vel creatura.

4. 164.
Ulterius Joan. c. 10. v. 30. Ego et Pater,
inquit Christus, unum sumus. Id est una
res, una substantia, natura et divinitas.
In his verbis Christus clare exprimit suam
cum Patre aequalitatem et unitatem in-
essentia; ita ut Iudaei hoc statim in-
tellexerint, ut patet qui statim de Christo
haec verba protulisset, lapides sustulerint,
ut eum lapidarent de blasphemia, inqui-
unt, et quia tu homo cum sis, facis te
ipsum Deum.

Profecto si Christus non esset Deus
debuisset hoc Iudaeis illis clare signifi-
care, et verba sua explicare de unitate
moralis, ut tolleretur scandalum, et Deo
debitam gloriam redderet, quod tamen
non fecit. Contra ad probandam verita-
tem verborum suorum sensumque, quo illa
de unitate et identitate naturae cum Patre
Iudaei intellexerant, provocat admiranda, quae
coram eis patrarat. Quem Pater... misit in
mundum, inquit, vos dicitis, quia blasphemus
quia dixi Filius Dei sum? Si non facio

358. opera Patris mei, nolite credere mihi. Si autem
facio, et si mihi non vultis credere, operibus
credite, ut cognoscatis et credatis quia Pater
in me est, et ego in Patre, per identitatem
scilicet nature. Per hanc autem mutua
immanentiam clarè adhuc exprimit suam
divinitatem: nam in Deo nihil est, quod
non sit Deus per identificationem divini-
tatis.

Ibid. c. 10. Christus se se tanquam
Dei filio ait: omnia quaecumque habet
Pater, mea sunt. Certè qui habet omnia
quaecumque habet Deus verus, iste est ve-
rus Deus, nam habet etiam divinitatem.
Atqui Filius aperit, se habere omnia que-
cumque habet verus Deus, ergo est verus De-
us. Nihil Patre minus habet ille, qui
dicit: omnia, quae habet Pater, mea sunt.

S * lib. 1. contra Ma-
ximum, c. 14.

H. 164.

Aequalis est igitur, inquit S. Augustinus*
Rom. 9. v. 5. Ex quibus est Christus se-
cundum carnem, qui est super omnia Deus be-
nedictus in saecula. Et, Philip. 2. v. 6.
Hoc sentite in vobis, quod et in Christo Iesu,
qui cum in forma Dei esset, non rapinam
arbitratus est esse se aequalem Deo. Et
Heb. 1. v. 8. Ad Filium autem /: dixit Deus
Pater: / thronus tuus Deus in saeculum saec-
uli. ubi Apostolus apertis verbis se-
clarat Filium esse Deum.

Ex textu ad Philip. 2. v. 6. proinde
hoc conficitur pro divinitate Christi argu-
mentum. Ideo verè Deus est, qui est in
formâ, hoc est, in naturâ Dei, qui què
non arbitratur rapinam esse, id est, rem
à se alienam et externam, quòd sit
Deo aequalis. Atqui, ipso pronuntiantè
Apostolo, talis est Christus. Ergo Chris-
tus est verus Deus naturâ et substantiâ.

Denique, ultra innumeros alios tex-
tus, qui Christi divinitatem manifestè

359.
Declarant, 1. Joan. c. 5. v. 20. Scimus, quoni-
am Filius Dei venit, et dedit nobis sensum
ut cognoscamus verum Deum /: Patrem / et
Sinus in verò Filio eius. Hic est verus Deus,
et vita aeterna.

Prob. Conclusio 2. ex Traditione, quae
clare cluet in unanimi omnium Ecclesie
Patrum consensu. Et cum adversarii ultro
fateantur, Patres, qui post testium seculi
floruerunt, pro Christi divinitate
sententiam tulisse, eorum duntaxat tes-
timonia hic referemus, qui ante exortam
Arianam haesim et ante Concilium Nica-
num I. scripserunt. et à Graecis impie-
mus.

Ex Graecis itaque 1.º S. Ignatius * obiit an. 108.
vir Apostolicus et martyr, necnon in Aetio- Imperii Tra-
chena Sede S. Petri Successor, Christi Divi- jani 10mo.
mitatem sepius adstruit. Ep. ad Ephes.
Nihil latet Dominum, inquit, sed et arca-
na nostra prope ipsum sunt. Omnia igitur
faciamus, sicut ipse in nobis habitan-
te, ut idius Sinus Tempora, et ipse /: Chris-
tus neque /: sit in nobis Deus noster. In
eadem Epistola sic Christum describit: Unus
medicus est, carnalis et spiritualis, geni-
tus et ingentus, in carne factus Deus, in
morte vita vera, et ex Maria et ex Deo;
primò passibilis, et tunc impassibilis.

Quem Ignatii locum citat Theodoretus
Dialogo primo, et S. Athanasius lib. de
Synodis. Denique Ep. ad Magne-
ranos Verbi divini aeternam generatio-
nem expresse docet: Deus unus est, ait,
qui manifestavit se ipsum per Jesum
Christum filium ipsum, qui est ipse Ver-
bum aeternum non à silentio procedens.

2.º S. Polycarpus S. Ignatii discipulus obiit an. 167.
et Episcopus Smyrnensis, et cum illo tota

5. 165.

360. Smyrnensis Ecclesia, in eâ celebri epistolâ, quam
ipsa scripsit ad Ecclesias Ponti apud Euseb.
lib. 4. Hist. c. 15. Pater unigeniti, inquit,
et benedicti Filii tui Jesu Christi.... Benedi-
cite.... te laudo, te benedico, te glorifico per
sempiternum Pontificem Jesum Christum
unigenitum Filium tuum, per quem tibi una
cum ipso in Spiritu Sancto gloria nunc et in sae-
cula saeculorum. Ergo juxta S. Polycarpum
tres divinae personae eandem gloriam sunt honoran-
tes, adeoque inter se plane coaequales. Jesus
Christus est Filius Dei unigenitus, ac sempi-
ternus Pontifex, adeoque vere Deus, ab aeter-
no ex Substantiâ Patris genitus.

* * * obiit an. 161.

3. S. Justinus Philosophus et Martyr,
in cohortatione ad Graecos de Christo haec ait: Qui
cum Dei sit Verbum, virtute ac potentia ab
eo indiscretum, homine... assumpto, ad me-
moriam nos praeceptorum parentum religionis
revocavit.

Et Apolog. i.â expresse dicit
Verbum simul cum Deo Patre existere ante cre-
aturas. Porro Filius ejus, qui solus proprie
dicitur Filius, Verbum, simul cum ipso ante
creaturas, et existens, et nascent, quoniam pri-
mitus per eum cuncta condidit. Apolo-
gia vero 2.â dixerim, ait, Filium Patrem
esse dicunt, comperiuntur neque Patrem si-
re, neque Filium esse Patri universorum
nope: qui quod Verbum et primogenitus
Dei sit, Deus etiam est.

* * * floruit an. 170.

4. Athenagoras Philosophus Athenien-
sis Christianus, legatione pro Christianis. Unum
inquit, predicamus Deum quin et Dei Fili-
um mente complectimur.... Filius Dei est
Verbum Patris, in idea et officina. Ab ipso
enim et per ipsum facta sunt omnia, cum
Pater et Filius unum sint. Et infra. Ne-
quaquam nos esse à Deo alienos, qui uni-
versitatis ejus opificem, simulque ejus
Verbum, seu verum Deum, veneramus,
demonstratum est. Superioris autem

168

~~169~~

clare totam Trinitatem profitetur his verbis: 361.

Deum aperiimus, et Filium eius Verbum,
et Spiritum Sanctum... essentia unum.

5^o Theophilus Antiochenus Episcopus, lib. 1. ^{floruit an. 181.} ****
4. Allegoriarum in Evangelium sic ait: Sci- ^{lib. Marc. Au-}
endum est, quod Christus Dominus noster ita ^{relig. Impera-}
verus homo, et verus Deus est, De Patre ^{tor.}
Deo Deus, De matre homine homo.

6^o S. Irenaeus S. Polycarpi Discipulus ^{floruit an. 201.} *****
et Lugdunensis Episcopus ac Martyr, lib. 3.
cont. Haeres. c. 6. Neque igitur, inquit, Domi-
mus, neque Spiritus Sanctus, neque Apos-
tolicum, qui non esset Deus, definitivè
et absolute Deum nominassent aliquan-
do, nisi esset verus Deus; neque Dominum — 6. 100.
appellassent aliquem ex sua personà, nisi
qui Dominatur omnium, Deum Patrem
et Filium eius. Citat ibidem inter alia
ibid. Gal. 44. Unxit te Deus Deus tuus, et
addit, utrosque enim Dei appellatione si-
gnificavit Spiritus, et eum, qui ungi-
tur, et eum qui ungit, id est, Patrem...
Hæc enim est Synagoga Dei, quam Deus,
hoc est, Filius ipse per semetipsum colle-
git... Quis Deus? De quo dixit, Deus ma-
nifestè veniet, Deus hoster et non silebit:
hoc est Filius, qui secundum manifestatio-
nem hominibus advenit, p.

7^o Clemens Alexandrinus Presbyter, ^{floruit an. 220.}
in admonitione ad Graecos seu ad Gentes:
Nunc autem, inquit, apparuit homini-
bus hic ipse Verbum, qui solus est ambo,
Deus et homo... Verbum divinum, qui re-
verà est Deus manifestissimus... Et lib.
Pedagogi c. 8. Nihil ergo odiù habet Deus,
sed neque Verbum: utrumque enim est
unum, nempe Deus. Et lib. 3. in fine:
Laudemus unum Patrem, et Filium...

362

unaum Sancto Spiritu, qui unus est omniaque
floruit an. 215.

8.º Cajus antiquus Theologus Romana
Ecclesie Presbyter, Tractatum scripsit con-
tra heresim Artemonis, qui Christi divini-
tatem impugnabat. De illo sic habet Pho-
tius codice 48. De Christo autem vero Deo
aptissime loquitur, p. 3

obit an. 230.

9.º S. Hippolytus Martyr et Episco-
pus Portuensis, iuxta nonnullos; iuxta alios
autem, Arabie Metropolitam, Serm. i. apud
Anastasium in Collectaneis sic loquitur:
Christum: Deum immensum Annu, et
circumscriptum hominem ... Simus. Et
ibid. Divinitas, inquit, ut erat ante incar-
nationem, est et post incarnationem,
secundum naturam infinita, incomprehen-
sibilis, p.

obit an. 254.

6. 166.

10.º Origenes Clementis Alexandrini
Discipulus, Lib. i. ubi de Magis loquitur,
Christum vocat Deum, cui eo nomine
tunc ipsi obtulerunt. Et lib. 3. contra
Celsum. Sciant, inquit, isti criminato-
res, hunc Jesum, quem jam olim Deum
Deique Filium esse credimus, ipsum esse
Verbum, p.

obit an. 269.

11.º S. Dionysius Alexandrinus Origenis
Discipulus, in epistola contra Paulum Sa-
moratenum inter alia, Unus est Christus,
inquit, qui est in Patre coeternum Verbum.
... Christus aequalis Patri, nulla diffimili-
tudine substantia. Et in Apologia sua
apud S. Athanasium, quibus, inquit, crimi-
nationem eorum depulsi, mendacemque
ostendi, qua agebant, me Christum nega-
re Deo esse consubstantialem.

floruit an. 215.

Ex Latinis. Testudianus, Apo-
logetici c. 21. sic ait: Hunc / Dei Filium /
ex Deo prolatum didicimus, et prolatione
generatum, et idcirco Filium Dei et

Deum benedictum ex unitate Substantia, p. 363.
Item lib. cont. Graecam c. 19. Dei non duo
dicuntur, inquit, nei Domini, sed quia
Pater et Filius duo; et hoc non ex separa-
tione Substantia, sed ex dispositione, cum
indivisum et inseparatum Filium à
Patre pronuntiamus.

Ceteros Latinos Patres brevitatis
gratia omittimus, quorum testimonia
vel apud informet, vel passim in Theologo-
rum libris legi possunt, ut S. Cyrilliani,
lib. 2. testimoniorum adversus Iudeos,
c. 6. Dionysii Romani, in Ep. adversus
Sabellianos, apud S. Athanasium lib. de
Decretis Synodi Nicenae. Novatiani, lib.
de Trinitate, c. 31. ad calcem Operum Ter-
tulliani. Firmiliani Ep. ad S. Cyria-
num. Arnobii, Lactantii, et alio-
rum.

Hae constanti et perpetua Ecle-
sia fide ac Traditione inspecta et di-
ligenter exussata, trecenti, et decem octo
Patres in Concilio Niceno generali pri-
mo an. 325. sub Sylvestro Summo
Pontifice congregati, presente, ac
protegente Constantino Magna Impe-
ratore, in Solemni fidei Symbolo de-
clararunt, ac Definierunt, Credere se
in unum Dominum Jesum Christum
Filium Dei, ex Patre natum uni-
genitum, id est, ex Substantia Patris,
Deum ex Deo, Lumen ex lumine, De-
um verum ex Deo vero: natum non
factum, consubstantialem Patri,
per quem omnia facta sunt. Quam
Definitionem omnia Deinceps occu-

7. 167

memia et legitima Concilia probaverunt
et confirmaverunt.

His autoritatibus addi potest
istud præscriptionis argumentum. Ecce-
lesia initio quarti sæculi damnavit he-
resim Arianam asserentem Filium
Dei esse creaturam, et definiit eum
esse verum Deum, ejusdem cum Patre
Substantia. Ergo initio quarti sæ-
culi Ecclesia credebat, Filium esse
verum Deum. Ergo Ecclesia etiam tribus
prioribus sæculis credidit divinitatem
Filii. Nam si prioribus sæculis fuisset
alia fides, doctrina Ecclesie mutata
fuisset initio quarti sæculi, vel tertio
sæculo. Atqui hoc dici non potest: ete-
nim dici non potest, quo tempore, in
quâ regione, quo auctore hæc mutatio
coeperit, quas contentiones excitavit,
quos adversarios habuerit, quibus pro-
motoribus et quibus præsidis omnes
Ecclesias pervaserit. Tantam enim doc-
trina Catholica ab Apostolis tradita mu-
tationem ac corruptionem in re tanti
momenti factam esse inerto auctore
et tempore, nemine reclamante et ob-
sistente, consentientibus omnibus
Ecclesiis Bræsulibus et Doctoribus, pro-
lus est incredibile, et evidenter repu-
gnat experientia cujuslibet mutatio-
nis præsertim in re tam gravi, atque
Christi promissionibus de conserva-
dâ Ecclesiâ sponsâ suâ in verâ fide
ab ipso et Apostolis ejus acceptâ. Pa-
tet igitur Patres Niceni Concilii,
quando istud præcipuum fidei Chris-
tiane dogma definiierunt, illud, pro-

7. 167.

...tum in lo-
... Ecclesia, Sa-
... per definitio-
... Concilio
... Spiritus sancti
... et Filii consub-
... 10. De Spi-
... Jac. 6. v. 9.
... vade et vice
... et nocte
... v. 25. Domi idq
... esse dicitur à S.
... sanctus locutus e
... nostros dicens: V
... eos: Ave aucti
... Psalm. 94. v.
... audientis, nolite
... sicut in imitatio-
... vestri, p. atq
... erandum est, et q
... à Paulo di
... Heb. 3. v. 7. 8.
... sit Spiritus sancti
... audientis, nolite
... sicut in exa-
... diem tentationi
... mit me Patres
... Plura item d
... sancti attin
... Genesis 1. v. 2. &
... botur super aqua
... balat aqua;

ut diximus, tum in Scripturis sacris, tum in 365
Traditione Ecclesie, Sanctorumque Patrum
Scriptis jam definitum invenisse, atque
illud confirmasse.

Conclusio 2^a

325.

Spiritus Sanctus est verè Deus,
Patri et Filio consubstantialis.

Prob. 1^o Ex Scripturis. Ex Veteri Tes-
tamento. Isai. 6. v. 9. Deus ꝑ. Jehovah; di-
cit Isai: Vade et dices populo huic: Audi-
te audientes et nolite intelligere, ꝑ. Atqui
Act. 28. v. 25. Deus idè Jehovah; Spiritus
Sanctus esse dicitur à S. Paulo: Bene Spi-
ritus Sanctus locutus est per Isaiam ad
Patres nostros dicens: Vade ad populum istum,
et dic ad eos: Aure audietis, et non intelli-
getis.

Palm. 94. v. 8. et 9. Hodie si vocem
ejus audieritis, nolite obdurare corda ves-
tra sicut in irratione secundum diem
tentationis in deserto, ubi tentaverunt me
Patres vestri, ꝑ. atqui Deus ille, cui ob-
temperandum est, et quem tentaverunt
Israëlita, à Paulo dicitur esse Spiritus
Sanctus, Heb. 3. v. 7. 8. et 9. Quapropter si-
cut dicit Spiritus Sanctus: hodie si vocem
ejus audieritis, nolite obdurare corda
vestra, sicut in exacerbatione, seun-
dum diem tentationis in deserto, ubi ten-
taverunt me Patres vestri, ꝑ.

Plura item Scripturae veteris loca
Spiritui Sancto attributa divina tribuunt,
ut genesis 1. v. 2. Otermitatem Spiritus Dei
serbatur super aquas, seu, ut alii verunt,
inubabat aquis; foecunditatem ipsi

0. 160.

366. impertiens, adeoque jam ante mundi crea-
tionem extabat. Sap. i. v. 7. Spiritus
Domini replevit orbem terrarum. Et Psal.
138. v. 7. Quo ibo à Spiritu tuo, et quo à fa-
cie tua fugiam? Quibus textibus ejus im-
mensitas et ubique presentia designatur.

Psal. 32. v. 6. Verbo Domini Coeli firmati sunt, et Spiritu oris ejus omnis virtus eorum. Quò ejus omnipotentia significatur. Unde Luca i. v. 31. Spiritus Sanctus dicitur virtus Altissimi.

Adde ex novo Testamento idem i. Cor. 2. v. 10. Spiritus omnia scrutatur, etiam profunda Dei. et Joan. 16. v. 13. Cum venerit id est Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Quibus ipsius omniscientia exprimitur. Ergo, p.

20. In Novo Testamento. Matthaei c. ult. v. 19. Docete, inquit Christus, Apostolis suis, omnes gentes: baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Ubi Spiritui Sancto tanquam Persona à Patre et Filio distincta tribuitur idem nomen scilicet auctoritatis et virtutis cum Patre et Filio. Ergo Spiritus Sanctus tam est verus Deus, quam Pater et Filius.

i. Joan. c. 5. v. 7. Tres sunt, qui testimonium dant in caelo, Pater, Verbum et Spiritus Sanctus. Et hi tres unum sunt. Ergo Spiritus Sanctus est una res, una substantia ac natura cum Patre et Filio, proindeque eandem habet divinitatem cum utroque.

Act. 5. v. 3. Ananiam, qui agrum venditi pretium integrum ad Apostolos non detulerat, sic Petrus alloquitur:

367
Cur tentavit Satanas cor tuum mentiri te
Spiritu Sancto.... Et versu sequenti addit:
Non es mentitus hominibus, sed Deo. Ubi
Spiritus Sanctus dicitur simpliciter et ab-
solute Deus, et creaturis opponitur. Ergo
est Deus.

1. Cor. 12. v. 16. Spiritus Sanctus
ab Apostolo Deus appellatur. Divisiones
operationum sunt, ait, idem vero Deus,
qui operatur omnia in omnibus. Caro
Deus ille v. 11. dicitur Spiritus Sanctus: Hae
autem omnia operatur unus atque idem
Spiritus, dividens singulis, prout vult. ~~Ubi~~
Ergo Spiritus Sanctus est verus Deus.

Ibid. c. 3. v. 16. Nesitis, inquit idem
Apostolus, quoniam templum Dei estis,
et Spiritus Dei habitat in vobis? Etc. v.
v. 19. An nesitis, quoniam membra ves-
tra templum sunt Dei, qui in vobis est.
atque templum, ut et supremus adora-
tionis cultus, soli Deo debetur. Ergo Spi-
ritus Sanctus, cujus nos templum sumus,
Deus est.

Præterea in Scripturis Spiritui Sancto
operationes tribuuntur, quae soli Deo
convenire possunt: ut creatio, genes. 1.
v. 2. Psal. 32. v. 6. supra laudatis. Con-
servatio et gubernatio rerum. Psal. 103.
v. 30. Emitte Spiritum tuum, et creabun-
tur, et renovabis faciem terrae. Operatio
miraculorum, Matth. 12. v. 28. In Spiritu
Dei ejicio demones. et 1. Cor. 12. v. 4.

Opera gratis: Christi conceptio, Luc.
1. v. 35. Unctio et missio, Isai. 61. v. 1. Pec-
catorum remissio, et regeneratio, 1. Cor. 6.
v. 11. Regimen Ecclesiae, Act. 13. v. 2. etc.

Q. 160.

308. 15. v. 28. Collatio Donorum, 1. Cor. 12. v. 7.
Illuminatio, Ephes. 1. v. 17. et 18. Sanctifi-
catio, 2. Thessal. 2. v. 13. et 1. Petri 1. v. 2.
Diffusio charitatis, Rom. 5. v. 5. Resurre-
ctio mortuorum, Rom. 8. v. 11.

In quibus hoc conficit argumen-
tum S. Fulgentius*. Dicatur igitur, si Co-
lorum virtutem potuit firmare, qui non
est Deus; si potest vivificare, qui non est
Deus; si potest in baptismatis regenera-
tione sanctificare, qui non est Deus; si po-
test charitatem tribuere, qui non est Deus;
si potest gratiam dare, qui non est Deus;
si potest templum membra Christi habere,
qui non est Deus; et dignè Spiritus Sanc-
tus negabitur Deus.... Si autem hæc crea-
tura possibilia nunquam fuerunt, et in-
veniantur in Spiritu Sancto, quæ tamen
soli competunt Deo, non debemus natura-
liter diversum à Patre Filioque dicere,
quem in operum potentia diversum non
possumus invenire. Ac sic ex unitate
operis unitas est agnoscenda virtutis. Ex
unitate autem virtutis agnosci debet uni-
tas nature et divinitatis.

Prob. 2.º Conclusio ex Traditione
SS. Patrum.

1.º Hæc traditio habetur ex formâ
Baptismi; baptizamur enim ex æquò in
nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti.
Argumentum hoc sapissimè urgent SS. Pa-
tres, S. Athanasius, lib. De Spiritu Sancto
ad Serapionem. Didymus, lib. De Spiritu
Sancto. Hilarius, lib. 2.º De Trinit.* Theo-
doretus, lib. 5.º cont. heres. c. De Spiritu S.
S. Basilus, lib. 5.º cont. Eunomium. c. 10.
S. Ambrosius, lib. 1.º De Spiritu S. c. 4. S.
Augustinus, Tract. 6.º in Joan.

* Et Comment.
in Matth.

2^o. Ex precibus Ecclesia, quas Deo 369.
per Filium in Spiritu Sancto oblatas fuisse
testatur S. Justinus, Apologia 2^{da}

3^o. Ex illa celebri, et antiquissima
glorificatione, qua Ecclesia Hymni laudaban-
tur his verbis: Gloria Patri, et Filio, et Spi-
ritu Sancto; Sen gloria Patri cum Filio et Spi-
ritu Sancto, vel, per Filium in Spiritu Sancto,
utroque enim modo antiquitus Doxologia*
terminabatur. Argumentum istud adversus
Hæreticos imprimis urget S. Basilius lib. de Spi-
ritu Sancto c. 25.

* glorificatio, seu
collaudatio.

4^o. Unanimis illa Ecclesia fides vel
ex eo maxime fit manifesta, quod statim
ac quis Spiritus Sancti divinitatem impugna-
re palam ausus est, pro hæretico habitus fuit,
pulsus ab Ecclesia, nec alia via potuit Ecce-
sia communioni restitui, quam ejusmodi hæresi.
Ita in Concilio Alexandrino an. 362. celebra-
to ab Hæreticis ad Ecclesiam redeuntibus postu-
labatur, ut Arianam hæresim, et eos qui di-
cebant, Spiritum Sanctum esse creaturam,
excerarentur. Ita S. Basilius Ep. 78. non
prius Eustathium Sebastenum in commu-
nionem hanc admisit, quam Spiritus Sancti
divinitati subscripsisset. Idem erga Cau-
linum Antiochenum observavit S. Epipha-
nius hæresi 77.

5^o. Traditionem illam clarè
demonstrat multitudo SS. Patrum, quo-
rum nonnulla testimonia proferimus
Duntaxat.

S. Justinus Apol. 2. Filium, in-
quit, et Spiritum Sanctum propheticum
colimus et adoramus, et Deum solum ado-
ramus.

Ep. iij. pag. 169.

S. Irenaeus, lib. 5. c. 6. ubi ait hominem factum esse ad similitudinem Dei per manus Patris, id est, per filium et Spiritum Sanctum. Et lib. 4. c. 33. alias 53. Spiritum Sanctum cum esse ait, qui ab initio in universis dispositionibus Dei adfuit hominibus, et futura annuntiavit, et praesentia ostendit, et praeterita narrat.

S. Cyprianus Epistola ad Iubaianum: Cum tres, inquit, unum sint, quomodo Spiritus Sanctus placatus esse ei potest, qui aut Patris, aut Filii inimicus est.

Superfluum est multos alios huc congerere ejusdem Traditionis testes post duo Concilia generalia, Nicaenum primum, et Constantinopolitanum primum, a quibus fides illa Ecclesia clare et expresse cognita et declarata fuit.

* Nicaenum in Symbolo fidei proficitur, se credere in Spiritum Sanctum; eadem igitur fides in Spiritum Sanctum exigitur, qua in Patrem et Filium: praeipuum autem fidei nostrae objectum, Deus est. Ergo Spiritus Sanctus, in quem credere tenemur, est verus et summus Deus.

* Constantinopolitanum I. quod est Oecumenicum II. adversus Macedonianos congregatum, expressius adhuc in Symbolo fidei Spiritus Sancti divinitatem adstruit his verbis: Credivimus in Spiritum Sanctum, Dominum et vivificantem, ex Patre procedentem, et cum Patre et Filio adorandum, et glorificandum, qui locutus est per Prophetas.

Duo autem tempore Orientales Constantinopoli congregati fidem divinitatis Spiritus Sancti adversus Macedoniam

* an. 325.

Z. 170.

* an. 381.

pietatem vindicabant, eandem et Occiden-
tales sub Damasô Papâ Romæ coacti præ-
dicabant, et adstruebant; et ita ex com-
muni utriusque Ecclesiæ consensu verè
œcumenicum evasit Concilium Constan-
tinopolitanum, quod centum duntaxat
et quinquaginta Episcopis constabat.

His argumentis addictiam possumt
ea omnia, quæ S. i. m. de Trinitate Ber-
lonarum in unitate nature protulimus.

Quæ autem modo adduximus hoc uni-
cò præscriptionis argumentò velut concludun-
tur: Sæculò quarto Ecclesiæ credidisse
Spiritum Sanctum esse verum Deum, evi-
denter ex dictis constat: nam qui tunc
Spiritus Sancti divinitatem negarunt, ab
Ecclesiâ damnati sunt ut Hæretici. Ergo
etiam tribus aliis prioribus sæculis fuit
Ecclesiæ fides, quod Spiritus Sanctus sit
Deus: nam Dii non potest, quo tempore,
ubi, à quò, quibus præsidis, quibus obis-
tentibus mutata fuerit Ecclesiæ doctrina
circa Spiritum Sanctum; cum tamen hæc
omnia in omni mutatione præsertim re-
ligionis assignari possint.

Solvuntur Objectiones.

326.

Ob. 1.º contra primam Conclusionem.

Filius vocatur Deus in Scripturâ figura-
tè tantum, sicut Moyses dicitur Deus Pha-
raonis, Exod. 4. v. 1. Constitui te Deum Pha-
raonis. Et sicut Judices ac Magistratus
dicuntur Dii, Psal. 81. v. 6. Ego dixi Dii
estis, et Filii Ecclesiæ omnes. Item non
vocatur Filius Dei nisi per adoptionem.
Ergo Filius non est verè Deus, sed crea-
tura licet cæteris longè nobilior.

ubi ait hom
dinem. De
um et Spi
33. alias 33
qui ab inter
Dei ad p
tiavit, et
narat.
la ad Sub
in hnt qu
e ei potest
s est.
tor alios h
tes post d
irimum, et
imum, a p
et expre
do fidei p
Sanctum
Sanctum
lium: p
ctum
in qu
um
I. quod
lanas
Symbol
adstru
ctum, p
tre p
adva
est p
Oriental
sem h
accidit

Resp. neg. ant. Nam 1^o Filius Dei dicitur Deus simpliciter et absolute, et in singulari. Nullus autem in Scriptura vocatur Deus simpliciter et sine addito, et in singulari numero nisi verus Deus. At Moyses dicitur tantum Deus cum addito destruente veram Dei rationem, nempe dicitur constitutus Deus Pharaonis, id est, constitutus cum potestate Ministri Dei in Pharaonem. Iudices vero dicuntur in plurali Dei, qui certe non possunt esse vero tales, sed solum in sensu metaphoricò, quatenus sunt Ministri Dei, et eius vices gerunt erga alios.

a * Rom. 9. v. 8.

b * 1. Ion. c. 9. v. 20.

c * Ioan. 10. v. 30.

* vid. argumen. omnipotentia, aeternitas, creatio, p. Et ta hie ex S. Scriptura adducta.

2^o Filius dicitur in Scriptura, Deus Super omnia benedictus, verus Deus, unum cum vero Deo, que omnia dici non possunt, nisi de vero Deo.

3^o In Scriptura tribuuntur filio attributa et opera Dei propria, ut omnipotentia, aeternitas, creatio, p. Et ta hie ex S. Scriptura adducta.

4^o Denique, dicitur proprius Dei Filius, et unigenitus, ut Rom. 8. v. 32. Proprio Filio suo non peperit. Et Ioan. 3. v. Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret, cum tamen sint multi adoptivi Dei filii, Ephes. 1. v. 5. Item dicitur Filius per oppositionem ad Angelos, Heb. 1. v. 5. Cui enim dixit aliquando Angelorum: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Igitur est Filius Dei naturalis, ideoque eiusdem cum Patre substantia ac natura, et verus Deus sicut ipse Pater. Nam Dei Filius naturalis est ille, qui ex substantia Dei est, nempe divinitate: que cum

3. 171

lit unica et indivisibilis, debuit tota commu- 373.
nicari per generationem. Item Pater non
genuit filium nisi ex sua Substantia, com-
municando illi suam totam Substantiam, nem-
pe divinitatem, non vero partem Substan-
tie, aut aliam Substantiam Divinam, cum
natura Divina sit indivisibilis, et unica eti-
am numero.

Inst. Cum Judaei* Christo exproba- * Joan. 10. e-
rent, quod se Deum faceret, ipse respondit:
Nonne scriptum est in lege vestra, quia
ego dixi, Dii estis. Ergo Christus se dicebat
Deum figurate duntaxat, sicut Judices di-
cuntur Dii.

Resp. neg. cons. Imò hac sua respon-
sione Christus confirmat, se etiam verum
hominem existentem, spectatim verum
Deum, id est, se esse hominem simul et
Deum, nam addidit: Si illos dixit Deus,
ad quos sermo Dei factus est, et non potest
solvi Scriptura; quem Pater sanctificavit,
et misit in mundum, vos dicitis; quia blas-
phemas, quia dixi; Filius Dei sum; si
non facio opera Patris mei, nolite cre-
dere mihi. Si autem facio... operibus cre-
ditis, ut cognoscatis et credatis, quia Pa-
ter in me est, et ego in Patre. Hoc est,
si Judices et Magistratus in Scriptura
recte vocantur Dii, quia nempe sunt Vi-
carii Dei in judicando et regendo mundo,
quo jure me blasphemia arguitis, eò quod
me Filium Dei nominem, et unum cum
illo me dicam, quem ipse Pater sanctifi-
cavit per communicationem Divinae suae
naturae, et quem opera mirandosa ostendunt
esse in Patre et Patrem in me esse per identi-
tatem naturae.

374.
327.

Ob. 2. d. Idem Joan. 17. v. 3. Hæc est autem vita æterna, ut cognoscant te Solum verum Deum, et quem misisti Jesus Christum. Ergo Solus Pater est Deus.

Resp. neg. cons. Quia Christus ibi non vocat Patrem Solum verum Deum cum exclusione eorum, qui eandem habent divinitatem cum Patre, nempe cum exclusione sui et Spiritus Sancti, sed duntaxat cum exclusione creaturarum, quibus Ethnici divinitatem affingebant, nempe falsorum Deorum. Quare sensus huius textus est: hæc est vita æterna, ut cognoscant te, o Pater, qui es Deus idem, qui Solus verus Deus est. Nam cum aliqua Persona Divina dicitur esse Deus, non exclusiva cadit in vocem Deus, non in Personam, quæ dicitur Deus. Et certè exclusiva particula Solus vim eam non esse, ut omnes etiam coæuales personas excludat, multis demonstratur Scriptura testimonio. Luca 9. v. 35. et 36. * vox facta est de nube dicens: Hic est Filius meus dilectus, ipsum audite: Et dum fieret vox, inventus est, Jesus Solus. Aderant tamen Petrus, Joannes, et Jacobus. Solus ergo dicitur, quia disparuerant tunc Moyses et Elias, Joan. 16. v. 32. cum dixisset Jesus discipulis suis: Me Solum reliquistis, statim subiungit, et non sum Solus, quia Pater meum est. Quemadmodum igitur Filius dicitur relictus Solus, et non Solus, Solus respectu discipulorum, non Solus respectu Patris; ita Pater dicitur verus Deus Solus, et non Solus; Solus respectu idolorum, non Solus respectu Filii et Spiritus Sancti. Et Matth. 11. v. 27. Nemo novit Filium, nisi Pater; neque Patrem quis novit, nisi Filius. An idcirco Pater et Filius à suâ ipsorum cognitione excluduntur? Exclusiva igitur Solus Patri adjuncta personas

* In transfiguratione Christi in monte Thabor.

tantaxat à se alienas et seipmetas excludit, falsos 379.
scilicet Deos, non eas, quæ cum ipso unius et
ejusdem sunt nature: quæ sensu Deuteronomii
32. v. 12. dicitur: Domini solus Deus ejus fuit,
et non erat cum eo Deus alienus.

4. 172.

Ob. 3^o Idem i. cor. 8. v. 4. et seq. ubi 328.
Sciimus, ait Apostolus, quia nihil est idolum in
mundo, et quod unus est Deus, nisi unus. Nam
etsi sunt, qui dicantur dii, sive in celo sive
in terra: siquidem sunt dii multi, et Domini
multi: nobis tamen unus Deus, Pater, ex
quo omnia, et nos in illum; et unus Domi-
nus Jesus Christus, per quem omnia, et nos
per ipsum. Ergo p.

Resp. neg. cons. Pater ab Apostolo
hic unus Deus appellatur per exclusionem
falsorum Deorum, quos vero et summo Deo
opponit, ut ex ipsa textus lectione manifes-
tum est. Et verò cum Apostolus Patrem
appellat solum verum Deum, non magis
excludere voluit à consortio divinitatis Fi-
lium et Spiritum Sanctum, quam cum eodem
Christum appellat unum Dominum, voluit
excludere Patrem. Imò ex eo, quod Christus
dicatur unus Dominus, recte inferatur, illum
esse unum Deum, sicut ex eo, quod Pater
dicatur unus Deus, recte inferatur, eum eti-
am esse unum Dominum. Ideò autem,
ut probe advertit S. Chrysostomus*, Paulus so-
lum Deum dicit Patrem in hac sua ad Corinthi-
os Epistola, quia ipsis nuper à gentili super-
stitione conversis loquebatur, ac timebat,
ne si plures ~~esset~~ in Deo personas distincte pro-
ponisset, plures illi Deos excogitassent, ac
se ad priorem, unde receperant, superstitionem
delapsos esse arbitrati fuissent. Itaque pru-
dentia fuit Apostoli, ut illis tanquam infan-
tibus hæc doctrina propinaret, non solidiores
cibos, sicut loquitur ipsemet Paulus in eadem
Epistola c. 30. v. 1. et 2. id est, ea summa re-

* Hom. 20. in
1. Ep. ad Cor.

XV. tantum capita hæc
habet Epistola non XXX.

376. legionis capita, quae captu difficillima sunt, ac
simplissimam exigunt fidem, non nisi obscure
proponeret.

329. Ob 4^{to} Idus Prov. 8. v. 22. Dominus
creavit me initio viarum suarum. Sapiencia
huc loquitur, quam S. Patres ajunt esse ipsum
met Christum Dei filium, seu Sapienciam incar-
natam. Ergo Filius factus est ex nihilo, ergo
est creatura.

Resp. neg. cons. Quia verbum creare
ibi sumitur late, non strictè. Nam creare
in sensu lato est procreare, sine ullà
mutatione et diminutione producentis.
Creare vero in sensu stricto est producere ali-
quid ex nihilo tum sui, tum subjecti, sine
mutatione et diminutione producentis. Igi-
tur Pater creavit filium, quia produxit illum
absque ullà mutatione et diminutione sui:
nam illum produxit totam suam substanti-
am ei sic dando, ut totam retineat. Unde
non produxit filium ex nihilo, sed ex sua
substantia illum genuit, eam totam ei
communicando. Certe hic, et Eccli. 14.

verbum creare improprie, ut diximus, sumi-
tur, et idem est, quod generare. Apud gra-
cos enim creare et gignere promiscue sumi-
tur, ut constat ex Psal. 89. v. 2. et Deuter.
32. v. 18. ubi apud Septuaginta idem ver-
bum graecum γενωμαι sum vel gignor usur-
patur ad generationem perinde ac creationem
significandam. Quin etiam apud Latinos non
raro creare ac generare promiscue ad idem
significandum sumitur, ut observat S. Hierony-
mus* et S. Augustinus, lib. de fide et Symbo-
lo. Idcirco vel ex eo patet, quod hoc loco ipsa
Dei Sapiencia loquitur, quae profecto ab aeterno
cum ipso fuit, nec primum in tempore ab illo crea-
ta, nisi quis omnino verane dicere maluerit, fuisse
tempus, quo Deus Sapiencia caruerit. Cum igitur
Dei Filius sit Dei Sapiencia, manifestum,

* in c. 4. Epist. ad
Ephes.

est, illum etiam ab aeterno esse, nec à patre crea- 377.
tum sed genitum esse.

Ob. 5^{to} Idem Act. 2. v. 36. Dominiuum eum 330.
et Christum fecit Deus hunc Jesum, quem vos
cruccifixistis. Ergo Christus factus est.

Resp. Dist. cons. Christus factus est
secundum naturam humanam assumptam, seu
factus est ut homo, con. factus est secun- — S. 173.
dum Personam assumptam eandem natu-
ram humanam, neg. cons. Nam Persona illa
est aeternum Dei Verbum, genitum non fac-
tum, consubstantialiale Patri, quod in tempo-
re homo factus est.

Ob. 6^{to} Joan. i. v. 15. Joannes Bap- 331.
tista ait: Qui post me venturus est, ante me
factus est. loquitur de Christo. Ergo p.

Resp. neg. cons. Christus ante Joan-
nem factus dicitur, id est, in majore dignita-
te et honore, quam Joannes constitutus est,
ut homo scilicet, ut nempe sit Redemptor et
Rex omnium, cum Joannes esset Redemp-
toris Minister duntaxat. Quod patet ex se-
quentibus verbis, quia prior me erat. id est
nata major, non secundum naturam huma-
nam /: nam Christus post Joannem Bap-
tistam conceptus et natus est / sed secundum
naturam divinam, secundum quam tota
aeternitate Joannem antecessit, et secundum
quam dicebat Judaeis: Amen dico vobis, an-
tequam Abraham fieret, ego sum.

Ob. 7^{mo} Rom. i. v. 4. De Christo ait 332.
Apostolus: Qui praedestinatus est Filius Dei,
in virtute secundum Spiritum Sanctificatio-
nis. At praedestinatio eorum est, quae sunt
per gratiam, non per naturam. Ergo, p.

378.

Resp. Id ab Apostolo dicitur de Christo ut homine, seu secundum humanitatem, non secundum Personam. Itaque Christus ut homo predestinatus est duntaxat secundum humanitatem, ~~secundum Personam~~, ut esset filius Dei; quia humanitati per se non compete-
 bat, ut uniretur Verbo in unitatem Personae. At non est predestinatus secundum Personam; nam Persona Christi est Persona Verbi, quae est tam necessaria, quam Persona Patris, cui con-
 substantialis est.

333.

Ob. 8^o Coloss. i. v. 15. Christus dicitur, Imago Dei invisibilis, primogenitus omnis crea-
 tura. Ergo Est creatura omnium excellentissi-
 ma.

Resp. neg. cons. Christus revera primo-
 genitus appellatur omnis creatura, non quidem
 ratione creationis et ordinis, quasi ipse creatu-
 ra foret, sed ratione dignitatis et causalitatis;
 quia re ipsa ante omnes creaturas ab aeterno ge-
 nitus fuit, quarum ipse causa est, et principium:
Omnia per ipsum facta sunt. Hanc esse mentem
 Apostoli demonstrant verba versus 18. ut sit,
inquit, in omnibus ipse primatum tenens.
 Et v. 16. Primogenitus omnis creaturae, quo-
niam in ipso condita sunt universa, in coelis et
in terra.

Hunc Apostoli textum Concilium Toletanum XI. etiam intellexit de Christo ut homi-
 ne, et tunc sensus est, Christum ut hominem
 esse excellentiorem omnibus creaturis.

334.

Ob. 9^o Filius omnia accepit à Pa-
 tre ex Matth. ii. v. 27. Omnia mihi tradita sunt
à Patre meo, inquit. Ergo est Creatura.

Resp. neg. cons. Nam Filius quidem
 à Patre omnia, quae habet accepit, sed sine ulla
 dependentiâ ac imperfectione, et ex summa
 ac necessaria exigentiâ sua essentia, natura

379.
sibi et divina, omnino necessaria, independentis,
et infinita perfecta, quo exigit ut à Patre Filio
communicetur modo perfectissimo. Unde non
est melius seu beatius Patri dare, quam Filio
accipere. Quare Pater omnia, quae habet de-
dit Filio, excepta sibi et sola proprietate Pater-
nitatis, quae ex his, quae habet Pater, sola est
incommunicabilis Filio propter oppositionem
realem, quam habet cum proprietate filiatio-
nis.

Ob. 10^{ma} Christus Joannis 5. v. 38. Des-
cendi de caelo, inquit, non ut faciam voluntatem
meam, sed ejus, qui misit me. Et Cor. 15. v. 28.

Cum subiecta fuerint illi omnia, tunc et ipse
Filius subiectus erit ei, qui subiecit sibi omnia.

Ergo Filius est subiectus et obedit Patri, ideoque
non est Deus.

Resp. In his locis agitur de filio ut ho-
mo est, non ut Deus est. Et revera filius ut
homo, est et erit subiectus Patri in aeternum.
Sensus autem primi loci est, filium Dei assump-
sisse naturam humanam in utero Virginis ut
voluntatem humanam ~~in utero Virginis~~ suam
subjiceret voluntati divinae, quae est voluntas
Patris, et sua ut est Deus: nam haec verba, Des-
cendi de caelo, idem sonant, ac assumptionem
naturam humanam; quia Filius Dei per assump-
tionem humanitatis fuit novus modus in ter-
ris, quo antea non fuerat. In filio autem
Dei incarnato sicut in natura, ita et duae
voluntates sunt, una divina, quae tribus per-
sonis communis est; et altera humana, quae
propria est filio ut homini facta, et subiecta
est priori voluntati. Unde filius secundum
unam sui voluntatem sibi ipsi et aliis perso-
nis subiectus est.

— 6. 174.

380.

Ob. 11^{mo} Ibid. c. 14. v. 28. Pater major me
 336. est, inquit Christus. Ergo non est Deus.

Resp. Patrem filio majorem esse ratione humanitatis, non autem divinae essentiae: Ego enim et Pater unum sumus, ait ipse Christus. Solutio manifesta fit ex loco ipso seu instituto Christi. Discipulos ob proximum suum à terris discessum tristes consolatur, isto potissimum motivo, quod rediturus esset ad Patrem, et in gloriam ipsius revertendus, unde gaudere magis, quam tritari deberent. Eà ipsa autem ratione Patrem se majorem dicit, quia erat ad ipsum rediturus, ratione scilicet assumptae humanitatis, non autem divinae naturae, quam semper unam numero cum Patre retinuit: Pater in me est, et ego in Patre.

337.

Ob. 12^{mo} Quid me dicis bonum? inquit Christus Marc. 10. v. 18. Nemo bonus nisi unus Deus. Ergo Christus fatetur se non esse Deum.

Resp. neg. cons. Nam ibi Christus hominem increpat, eò quod ipsum appelleret singulariter bonum, et tamen non crederet Deum. Deus enim solus dignus est, qui singulariter dicatur bonus, cum ipse solus sit bonus per essentiam et à se ipso, creatura vero bona sint contingenter et participatione, per bonitatem scilicet à Deo acceptam, atque limitatam. Quare sensus est: cur me vocas singulariter bonum, et non credis me esse Deum, cum nemo singulariter bonus sit nisi solus Deus?

338.

Ob. 13^{to} Joan. 5. v. 20. Christus ait: Pater diligit Filium, et omnia de-

monstrat ei. Et Marci 13. v. 32. De die autem 380.
illo vel hora nemo scit, neque Angeli in caelo,
neque Filius, nisi Pater. Ergo, p.

Resp. neg. cons. ad i. textum, sensus est,
quod Pater omnia demonstrat Filio, non do-
cendo, sed generando, et per generationem com-
municando ei naturam divinam primario ut
est scientia rerum omnium: unde filius
est Verbum Patris. Item cum Christus Joan. 15.
v. 15. dicit: Quaecumque audivi à Patre, nota
facio vobis. Vel ibi loquitur de se ut homine;
vel si loquitur de se ut Deo, audit à Patre non
discendo, sed nascendo, nam rerum omnium
scientiam per natiuitatem accepit à Patre.

Ad 2. dum Christus diem Iudicii hoc
sensu ignorat, quia ignorantes nos facit, seu
non aperit nobis nec revelat: in phrasi quip-
pe Scripturae, Deus rem aliquam cognoscere
primum dicitur, quando eam aliis manifestam
facit; v. g. genes. 22. ad Abraham dicit: Num
cognovi, quod timeas Dominum. An id
antea ignorabat? non certe: sed fidem illam
aperto et publico experimento nondum com-
probaverat.

Ob. 14. to Matth. 20. v. 23. Sedere ad 339.
dexteram meam, inquit Christus ad Joannem
et Jacobum fratres, et sinistram non est
meum dare vobis, p. Ergo non habet ple-
nam in res omnes potestatem, adeoque non
est Deus.

Resp. neg. cons. Nam Matth. 28. v. 18.
ipse Christus declarat, sibi datam esse omnem
potestatem: Omnis potestas, inquit, data est
michi in caelo et in terra; ad mentem igitur
interrogantium respondet, suum non

332. esse, eas sedes distribuere, quas postulabant filii
Zebedaei. Petebant illi à Christo, tanquam
ab homine sibi affinitate ~~conparente~~ sangui-
nis conjuncto, et affectu quodam carnali, ut
ipsis sedes illas coelestes concederet: quibus me-
rito respondet, suum non esse, eo modo, quo
illi cogitabant, sedes illas distribuere; si-
mulque tacite illos admonet, prius biben-
dum esse ipsis tribulationum calicem, quam
sedes illas assequantur.

7. 175 —
340. Ob. 15. to Idem Joan. i. v. 3. Omnia
per ipsum facta sunt. Ergo Filius fuit
duntaxat instrumentum Patris in creatio-
ne mundi.

Resp. neg. cons. Nam Pater, Filius,
et Spiritus Sanctus sunt una causa principa-
lis productionis mundi, cum mundus ex
nihilò conditus sit per omnipotentiam com-
munem et identificatam tribus Personis:
propositio autem per hù significat causam
principalem; ita ut cum dicitur, omnia per
ipsum facta sunt, perinde sit ac si diceretur
omnia ab ipso facta sunt: sicut hoc propo-
sitio in multis aliis Scripturae locis causam
principalem, non instrumentum significat;
ut genes. 1. v. 1. Popedi hominem per Deum, et
Prov. 8. v. 15. Per me Reges regnant. Sic etiam
dicimus, omne opus salutare fieri per gra-
tiam Dei. Scriptura autem, cum de Filio
loquitur saepe utitur propositione per, ut
indiget, Filium agere per potentiam accep-
tam à Patre; sed absque dependentia, et
eandem numero potentiam habet, quam
ipse Pater.

341. Ob. 16. to Nullus est alius Deus,
quam qui in Veteri Testamento dicitur De-
us Abraham, p. Atqui sola persona Patris

est Deus Abraham, p. Nam Deus Abraham, p. in Scriptura opponitur Filio Act. 3. v. 13. ubi, Deus Abraham, inquit S. Petrus, Deus Isaac, et Deus Jacob, Deus Patrum nostrorum glorificavit filium suum Jesum, p. Et Heb. 1. v. 1. et 2. Deus Pater, qui olim in Prophetis locutus fuerat, dicitur novissime locutus fuisse nobis in Filio. Ergo sola persona Patris est verus Deus.

Resp. neg. min. ad ejus probationem Dist. Deus Abraham, p. opponitur Filio, ut hic homo est, conc. ut est Verbum, neg. Responsio patet ex passim dictis.

Ob. 17^{mo} Idem Joan. 5. v. 19. Non potest Filius a se facere quidquam nisi quod viderit Patrem facientem. Ergo Filius non est omnipotens.

Resp. neg. cons. Nam statim Christus ibidem subjungit: Quaecumque enim ille fuerit, hoc et Filius similiter facit. Itaque Filius dicitur nihil facere a se ipso, tum quia quidquid habet Filius, id a Patre accipit per generationem: tum quia eadem est voluntas ac natura Patris et Filii.

Ob. 18^{vo} S. Justinus Dial. cum Trypho. 343. ne ait 1^o Dici Deum et Dominum alium praeter factorem omnium, qui et Angelus live nuntius vocatur, eo quod annuntiet mortalibus, quaecumque annuntiare eis vult universitatis fabricator, supra quem alius Deus non est. 2^o Filium factoris rerum omnium voluntati ministrare et administrum esse. 3^o Deum ingentum nec Moysi, nec Patriarchis apparuisse, quia non potest alloqui nullo modo aliquem, nec

stulanti
to, tanquam
mento
am carnali
et: quibus
eo modo
trubere,
prios belu
aliam, qui
i. v. 3. Omnia
Filius
trors in creat
Pater, Fili
causa pr
mundus
potenti
bus Cor
ificat car
ur, omnia
t a
kint
a lo
im
em
ant.
e
sitione
otentiam
ndentia
habet, qui
alium
to
sona

384. conspici, nec de coelo descendere. 4^{to} Patrem esse Do-
minum rerum universarum et ipsius Christi. 5^{to} Fi-
lium esse Deum, iuxta consilium et voluntatem Pa-
tris. 6^{to} Patrem esse Filio causam ut sit.
7^{mo} Apolog. 2^a ait, Filium secundo loco, et Spi-
ritum Sanctum tertio ordine à Christianis cum
ratione coli. Addit Patrem esse verum et lingu-
larem Deum.

Resp. 1^o S. Iustinum ista omnia in bono
sensu intellexisse: nam certum est vel ex his, quae
nos supra conclusionem, in a. num. 324. ex ipso adduci-
mus, idem in mox citatis libris divinitatem Verbi
domuisse et adstruxisse, proinde et credidisse.

Resp. ergo 2^o: ad singula. Ad 1^{um}—
Solum vult Filium esse alium Deum ac Domi-
num ratione personalitatis, non ratione natura
et divinitatis; id est, proter personam Patris,
qui Deus est, esse aliam personam divinam, qua
ejus filius est, ideoque Deus per eandem substan-
tiam. Cum addit supra Patrem non esse alium
Deum, intelligit non esse aliam personam divi-
nam, à qua Pater procedat, vel solum excludit
Deos Gentilium. Cum autem vocat Filium An-
gelum vel nuntium Patris, loquitur de Filio
ut homine, vel. saltem improprie. Patet solu-
tio ex loco S. Iustini, qui ex professo ibi probat
plures esse in Deo personas, non unam multipli-
ci virtute et nomine instructam, ut nonnulli
haeretici dicebant, quos refellit.

Ad 2^{um} dum Filius dicitur Patris administer,
non quidem inferior, neque ut merum instrumen-
tum, quo Deus usus fuit ad creandum mundum,
ut delirabant Ariani; sed Administer ipsi Patri
in omnibus aequalis, ac in potestate seu virtute
omnino par: nihil quippe operatur Deus sine
intelligentia et sapientia, Verbum autem est
sapientia et intelligentia Patris subsistens ac
personalis. Cum autem dicit, Filium non
esse conditorem universorum Deum, solum
vult, Filium esse alterum à Patre, qui per

appropriationem dicitur rerum omnium conditor, 385.
quatenus est principium sine principio, et omnia
creavit per potentiam à nullo acceptam, cum Fi-
lius et Spiritus Sanctus etiam omnia condant cum
Patre per eandem potentiam, sed acceptam à
Patre.

Ad 3^{ti}um Veterum hæc fuit opinio, Pa-
trem esse invisibilem, Filium vero à multis vi-
sum fuisse in veteri Testamento: non quidem
hoc sensu, quod Filius non habeat naturam di-
vinam, quæ ex se tam est invisibilis quam na-
tura Patris, sed quia enim affirmat Sanctus Justi-
nus locis citatis, eum, qui visus est ab antiquis,
Deum Israël esse; sed quod Filius solus destina-
tus ad humani generis reparationem Patris le-
gatus et Angelus, formam visibilem olim assump-
serit, in qua jam cum hominibus conversari in-
cipiebat.

Quando igitur S. Justinus pro-
bat Patrem invisibilem esse, quia de loco move-
ri non potest, neque spatium circumscribi, p. Fi-
lium vero visibilem esse, quia et moveri potest,
et loco circumscribi, attendit unice S. Doctor
ad humanam Christi naturam, vel ad eam spe-
ciem visibilem, in qua olim apparuit, non
vero ad divinam, quam habet essentiam, ratio-
ne cuius æque est motus ac circumscriptionis
incapax, ac Pater ipse. Quod autem ea sit
hi mens S. Justinus liquet ex ejus sermone. Ipsius
liquidem propositum ibi est, solummodo pro-
bare adversus Judæum Tryphonem, uti et ad-
versus Patripassianos, qui personas divinas con-
fundebant, Filium Dei esse in personam dis-
tinctam à Patre rerum omnium conditore.
Hanc autem Personarum distinctionem ut evin-
cat, hoc ferme utitur argumento. Invisibilis
distinguitur ab eo, qui visibilis est. Atqui Pater
in Scripturis describitur invisibilis, Filius vero
rehibetur visus in terris, et cum hominibus
conversatus. Ergo Pater est persona à Filio
distincta.

Ad 4^{um} Loquitur hic S. Justinus de Christo ut homine, vel nomen Domini improprie usurpat, nempe pro principio cum quadam dignitate relativa ei conjuncta, qua tamen perfectam in perfectionibus absolutis aequalitatem non impedit.

i *Dignitas relativa idem est ac personalitas.
 K *Perfectiones absolute sunt attributa absoluta, de quibus vid. c. 2. pag. 27. et seq.

Ad 5^{um} Cum dicitur Filium esse Deum voluntate Patris, intelligit voluntatem necessariam, quatenus Pater voluntarie, non coacte, sed necessario generat Filium.

Ad 6^{um} Pater dicitur Filii causa non creatione, sed generatione; non prioritate naturae aut temporis, sed originis. Idem est apud Veteres, Patrem esse Filii causam, ac esse principium. Unde Filius dicitur ab illis habere principium, aliquando etiam dicitur non habere; principium habet originis et processionis, quia est à Patre; principium non habet durationis et temporis, quia est simul cum Patre, et ei coeternus. Tam autem apud Veteres Nicenò Concilio priores Patres omni erroris suspitione caret vox causa, ut etiam ab ipsis Patribus dictò Concilio posterioribus, quibus persuasum fuit, Filium verè ac proprie esse Deum, usurpetur, ut à S. Basilio, lib. 1. cont. Eunom. S. Gregorio, Nazianzenò, orat. 29. quae est de dogmate, S. Joanne Damascenò lib. 3. Orthodoxae fidei, c. 5. Per causam igitur hanc S. Justinus intelligit principium.

Ad 7^{um} S. Justinus solum vult, Filium coli ut Personam secundam et posteriorem origine, et Spiritum Sanctum, ut tertiam personam ab utroque productam. Item dicit Filium esse post Patrem primam potestatem ratione originis scilicet, quia nempe Filius est posterior origine quam Pater, à quo procedit. Rectè addit Patrem

Prim. L. pag.

147

esse verum et singularem Deum; nam reiffa 387.
Pater cum Filio et Spiritu Sancto est unus, Deus.

Paterum S. Justinus, prout jam adnotavimus, in hisloris vult probare numericam divinarum Personarum inunitate natura distinctionem. Et ut hanc veritatem probet, multa dure, et parum accurate dixit, quo benigne et justa eius mentem exponenda sunt. Et ad summum vult Patrem, non quatenus est Deus, sed quatenus est Pater, habere aliquam dignitatem ac prerogativam supra Filium, sed relativam et ~~ad~~ ~~se~~ ~~ipsum~~ ~~diminuat~~ ~~notionalem~~.
Ob. 19^{no} Athenagoras docuit, Ver. 344.

cum fuisse per totam aeternitatem anypostaton, id est, sine propria hypostasi; item non produsse ex Patre, nisi cum voluit mundum condere.

Resp. ad id, inquit, vult, Verbum non habere hypostasim, seu Personalitatem improditam sicut Pater habet, vel non habere hypostasim separata ab hypostasi Patris, cum eius personalitas immaneat personalitati Patris propter identitatem nature. Nam docet, Verbum esse Filium Patris et genitum a Patre. Atqui eadem persona non potest esse simul genitor et genitus seu Filius, et totalis terminus generationis debet esse aliqua hypostasis.

Ad 2^{um} dum dicit, vult Verbum in tempore produsse, non interiorius, cum doceat Verbum esse aeternum; sed exteriorius, quatenus per ipsum conditum est hoc Universum; Unde in tempore prodit, non secundum se, sed secundum effectus ab ipso productos.

388.

Similiter Theophilus distinguit dupli-
cem Verbi generationem seu prolationem, unam
internam, quâ Pater illud ab aeternô immanen-
ter et intrinsecus producit, protulit, genuit;
et aliam externam, quâ dedit esse creaturis
per ipsum Verbum, per illud imperando, ut
essent. Sed hoc valde improprie dicuntur.

345.

Ob. 20^{mo} S. Irenaeus, lib. 2. c. 49. dicit,
Solum Patrem sive diem iudicii, et Patrem
esse majorem Filio. Et lib. 3. c. 8. in haec verba
Psalmi ipse praecipit, et creata sunt, cui ergo,
ait, praecipit? Verbo scilicet, per quod coeli
firmati sunt. Et lib. 4. c. 17. Filium et
Spiritum Sanctum vocat Dei ministros. Minis-
trat ei ad omnia sua progenies, et figuratio
sua. Ergo, p.

Resp. ad innum loquitur de Filio
ut homine factô: nam de ipso loquitur, ut nos
doctores exterioris, ut discamus per ipsum, inquit.
Pater ergo est super omnia, et major Filio,
ratione humanitatis, non ratione divinita-
tis, nisi saltem propter solam originis pri-
oritatem, quae majorem in Patre perfectio-
nem non involvit.

Ad 2^{um} dum Vult Patrem Filio praei-
pere improprie tantum et non tanquam infe-
riori dependenti, sed tanquam aequali, et sine
quo nihil fieri potest, nempe hoc sensu, quod
Pater voluerit mundum fieri per Verbum, sed
voluntate et potentia utriusque communis et
à Patre accepta. Id autem data opera contra
Gnosticos probat S. Doctor, quod docerent illi,
hunc mundum ab inferioribus potestatibus con-
ditum fuisse contra voluntatem supremi Dei.

Ad 3^{tium} Filius et Spiritus Sanctus
dicuntur Ministri Dei improprie tantum non
quidem extranei, et à Deo sejuncti, sed intra-

Z. 1700

nei et conjuncti, non ex indigentia ex parte ^{389.}
Patris, aut dependentia ex parte Filii,
sed ex perfecta eorum equalitate et necessaria
actionis indivisione.

Ob. 21^o Clemens Alexandrinus l. 4. 346.
Stromat. dicit, naturam Filii esse soli om-
nipotenti propinquissimam. Et inferius
dicit, Filium omnipotentis Patris volun-
tati servire.

Resp. ad 1^{um} Ibi sumit natura
nomen pro persona, et solum vult, perso-
nam Filii esse personam Patris conjunctis-
simam et immanentem. Quod mini-
me mirum videri debet: nam vox physis
seu natura idis temporibus sumeba-
tur etiam pro persona. Imo etiam
post exortam Arianam heresim sic
usurpata fuit a Catholicis, ut ab Alex-
andro Alexandria Episcopo, in epist. ad
Alexandrum Optatum.

Ad 2^{um} Dum loquitur de Filio
ut homo est. Preterea si id diceret de
Filio ut Verbo, vox servire sumeretur
improprie, nempe pro consentire. Sed age-
re conformiter voluntati Patris, quod
est etiam Verbi, sed accepta a Patre.

Ob. 22^o Origenes negavit di- 347.
vinitatem Verbi. Nam 1^o lib. 6. contra
Celsum, Filium vocat immediatum
mundi opificem, cui Pater opifex prima-
rius iussit ut mundum crearet. 2^o lib.
8. cont. eundem ait, non mundos esse, qui
Christum idem universorum Deum esse
temere affirmant; quod nos, inquit,

390. certè non facimus, qui credimus ipsi dicenti:
Pater, qui misit me, major me est. 3^o

Tom. 2. in Joan. docet, Verbum à Deo esse
factum et creatum; et ibidem observat,
quoties in Græc. Scripturae contextu Dei
nomini apponitur articulus ὁ Θεός, De-
um Patrem seu summum Deum designa-
ri; cum verò articulus ille non apponitur,
Dei Verbum intelligi, et alios, qui parti-
cipatione dii sunt. Addit Deum Pa-
trem esse αὐτὸ Θεόν, Deum à se et per
se; Deum verò Filium, quem Deum se-
cundum alibi appellat. 4^o lib. i.

Comment. in Job, ait tria cornua, quæ
diabolus assumpsit, figurasse tres Trini-
tatis personas, et tyrum atque figuram
esse trionymia illius sectæ, triumque
Deorum heresis, quæ Patrem, et Filium,
et Spiritum sanctum aliquando tanquam
tres colit, nonnunquam unum adorat, p.

5^o denique iudicio Sanctorum
~~Epiphani~~ Epiphani, et Hieronymi admi-
nis suspecta valde debet esse, lides Orige-
nis circa Trinitatis Mysterium.

Resp. ad singula. Ad id nunc jam
supra exponendo mentem S. Irenæi, diximus,
quo sensu Filius sit Patris minister et ins-
trumentum; quomodo Pater ei aliquid im-
peret. unde hic ea repetere superfluum est.

Ad 2^{um} dum Ibi redarguit Origenes
Hereticos Noëtianos, qui Filium cum Pa-
tre confundebant, unamque esse personam
temere affirmabant. Cum igitur ait, Fi-
lium non esse idem summum Deum, Pa-
tris personam intelligit ad mentem hereti-
corum, quos impugnât, non Patris natu-

ram et essentiam: cum vero Filium Patre ^{391.}
minorem dicit, recto sensu exponendus est,
nempe ratione vel humanitatis, vel divi-
nitatis propter solam originis prerogativam,
quā gaudet Pater, qui est origo totius divi-
nitatis, principium sine principio.

Ad 3^o tium: Verbum ab Origene di-
citur aliquando genitum, et aliquando in-
genitum, factum, et non factum, creatum
et non creatum: verum hanc ac recto sen-
su hoc intelligi possunt. Variis quippe res-
pectu genitum dicitur et ingenitum: ge-
nitum, quia habet originis principium;
ingenitum, quia mundum habet existentia
sua initium, quia semper existit; fac-
tum autem et creatum idem sunt apud
Origenem ac genitum.

Quapropter
ab Origene Verbum non dicitur à τὸ θεὸς
Deus à se, sicut Pater, quia habet sui
originem, nempe Patrem: tamen si vox
illa, à τὸ θεὸς idem significet apud Ori-
genem, ac Deus ipse; quo sensu Filius
ab eodem appellatur, ipsa vita, ipsa ve-
ritas, ipsa sapientia, &c.

Ad id, quod de articulo vocis θεὸς
Deus prefixo notat Origenes, certè legen-
ti Origenis textum Tom. 2. in Joan. vide-
bitur, cum hoc unum velle, nempe præ-
fixum articulum designare tum Patrem
esse veram personam à Filio distinctam
tum cum esse totius divinitatis fontem
et originem, à quo, quicumque Filii dicun-
tur, suam et naturam et appellatio-
nem habent acceptam; adeoque Filium
Dei ex Patre habere, ut Filius sit et ve-

3. 179.

392. rus Deus: alios vero, qui dii dicuntur improprie et metaphorice, à Deo etiam suam accepisse auctoritatem, propter quam dicuntur dii. Ita benigne explicari potest ac debet Origenes.

Ad 4^{um}: quo ex lib. 1. Comment. in Job hu objiciuntur, tam impia sunt, et is, quo ex geminis operibus ipsius, precipue autem ex libris contra Celsum pro divinitate Verbi laudari solent, atque etiamnum ad Athanasio adruta fuerit contra Arianos, tam directe et manifeste contraria, ut necesse sit agnoscere, aut verba, quo opponuntur, Arianam manu inserta fuisse, aut Opus integrum, quale jam extat, Origenis non esse. Multi post Genebrardum, Sixtum Senensem, Possevinum, Belcarminum, ex eo capite suppositivum judicant, quod in eo mentio fiat nominis operis consubstantialis longe post tempora Origenis nati, et Luciani martyris, quem constat Origenem posteriore multis annis fuisse, ut recte observat Genebrardus in Collectaneis de vita Origenis.

Ad 5^{um} dicimus, doctrinam Origenis non ex suffragiis aliquorum auctorum à quibus vel damnata, vel probata fuit, esse aestimandam, sed ex geminis, et indubitatis eius operibus. Hieronymo, Epiphano, aliisque Origenis censoribus opponimus Eusebium Cesariensem, Pamphilum martyrem, S. Athanasium, Gregorium Theomaturgum, Gregorium Nanzanzenum, Basilium, aliosque Origenis Defensores. Sed his externis motivis sepositis, de Origenis

ex Origene ipso, ut jam diximus, iudicium 393.
ferendum est.

Ob. 23^{to} Tertulianus multa docet, 348.

quae pugnant cum Divinitate Filii. Nam
1^o lib. cont. Praxeam c. 6. docet, Filium
esse à Patre separatum; De Sapientia
enim, quae est Filius, ait: adstantem
eam ipsa Separatione cognoscere. 2^o.

Eodem lib. c. 9. ait: Pater tota Substan-
tia est, Filius vero Derivatio totius, et
portio, sicut ipse profitetur: Pater major
me est. 3^o Ibid. c. 14. comparat

Patrem Soli, Filium radio. 4^o Ibid.
c. 14. et 15. docet Patrem invisibilem, Fili-
um vero visibilem esse, et visum fuisse
etiam ante incarnationem. 5^o lib.

contra Hermogenem c. 3. ait: Divia et Pater
Deus est, et Index Deus est: non tamen Deus
Pater et Index Semper.... fuit autem
tempus, cum et Delictum et Filius non
fuit. Ergo, p.

Resp. neg. ant. ad eius probatio-
nem Resp. ad Singula. Ad innum Solum
vult Filium realiter esse distinctum
à Patre, et per separationem illam in-
tedigit distinctionem realem. Nam Ter-
tullianus duplicem distinguit separatio-
nem, nempe unam latè et improprie dic-
tam, quae solum est realis personalitatum
distinctio: alteram vero proprie ac stric-
tè dictam, quae est realis tum personali-
tatum, tum substantiarum distinctio ac
diversitas, quam negat in Patre et Filio,
ut patet ex c. 19. sup. pag. 362. laudatò.

120.
— 4. 174.

394.

Ad 2^{um}. Tertullianus intendit
 duntaxat, totam divinam substantiam
 esse in Patre tanquam in fonte, unde pro-
 fluit in Filium et Spiritum Sanctum;
 Filium vero esse veluti rivum ex hoc fon-
 te profluentem, et veluti portionem
 illius, non quod non habeat totam na-
 turam ac substantiam divinam, sed quia
 non habet id totum, quod est Pater, nam-
 pe non habet prerogativam notionalem
 Patris, positam in eo, quod Pater sit
 fons, unde proflunt alia persona
 divina, sive in eo, quod Pater sit prin-
 cipium sine principio: propter quam
 prerogativam Filius dicit Pater ma-
 jor me est. Ita sentire Tertulia-
 num patet, quia eodem illo capite
 negat esse in Patre et Filio substantia-
 rum distinctionem et diversitatem: ac
 proinde in utroque admittit unitatem
 et identitatem substantiae.

Ad 3^{ium}. Haec similitudo apud
 ipsum non valet quoad omnia, sed quoad
 hoc solum, ut indicet notionalem prero-
 gativam, quam tribuit Patri supra
 Filium, eo quod Pater sit principium
 sine principio; et vi cuius prerogati-
 va congruum fuit, ut Pater nun-
 quam, Filius vero aliquando homini-
 bus in assumptam formam visibili appare-
 ret.

Ad 4^{tum}. Docet Filium visi-
 bilem esse, et visum fuisse, non sub
 propria specie, sed solum sub assumpta

...sensibile,
 ...ationem
 ...ad tempus
 ...vero in
 ...lii perso-
 ...iginis.
 ...ibilem esse
 ...De lege
 ...ab et om-
 ...ibus appar-
 ...Ad 5^{um}.
 ...divinam
 ...erat, et que
 ...sapientia,
 ...nisi post
 ...terius pe-
 ...tunc em-
 ...tum perfecti-
 ...creaturarum
 ...ateno in
 ...exesit,
 ...ine prin-
 ...ma Trin-
 ...ine Filii
 ...ter tunc d-
 ...tricta Pa-
 ...um sec-
 ...vere ac p-
 ...prie ac t-
 ...salutatis
 ...titi.
 ...B.

Specie Sensibili, atque hominibus ante 395.
inarnationem apparuisse in corpore
aëreo ad tempus assumpto, post incarna-
tionem vero in carne vera et animata,
quam sibi personaliter univit in utero
B. Virginis. Docet quidem, Patrem
invisibilem esse etiam in forma assump-
ta, sed de lege ordinaria, quia nempe
Pater ab eterno decrevit nunquam ho-
minibus apparere in forma assumpta.

Ad 5^{um} Solium vult, personam
idam divinam, quam Pater ab eterno
generat, et qua fuit ab eterno Sophia
Seu Sapientia, non existisse in nomine
Filii, nisi postquam à Patre prolata
est exterius per creaturarum productio-
nem: tunc enim primum, juxta Tertul-
lianum perfecte nata est, cum exterius
per creaturarum productionem ex ute-
ro paterno in quo ab eterno concepta
est, exiit, et in luem prodit. dicitur
tunc primum juxta illum secunda
persona Trinitatis coepit existere in
nomine Filii proprie et stricte, et
Pater tunc denominatus est proprie
et stricte Pater. Quod quidem falsum
est, cum secunda persona ab eterno
sit vere et proprie Filius, et prima
proprie et stricte Pater: sed tamen
haec falsitas non evertit divinitatem
Filii.

Ob. 24^{to}. Non pauci Patres, ut 349.

396. Athanasius, orat. 2. contra Arianos. Ba-
silus, l. i. contra Eunomium. Gregorius
Nazianzenus, orat. 4. De Theologia. Kry-
sostomus, Hom. 75. in Joan. Hilarius,
l. 3. De Trinitate. Dicunt Patrem esse
majorem Filio, quatenus Filius est, et
non solum ut homo est.

S. 101. — Resp. Docuerunt quidem, Pa-
trem esse majorem Filio, ut Filius est,
non secundum naturam ab eo per gene-
rationem acceptam, sed secundum perso-
nalitatem; quia putarunt, rationem
Patris seu paternitatem includere ali-
quam dignitatem, seu prerogativam
relativam ac notionalem supra Fili-
um seu filiationem: sed simul docue-
runt, Filium esse Patri naturam, sub-
stantiam, et divinitate omnino aequalem,
et esse tam Deum verum ac perfectum
quam Patrem, ut constat ex eorum ope-
ribus. Nam dignitas, eminentia seu
prerogativa relativa ac notionalis Pa-
tris supra Filium, cum juxta Patres
illos in eo duntaxat consistat, quod
Pater generet Filium, et Filius quid-
quid habet à Patre accipiat, nullam
in Filio imperfectionem, aut subje-
ctionem connotat, nec impedit per-
fectam aequalitatem Filii cum Patre
in natura, Deitate, et perfectionibus
absolutis, ut rectè probat S. Augustinus,
lib. 3. contra Maximum, c. 14. ubi ait:
quidquid enim dicit à Patre accepisse, fa-
temur et nos: proorsus Pater dedit, Fi-

lius accepit. Sed cum Pater omnia, qua ^{397.}
habet, gignendo dederit, aequalem utique
genuit, quoniam nihil minus dedit. Quo-
modo ergo tu dicis, quia ille dedit, ille
accepit, aequalem Filium Patri non
esse: cum eum cui data sunt omnia, et
ipsam aequalitatem accepisse videas?...
Nihil enim Patre minus habet ille, qui
dedit: omnia, qua habet Pater, mea
sunt. Aequalis est igitur.

Ob. 25^{to} Aliqui Patres, ut Ba-350.
silus, Chrysostomus, &c. dicunt, Patrem
esse causam Filii. Ergo, &c.

Resp. Sumunt causam latè,
nempe pro principio et origine.

Ob. 26^{to} Patres Concilii An-351.
tiocheni saeculo 3^{to} in causa Pauli Sa-
mosateni coacti proscriferunt vocem
consubstantialis*, ut potè ab Haereticis * omousion
adinventam ad suos errores disperman-
dos; atque definierunt Filium non
esse omousion, id est, consubstantia-
lem Patri, ut testatur S. Athanasi-
us, lib. De Synodis. Ergo non censue-
runt, Filium esse verum Deum.

Resp. 1^o cum S. Hilario, lib. De
Synodis, Patres Antiochenos hanc vocem
ideo rejicere, quia Sabediani et Pambia-
nista unam personam divinam confi-
tentes, hac voce suum errorem tueban-
tur.

Resp. 2^o cum S. Athanasio, lib. De
Decretis Nicanae Synodi, laudatos Patres hanc
vocem, quae in usu apud Catholicos erat, idè

398. Instulisse, quia Paulianista ex ea Catholicis
exprobrandi occasionem sumebant, quasi
per illam significarent, Filium et Spiritum
Sanctum procedere ex Patre, tanquam ex
existente ~~matris~~ substantia, et velut par-
tes ab ipso Deusas, sicut in humanis filius
ideo dicitur Patri consubstantialis, quia
substantia filii est ejusdem speciei cum sub-
stantia patris, à qua exit et derivatur. At
verò Patres Nicensi Concilii, cum nulla esset
loquendi formula, quam Ariani non de-
torquerent, vocem consubstantialis, à ve-
teribus usurpata in Symbolo suo inserue-
runt, utpotè quæ omnia effugia inter-
cluderet. Ita S. Athanasius.

Quod autem Patres Antiocheni
idem de Verbi consubstantialitate, quod
Nicensi, docuerint, liquet ex Epistola ad
Paulum Samosatenum, in qua testan-
tur, se tradere fidem, quam acceperant
per Inquisitionem ab Apostolis, scilicet
Christum esse æqualem Patri, antè se-
cula existentem, non solum præsentia, sed
naturâ et substantiâ Deum Dei Filium.
Eadem repetunt in Epistola Synodica an.
272. ad ~~Diocletianum~~ Dionysium Iuniorum Con-
tifficem, et ad universi orbis fideles,
qui proinde testes nobis sunt, quod eadem
de Verbi divinitate fides obtinuerit us-
que ad finem tertii sæculi; cum pleri-
que eorum quantum facile ingressi fue-
runt. Id ipsum confirmant, quotquot
insurrexerunt adversus novam Arii Presby-
teri Alexandrini blasphemiam, quæ Fili-
um Dei creaturam aperere ausus est. Hos
enim Magistros et antiqua fidei Defenso-
res reperit Paulum Tertium.

G. 102.

Ob. 27^{to} Liberius Papa qui an. 352. ^{399.}
Julio in Summo Pontificatu successit, ³⁵²
formula fidei ab Arianis oblata subscrip-
sit, et S. Athanasium damnavit. Ergo, p.

Resp. neg. cons. Liberius quidem
Berea, quo, quia nec minus, nec domi ad-
duci potuisset, ut S. Athanasium dam-
naret, atque cum Arianis communicaret,

à Constantio Imperatore relegatus
fuerat, tandem à Fortunatiano Aequi-
lensi sollicitatus et fractus, biennis
item exiliu tadio victus, mortis ab Aria-
nis intentatae minus territus, atque
recuperanda Sedis studio exortuans,

prima trium formularum, Sirmii con-
ditarum, à Demophilo Episcopo Aria-
no sibi oblata, nec non contra Pho-
tinum edita subscripsit. Haec autem
formula Ariana non erat, tum quia

S. Hilarus, in lib. de Synodis, eam ve-
lut catholicam exponit; tum quia
in illa Filius asperitur esse Deus ex
Deo, ex Patre natus ante omnia sa-
cula; et anathematizantur ii,
qui dicunt, Filium de mundis extan-
tibus, vel de altera substantia, et
non ex Deo esse; quibus Ariana here-
sis continebatur.

Porro Liberium nec secunda
nec tertia formulis Sirmiensibus sub-
scripsisse liquet, quia tertia edita
primum fuit an. 359. Liberius vero
jam anno superiori, 358. scilicet, Be-
rea Romanam reversus fuerat. Sed et
nec secunda subscripsit; quia i. Li-

* Hieron. in Catal. - M
Script. Eccl. c. 97. n

* S. Athanas. Ep.
ad Solitarios.

* an. 357.

400. Liberius Berœa subscripsit formulæ, quæ
Synoni ab Orientalibus edita fuerat, ut
constat ex ipsius Liberii epistolâ ad Epis-
copos Orientales. At Secunda Synoni-
ensis formula non ab Orientalibus, sed ab
Occidentalibus composita fuit, Valente

* Hilarius in frag. Scilicet, Ursacio, et Germinio. 2. Li-
mentis, fragmen- berius Berœa exul subscripsit formulæ,
tâb. cui eidendæ interfuit, vel etiam præfuit
Basilius Anagranus. At Basilius An-
agranus neque præfuit, neque interfuit
condendæ Secunda Synoniensi formulæ:
nam eo absente, et ignorante condita
fuit an 387. eamque anno sequenti, cum
de eâ admonitus fuisset, coactâ Anagra

* Epiphanius her. 71. Synodô Damnavite*, continuoque Synoni-
um veniens postulavit à Constantio, ut
diligenter provideret, ut ea, quæ in Sar-
dicensi, Synoniensi, aliisque Conciliis
deposita fuerant, ad omnium consensum, et
liberorum Patrum decreta fuerant, firma,
ac stabilia permanerent: quibus in
Conciliis definitum erat communi con-
sensu, Filium Patri similem esse secun-
dum substantiam.* 3. Secunda

* Sozomen. l. 4. Synoniensis formula repudiabat voca-
Hist. c. 13. bula usiam, homocusion, et homou-
sion, seu voces similis in substantiâ
et consubstantialis. At procerus impro-
babile est, tali formulâ Liberium Be-
rœa subscripsisse; cum paulô post Synoni
Imperatori ipsum ad homocusion repi-
ciendum urgenti constanter restiterit;
nec ipse Constantius ipsum ad illud repu-

401.
7. 109.
dandum sollicitasset, si jam paulo ante
illud rejiceret. Præterea ipse Liberius
in Epistola à se post Subscriptionem su-
am Bercà ad Orientales scripta testa-
tur, se eorum fidem libenti animo sus-
cepisse, in nudo contradixisse, consensum
accommodavisse. At Orientales Usiam
et Omocusion seu Similem in Substantiâ
profitebantur, et anomocon seu Disti-
milem execrabantur. Ergo Liberius
prima duntaxat Sirmicensi formula sub-
scripsit.

Athanasium damnavit quidem,
non quod fidem Nicenam profiteretur
ac tueretur, et ex affectu Ariane heresis,
ut Ariani faciabant, sed propter crimina
ei falso imposita, et ut exilii ærumnis
ac mortis sibi intentato periculo libera-
retur; prout ipse S. Athanasius testatur
Ep. ad Solitarios.

Inst. 1.^o Liberius communicavit
cum homoëusianis rejicientibus vocem ho-
mouision, consubstantialem; imò cum
Arianis videlicet Ursacio, Valente, et aliis.
Ergo consensit heresi Ariane.

Resp. neg. cons. Quia 1.^o Homoë-
usiani, seu ii, qui asseriebant Filium
esse Patri similem in Substantiâ, qua-
les erant Orientales Episcopi, quibus-
cum Liberius communicavit, non erant
Ariani, quamvis communione conjuncti
essent cum Arianis, et cum illis Athana-
sium et alios Homoëusianos insequeren-

402. Tur, et vocem omousion pertinaciter
rejicerent: nam admitterent divinitatem
verbi; sed erant Schismatici, eoquod Ec-
clesie in admittenda voce omousios seu
consubstantialis obedire remiserunt.

2^o. Liberius communionem suam non
impertit Arianis ex affectu Arianae ha-
ereseos, sequia illis in dogmate consenti-
re coepit; sed solum pro bono pacis et con-
cordiae, ut ipse testatur in sua ad illos
epistolâ. Adde etiam aliam causam,
infirmitatem nempe humanam, quâ
diutius exilii tedium ac erumnas pati
noluit, et mortem intentatam timuit.

Inst. 2^o. S. Hilarius in fragmen-
tô 6. formulam Syriensem, quam Li-
berius ipse scribens ad Orientales declarat
se probasse, vocat Arianam perfidiam,
et idcirco ter dicit anathema Liberio:
Hoc est, inquit, perfidia Arianâ. Hoc
ego notavi; Liberius sequentia... Ana-
thema tibi à me dictum, Liberio, et
sociis tuis. Iterum tibi anathema, et
tertiò pravaricator Liberio. Ergo cui-
cunque demum formula subscripserit
Liberius, eam tamen Arianam heresim
continentem, Liberiumque et socios Ari-
anos censuit S. Hilarius.

Resp. 1^o. Verba illa, quibus in-
terruptur series epistolae Liberii ad
Orientales in citatô fragmento 6^{to} rela-
ta, non sunt S. Hilarii, sed ab aliquo,
alio, qui librorum fragmentorum excrip-
sit, Liberii epistolae sunt inserta. Nam

1^o Verba illa intercalaria sunt frigida, nu- 403
gatoria, et Hilario proprus indigna. 2^o
Librum fragmentorum, aut librum illum,
ex quo fragmenta excerpta sunt, non
inchoavit, aut saltem non absolvit Hila-
rius, nisi pluribus annis post reditum Li-
berii ab exilio. At probabile non est,
S. Hilarium Sedis Apostolicae observan-
tissimum scripsisse aut permisisse li-
brum suum prodire in lucem cum tam
duri conviciis contra summum Ponti-
ficem eo tempore, quo culpam suam
emendaverat, Ecclesiam sanctissime
administrabat, Nicenam fidem acer-
rimè tuebatur, et Episcopos Arimini lap-
sos ad retractandam subscriptionem su-
am, et Nicenam definitionem subscri-
bendam intentatis poenis Ecclesiasti-
cis compellebat. 3^o Ipse Hila-
rius primam Synoniensem formulam,
cui certò subscripsit Liberius, exponit
ut orthodoxam, et illius auctores fra-
tres appellat, lib. de Synodis. Quis au-
tem eà animi levitate et inconstantia
fuisse Hilarium arbitretur, ut eum illam
formulam modo exiisse in libro de
Synodis, et modo perfidiam Arianam
appellasse in libro fragmentorum di-
cat, hoc certè de viro tam gravi a sa-
piente suspicari nefas.

Resp. 2^o Si hoc intercalaria ver-
ba sunt S. Hilarii, ipse, qui tunc in Phry-
gia exulabat, falsis rumoribus fuit decip-
tus, atque falsò putavit, Liberium se-

D. 104.

404. unde Syonienſi formula ſubſcripſiſſe, qua
Arianam continebat perfidiam.

Inst. 3^{ti}o S. Hieronymus in cata-
logo ſcriptorum Eccleſiaſticorum c. 97. De
Fortunatio^{no} Aquileienſi Epiſcopo ait,
In hoc habetur detestabilis, qui Liberium
Romanae Urbis Epiſcopum, pro fide ad exi-
lium pergentem primus ſollicitavit ac fre-
git, et ad ſubſcriptionem hereseos compul-
lit. Ergo Liberius ſubſcripſit heresi.

Resp. neg. cons. Liberius ab Hie-
ronymo et aliis nonnullis hereseos accu-
ſatus est, non quod Arianae uicidam for-
mula ſubſcripſerit, aut Arianam here-
ſim profeſſus fuerit, ſed quia ſubſcripſit
condemnationi Athanaſii acerrimi Ni-
canae fidei propugnatoris, et formula
ſubſcripta ab Orientalibus Schismaticis
cum Arianis communicatione conjunctis; et
quia communicavit cum Arianis, ſic-
que heresis Arianae fautoribus et ſecta-
toribus fauerit.

353.

*celebratum
fuit conili-
um istud an.
359.

Ob. 28^{vo} Patres Conſilii Arimi-
nenſis* vocem uſia ſeu ſubſta ſubſtan-
tia reiecerunt, atque fidei formulam
ediderunt, in qua aſſerebatur ſi-
lius eſſe ſimilis Patri ſecondum ſcrip-
turas, omiſſa voce Conſubſtantialis.
Ergo, p.

Resp. Huius objectioni a nobis
jam ſatis factum eſſe Tom. i. Theolo-
gie noſtrae Trait. 3^{ti}o De Eccleſia. c.
3. S. 1. et S. 2. pag. 2. 29.
quos conſule. Patres, qui ambi-

405
que huius formula, quaeque ad utrumque
que sensum catholicum et Arianum inflec-
ti poterat, in Concilio Ariminensi ~~Libri~~
~~conferunt~~, tediis et minus vici subscrip-
serunt, eam semper in sensu catholico
intebuerunt. Equidem graviter pecca-
runt, consentiendo in suppressionem
verbis Usia seu Substantia, et hoc facto
contra suam intentionem Arianismo
faverunt, et malam de se suspicionem
conitaverunt, scandalumque gravissi-
mum praeberunt; tamen in haeresim
Arianam non consentirent, ut qui ante
eam subscriptionem Arianos compulerint
ad damnandum Arium et eius doctrinam
anathematizandam. atque etiam in
libertatem restituti, publice id retracta-
runt, quod vi et dolo male egerant,
ne non testificati sint, se semper te-
nere et retenturos fidem Nicenam,
atque veniam à Liberio Pontifice lap-
sus sui deprecati sint, atque impetrarint;
ut constat tum ex epistola Synodali
Concilii Parisiensis anno sequenti scilicet
360. celebrati, quae extat apud S. Hila-
rium, fragm. ii. tum ex Epistola Libe-
rii Papa apud eundem Hilarium; et ex
alia ejusdem Liberii ad Orientales epis-
tola apud Socratem; tum ex epistola Da-
masi Liberii Successoris ad Episcopos Ily-
rici scripta, apud Theodoretum lib. 2. Hist.
c. 22. Unde patet, ineptè hinc nobis
Ariminensium Patrum auctoritatem obijci.

406.
354.

Ob. contra Secundam Conclusionem
Jo. Illud Joan. c. 15. v. 26. Cum venerit Para-
cletus, quem ego mittam vobis à Patre, Spi-
ritum veritatis, qui à Patre procedit. Ergo
Spiritus Sanctus mittitur. Sed qui mitti-
tur minor est eo, à quo mittitur. Ergo, p.

Prim.
Aa. pag. 105.

Resp. dist. primum cons. Spiritus
Sanctus mittitur per processionem, con.
Per imperium, neg. cons. Spiritus Sanctus
non mittitur à Patre et Filio per imperi-
um, aut quovis modo imperfectionem
indicante in missio; sed mittitur dunta-
xat per processionem, quatenus nempe
ab utroque procedit, et inquit esse novo
modo in creaturâ per effectum, qui ei
per appropriationem tribuitur. Nam
missio in divinis nihil aliud est, quam
persona ab alia procedentis presentia in
creaturâ per effectum aliquem tempora-
neum, qui personæ procedenti specialiter
adscribitur propter specialem aliquam
ejus notionem.

355.

Ob. 2. Jo. c. 16. v. 13. De Spi-
ritu Sancto, Non loquetur, inquit Chris-
tus, à semetipso, sed quæcumque audiet,
loquetur... Ide me clarificabit, quia
de me auquet. Ergo, p.

Resp. neg. cons. Spiritus Sanctus
à Patre et Filio auquet scientiam rerum
omnium, sed absque ulla subjectione, ne
discendo, sed procedendo, et per processio-
nem auquendo naturam divinam, quæ
ex se ipsâ rerum omnium cognitio est.

Item omnia, quae habet, auipit à Patre et Filio sine dependentiâ, indigentia, et imperfectione, verum ex necessaria exigentiâ naturae suae, scilicet divinae, quae tam est Spiritus Sancti, quam Patris et Filii natura.

Ob. 3^{ti} Rom. c. 8. v. 26. Ipsè Spi-ritus, inquit Apostolus, postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Ergo Spiritus Sanctus est capax gemituum, et orat ut inferior, ideoque non est Deus.

Resp. neg. cons. Sensus est, Ipsè Spiritus per interiorè gratiam facit nos postulantes gemitibus, qui enarrari nequeunt. Unde ibi metaphorice ponitur verbum effectum significans pro verbo causali. Sic 2. Cor. 2. v. | dicitur: Deo autem gratias, qui semper triumphat nos in Christo Jesu. Id est, qui nos triumphare seu triumphantes facit per gratiam ex meritis Christi datam.

171 magis, 2006.

Inst. Si ita est, tam Pater rectè dicitur postulare pro nobis: nam omnes effectus ad extra sunt Trinitati communes.

Resp. neg. Sequel. Quia invaluit usus, Scripturarum consuetudine confirmatus, ut quaedam opera, licet toti Trinitati communia, imò et perfectiones certò quodam modo, qui appropriatio dicitur, uni personae non alteri tribuantur. Sic quia Pater est fons et origo Trinitatis, omnipotentia et creatio Patri tribuitur: quia Filius est Verbum Patris, et procedit per intellectum, dicitur Sapi-

Conclusionem
im venit
is à Patre
occurt. Ergo
Dei qui mittit
mittitur. Ergo
cons. Spiritus
honorem, in
Spiritus
lio per
refectio
mittitur
matomus
imignt
ctum, qu
bitur.
est, qu
is pr
quem
edenti
eiale
16. s.
or, in
am
licabit
p.
Spiritus
entiam
Substantia
per
rinam
cognit

408. entia: Denique quia Spiritus Sanctus per
mutuum Patris et Filii amorem produci-
tur, dona Supernaturalia, quae sunt effe-
ctus specialis Dei erga homines amoris ac be-
nevolentiae, ei specialiter attribuantur.

357. Ob. 4.^{to} Omnia per Verbum facta
sunt ex Joan. c. i. v. + omnia per ipsum
facta sunt. Ergo Spiritus Sanctus factus
est, ideoque est creatura.

Resp. Cum dicitur, omnia per ip-
sum facta sunt, intellige, quae facta
sunt, ut patet ex integro textu: omnia
per ipsum facta sunt, et sine ipso fac-
tum est nihil, quod factum est. At non
omnia quae sunt, facta sunt: alioqui
Pater ipse factus esset per Verbum, quod
evidenter falsum est. Spiritus autem Sanc-
tus non est factus, sed ex Patre et Filio
tanquam ex uno principio procedit absoluta
necessitate et sine ulla dependentia.

358. Ob. 5.^{to} Spiritus Sanctus frequen-
ter in Scripturis appellatur Donum Dei. Ergo
divina non est, nec esse potest persona: ni-
hil quippe potest esse sui ipsius Donum.

Resp. Dist. ant. Spiritus Sanctus
dicitur Donum Dei personale ac Subsistens,
conc. accidentale, neg. ant. Spiritus Sanc-
tus est quidem auctor Donorum accidenta-
lium à quibus distinguitur; ipse vero est
Donum Dei personale ac Subsistens, quia à
Deo Patre et Filio procedit. Ita Chris-
tus, qui vera persona est divina, Donum
Dei dicitur Joan. 3. v. 16. imò et semet-
ipsum donavit, seu obtulit in redemp-

#Z. 1006.

tionem et salutem omnium hominum. 409.

Ob. 6.^{to} Spiritus Sanctus in Scripturis nusquam appellatur Deus; nusquam adorandus et invocandus proponitur. Ergo re vera non est Deus.

Resp. 1.^o trans. ant. neg. cons. Nam solum Scriptum Dei Verbum non est principium, ex quo eruantur fidei veritates; id enim virtutis etiam habet Traditio, qua est Verbum Dei non scriptum, adeoque et si proiuse ac directe Spiritus Sancti divinitas non memoraretur in Scripturis, inde tamen non sequeretur, eum non esse Deum, quando id nobis Traditio re vera docet, eumque adorandum proponit.

Resp. 2.^o neg. ant. falsum namque est, Spiritum Sanctum in Scripturis expresse Deum non appellari. Act. c. 5. enim v. 3. Anania, ait S. Petrus, cur tentavit Sathanas cor tuum mentiri te Spiritui Sancto? ... non es mentitus hominibus, sed Deo. Spiritus ergo Sanctus, cui Ananias mentitus fuerat, verus Deus est, et appellatur, adeoque et adorandus, p.

Ob. 7.^{me} Cum Apostolus 1. Cor. 8. 360. v. 6. enumerat beneficia Dei in homines, Patris et Filii duntaxat mentionem facit, nusquam Spiritus Sancti. Ergo, p.

Resp. neg. cons. Cum una vel altera persona nominatur, alia non excluditur. alibi passim Apostolus Spiritus Sancti meminit, eisque beneficia recenset.

Ob. 8.^{vo} Veteribus Philosophis in 361. cognitus fuit Spiritus Sanctus; imò et

410. primis Christianis: enimvero Act. 19. v. 2. cum
Paulus baptizatos interrogasset, an Spiritum
Sanctum recepissent, responderunt: Ne qui-
dem si Spiritus Sanctus est, audivimus. Ergo.

Resp. neg. cons. Mirum videri non
debet, si Spiritus Sanctus veteribus Philoso-
phis cognitus non fuerit, tametsi cum Chris-
tiani commercio juncti fuissent; Solebant
enim Christiani obscurius de altissimis fidei
nostre mysteriis coram Paganis verba facere,
ne forte ab illis inviderentur. Illi vero,
qui Paulo interroganti, an Spiritum Sanctum
recepissent, responderunt, se ne quidem au-
divisse, an sit Spiritus Sanctus; Baptismo
duntaxat Joannis baptizati fuerant, non
Baptismo Christi, unde nec etiam mirum,
quod Spiritum Sanctum ignoraverint, qua-
propter jubet Apostolus eos baptizari Bap-
tismo Christi, Act. 19. v. 5.

362. Ob. 9^{no}. Quarto Saeculo adhibeba-
tur haec glorificationis formula: Gloria
Patri et Filio in Spiritu Sancto. Ergo
Spiritus Sanctus non annumerabatur
ut equalis Patri et Filio.

Resp. neg. cons. Quia 1^o quarto
Saeculo, imo etiam tribus prioribus Ecle-
siae Saeculis, in Ecclesia tum Orientali, tum
Occidentali unitatissima fuit haec glori-
ficationis formula: Gloria Patri et Fi-
lio et Spiritui Sancto, seu, cum Spiritu
Sancto, ut testatur S. Basilus, lib. de
Spiritui Sancto, c. 29. Porro propositio
cum idem plane significat, quod con-
junctio Et, ut idem S. Doctor notat
c. 27. ejusdem libri. 2^o. In ista glo-

rificationis formulâ, Gloria Patri et Filio, 411.
in Spiritu Sancto, quae longè minus usitata
est, propositio in eandem significationem
habet, quam propositio cum, ut probat
idem S. Basilius cit. lib. c. 25. Certe ubi
in Scripturâ de Patre dicitur ex quo, de
Filio per quem, de Spiritu Sancto in quo,
hae voces idem significant; de eo enim dicitur
in illâ, ut Rom. ii. v. Quoniam ex
ipso, et per ipsum, et in ipso sunt omnia:
ipsi gloria in saecula.

Ob. 10^{mo} Dionysius Alexandri - 363.
nus, teste S. Basilio epist. 41. Spiritum
Sanctum creaturae ac servili creaturae adim-
meravit. Ergo, p.

Resp. S. Basilius, cum hanc epis-
tolam scriberet, non habebat pro manibus
apologeticum à Dionysio compositum,
ut ipse Basilius ibidem testatur: unde
Dionysii mentem et doctrinam non satis
perspectam habuit. Quare anteponen-
dum est testimonium S. Athanasii,
qui libros apologeticos à Dionysio cons-
criptos habuit, et eum hâc heresi pur-
gavit in epistolâ de sententiâ Dionysii,
ubi ipsius verba refert, quibus expresse
Spiritûs Sancti divinitatem adstruit.
Ipse Dionysius in responsione ad propo-
sitiones Pauli Samosatemi sic ait:
Non impune feret, qui adversus Spiri-
tum Sanctum blasphemus est. Spiri-
tus autem est Deus.

Ob. 11^{mo} Aliqui item ex ve - 364.
teribus Patribus vix Spiritum Sanctum

3. 1007.

NB. wyse dra
notie ruzged
Laiugus.

412. Deum appellare ausi sunt. S. Hilarius
in libris duodecim de Trinitate, à nomi-
ne Dei Spiritui Sancto tribuendo absti-
net. S. Basilus non tantum eum De-
um non appellat, sed Hom. 17. quæ est
in Sanctum Baptisma, negat Spiritum
Sanctum Deum esse dicendum. Eiusque
agendi rationem probat S. Gregorius
Nazianzenus Orat. 20. quæ est fune-
bris in eandem Sancti Basilii.

Resp. reverà nonnullos è Veteribus
ex oeconomia voluisse Spiritum Sanctum
expresse Deum appellare, quòd in his versa-
rentur temporum circumstantiis, in qui-
bus ob præpotentem. Hæreticorum factio-
nem periculum erat, ne Catholici Brævles
è suis Sedibus per vim dejecti, eas Hære-
tici occupandas relinquerent. Hinc enim
furebant in Catholicos Ariani, inde Mac-
doniani, qui, si junctò inter se foedere
vires omnes suas in Catholicos simul con-
vertissent, gravissimum rei Catholica
damnum intulissent: quapropter ex pru-
denti oeconomia temporì cedendum esse
judicaverunt, donec sedatò admodum ani-
morum furore, liceret aperte quòd sen-
tissent profiteri. Interim tamen non
disimulabant, imò palam in Scriptis suis
declarabant, unam et eandem esse Spi-
ritus Sancti cum Patre et Filio Substan-
tiam; eum inter creaturas non esse annu-
merandum; nos in nomine Spiritus Sancti,
perinde ac Patris et Filii baptizari,
quòd certè idem est, ac Spiritum Sanctum

Deum appellare, prout videre est apud 413.

S. Hilarium, lib. 2. de Trinit. S. Basilium
innumeris penè locis, prout autem lib.
de Spiritu Sancto, et lib. 9. adversus Euno-
mium*. Hancque horum SS. Patrum
oeconomiam in Basilio laudat S. Gregorius
Nazianzenus Orat. 20.

* et comment.
in Matth. ubi
Baptizamus,
inquit, in nomi-
ne Patris, et Fi-
lii, et Spiritus
Sancti, ut quo-
rum una est Tri-
nitas, sit una
largitio, nomen
que Trinitatis
est unus Deus.

4. 1000

Ob. 12^{mo} Ipsum Concilium Nica³⁶⁵
num non definit Spiritum Sanctum esse De-
um. Ergo non est Deus.

Resp. Neg. cons. Quia in Concilio
Nicano non erat controversia, an Spiritus
Sanctus esset Deus; quanquam Concilium
satis per hæc verba, Credo in Spiritum
Sanctum, notat, Spiritum Sanctum De-
um esse credendum

** Hæc ut. Col.
tit. i. S. Basilium
eloquitur: Cum
que communia
sunt creaturis, Spi-
ritui Sancto non com-
municentur; et
que Spiritus pro-
pria sunt, creaturae
non communicentur.
colligitur hinc Spi-
ritum non esse creatu-
ram: quoniam que
communia sunt Pa-
tri et Filio, eadem
communia sunt et
Spiritui. Nam qui-
bus designatur in Scrip-
tura Pater et Filius
esse Deus, eisdem de-
signatur et Spiritus
Sanctus Deus. Ex qui-
bus colligitur ejus-
dem Spiritum esse
deitatis cum Patre
..... Ex quo patet
Trinitatem esse con-
substantialem.

Ob. 13^{to} In Concilio Constantino³⁶⁸
litanò de Spiritu Sancto agebatur, nusquam
tamen in eo appellatur Deus. Ergo, P.

Resp. neg. cons. Uti Patres Cons-
tantiinopolitani Spiritum Sanctum Deum
non appellaverint, ejus tamen divinita-
tem conceptis verbis professi sunt, Cre-
dimus, inquit, et in Spiritum Sanctum
Dominum et vivificantem, qui ex Patre
procedit /: contra Macedonianos, qui vo-
lebant eum esse creaturam ex nihilo faci-
tam; qui cum Patre et Filio simul ado-
ratur, et conglorificatur, qui locutus est
per Prophetas.

Item 1^o 97. et
98. Spiritum Sanc-
tum expressis verbis
Deum profitetur.

Ob. 14^{to} Ida persona non est De³⁶⁷
us, quæ nec est genita, nec ingenita. At
talis est Spiritus Sanctus. Ergo non est
Deus.

S. Hilari
tate, a no
uendo ab
tum cum
n. 17. que
at Spiritu
m. Guigo
Gregorius
ne est juve
li.
ose veteri
um Sanctum
d. in us. ut
ntis, in qu
rum factu
deu. Bras
i, eas tan
t. Hinc
inde
le forte
Cathol
ropterea
cedendum
modum
te quod
amen no
Scriptu
em esse
ho. Lub
n esse
vinitu
aptitud
m Sanctu

414

Resp. neg. maj. Nam inter genitum et ingenitum datur aliquod medium, scilicet procedens alia via quam per generationem.

368.

S. Tertius

Utrum Mysterium SS. Trinitatis cognosci possit sola naturali ratione due.

Cum hic quaerimus, utrum Mysterium SS. Trinitatis cognosci possit, idem est, ac si quaeramus, num illud demonstrari possit sola naturali ratione due, seu naturalibus rationibus. Quod enim cognosci potest, illud et ea, qua cognoscitur ratione, demonstrari potest.

Claudianus Mamertus Ecclesia Viennensis saeculo quinto Presbyter; Petrus Abaelardus, necnon Raymundus Lullius saeculi duodecimi auctores tenuerunt, Mysterium hoc sola ratione naturali cognosci et demonstrari posse; hi duo posteriores autem fide quidem posita et prolucente duntaxat, quod negabat Mamertus, id fieri posse asserbant. Hos secuti sunt Neoterici quidam Scioli, sed prorsus inepte. contra quos sit

369.

Conclusio.

Mysterium SS. Trinitatis sola ratione due cognosci aut demonstrari non potest, supposita etiam fide illius Prob. 1.º En Scripturis. Prov. 28. v. 27. Qui scrutator est Majestatis opprimetur a gloria.

1.º Cor. 2. v. 6. De Christiano Religio- nis Mysterio loquens Apostolus, ait: Sapientiam loquimur inter perfectos: Sapientiam vero non hujus saeculi..... sed Dei Sapientiam in mysterio qua abscondita est.

2.º Cor. 10. v. 4. Roma militis nostra, inquit, non carnalia sunt, sed potentia

Deo ad destructionemmunitionum, consilia des⁴¹⁵
truentes, et omnem altitudinem extollentem
se adversus scientiam Dei, et in captivitatem
redigentes omnem intellectum in obsequi-
um Christi.

Matth. ii. v. 27. Nemo novit filium
nisi pater, neque patrem quis novit nisi
filius, et cui voluerit filius revelare.

Et c. 16. post celebrem illam, quam
S. Petrus emisit fidei in Christum Deum pro-
fessionem, Tu es Christus filius Dei vivi, sta-
tim reposuit Christus v. 17. Beatus es Simon
Bar-jona, quia non caro aut sanguis re-
velavit tibi, sed pater meus, qui in Coelis est.
Quibus verbis manifestè declarat Christus
huiusce mysterii notitiam non ex humana
industria et ratione, sed ex una revelatio-
ne divina proficisci.

Prob. 2^{do} ex SS. Patribus. S. Atha-
nasius Ep. i. ad Serapion. Arianos sic inse-
quitur: Stulti atque ad omnia audaces
et precipites! Quare non potius Sanctam
Trinitatem curiosè scrutari desinitis, eamque
asperuntaxat creditis, magistrum Apostolum
hac in re imitati, cuius hæc sunt verba, Cre-
dere oportet primum Deo, quia est.

S. Ambrosius lib. i. de fide ad gratia-
num Augustum c. 10. Impossibile est, inquit,
generationis Verbi Divini Sive Secretum,
mens deficiit, vox silat.

S. Augustinus lib. 15. de Trinitate
c. 9. Deum esse Trinitatem credimus
potius quam videmus.

Verbo, ut ceteros Patres taceamus,
hæc Philosophia non sapit, inquit S. Hilarius, * lib. 3. de Trinit.

Prob. 3^o. Ratione Theologica. Cognitio rei, quae est omnino Supernaturalis, et cuius nullum vestigium, Saltem quod proxi- simile sit, extat in rebus creatis, compara- ri non potest sola ratione naturali: siquidem potentia cognoscens et objectum cognitum debent esse ejusdem ordinis, cum inter ea debeat esse proportio. Atqui mysterium SS: Trinitatis est omnino Supernaturale, nullumque illius vestigium, Saltem quod omnino simile sit, extat in rebus creatis. Ergo, p.

2^o Prob. quod scilicet mysterium hoc ratione naturali demonstrari non possit. Omnis demonstratio vel est à priori vel à posteriori, seu per effectus. Atqui SS: Trinitatis existentia probari non potest à priori, cum nullam sui cau- sam agnoscat: neque etiam à postero- ri; quia creatura non dependet à Deo quatenus Trinus est, sed quatenus om- nipotens: omnipotentia autem est at- tributum ad naturam divinam perti- nens, nec minimam distinctionis inter personas suspicionem ingerit. Ergo, p.

Nihil tamen obest, quin, suppo- sita fide hujus mysterii, illud exemplis et similitudinibus quibusdam utcumque sua- deri, illustrari et confirmari possit; id declarant similitudines illae, quibus ad illud suadendum et illustrandum usi sunt SS: Patres, utque animos ei jam fide ad- haerentes in assensu sisterent.

Prima est, intellectus, volunta- tis et memoriae in una eademque ani- ma. Ea comparatione plerumque uti-

tur S. Augustinus multis in locis, maxime 417.
verò lib. 4. de Trinit. c. 8.

Secunda est Solis, radii, et Splendoris
ex utroque profluentis. Ita Tertulianus,
et S. Athanasius Orat. 4. ta cont. Arianos.

Tertia radice, trunci, et rami in
una et eadem arbore. Ita etiam Tertuli-
anus lib. cont. Brax. et alibi frequentissi-
me.

Porò quantum hæc omnia ex-
empla et similitudines distent à distinc-
tione reali trium personarum in unitate
ejusdem essentia, nemo non intelligit.

Solvuntur Objectio-
nes.

Ob. 1.º Ut lumine naturali innotes- 371.
cat mysterium SS. Trinitatis, Satis est, quòd
Solà ratione absque beneficio revelatio-
nis cognosci possit, Deum intelligendo et
volendo produere terminos sibi consubs-
tantiales in natura, et distinctos in per-
sona. Atqui hæc tria Solà ratione inno-
tescere possunt. ad 1.º Deum intelli-
gendo et volendo produere terminos sue
intellektionis et volitionis, constat, quia
omne agens agendo producit aliquem
terminum sue actionis. Atqui Deus in-
telligendo et volendo agit, et quidem ac-
tione purissimà, et perfectissimà; Ergo.

2.º Quòd terminus intellektionis
et volitionis in Deo, sit Deo consubstantia-
lis ostenditur, quia terminus ille debet
esse perfectissimus. Atqui non esset per-
fectissimus, nisi esset ejusdem natura
cum suo principio, ipsique consubstantialis.

— 6. 190.

418. Et verò terminus illè vel est auidens, vel Substantia. Non potest esse auidens, quia omne auidens quamdã imperfectionem involvit: Superest igitur, ut terminus ille sit Substantia, et quidem eadem numero cum suo principio, Deo nempe, aliòs plures agnoscendi forent numero Dii, quò pugnat cum ipso natura lumine.

3^o Quòd termini illi realiter et personaliter distinguantur, facile evincitur; ex eo nempe, quòd productum semper sit à producente distinctum, nihilque se ipsum producat.

Ergo lumine naturali cognoscitur, in Deo terminos intellectus et voluntatis consubstantiales esse, et personaliter distinctos, quò duplici capite stat mysterium SS: Trinitatis.

Resp. neg. un. Nulium quippe ex his tribus solà ratione naturali certò cognosci potest. Non enim Quia 1^o certò non constat utrum in creatis detur terminus seu species expressa intellectus et voluntatis ab ipsis distincta, licet enim aliqui Philosophi id existiment, tamen multi contra reclamant. 2^o Ceterique, qui ejusmodi terminos actionum intellectus et voluntatis ab ipsis distinctos admittunt, fatentur non esse necesse, ut quicumque intelligit, is terminum ejusmodi, seu verbum aut speciem expressam efformet. 3^o Licet certò constaret in creatis dari terminos intellectus et voluntatis, non idè idem constaret in divinis; siquidem quòd intellectus crea-

tus producat cognoscendo terminum seu spe- 419.
 ciem expressam, hoc videtur redolere quam-
 dam imperfectionem, in eo nempe sitam,
 quod intellectus per se, et non nisi benefi-
 cio alicujus imaginis producta possit objec-
 tum percipere. Omnis quidem actio,
 si vera est, terminum habet, quem vel
 producit, si sit actio vere productiva, vel
 ad quem tendit: actio autem intellectus
 et voluntatis in Deo naturaliter non cognos-
 citur esse vera, multo minus productiva.

Non etiam secundum solo natu-
 rali lumine potest innotescere, scilicet
 terminum intellectus et volitionis
 in Deo esse consubstantialem. Namque
 Substantia hanc numero saltem, juxta
 naturam legem, distincta esse deberet in
 tribus personis divinis; adeoque tres nu-
 mero Deos efficeret, quod cum natura
 lumine et recta ratione pugnam nemo
 non intelligit*. Itaque conijctur
 terminus intellectus divini esse perfec-
 tissimus in ratione imaginis et repre-
 sentationis; terminus vero voluntatis
 in ratione ponderis et inclinationis: non
 vero conijctur esse perfectissimus in om-
 ni genere, quasi esset Deus ipse. Et certe
 in intellectu humano verbum mentis
 non est homo; in intellectu Angelico
 verbum mentis non est Angelus; unde
 incomprehensibile mysterium est, quod
 verbum intellectus divini sit Deus. Idem
 dicendum de termino voluntatis divinae.

* Unum enim Deum
 esse et lumen na-
 turae et recta ratio
 dicitur.

* Verbum mentis est
 expressio imaginis
 objecti cogniti ab
 intellectu in se ipso
 facta, alio nomine
 dicitur species ex-
 pressa.

Non denique tertium: Quamvis enim per ratiocinium inferre possimus, terminum per intellectionem productum esse distinctum ab intelligente, eoquod nihil se ipsum producat, nemo tamen inferet, terminum illum esse aliam personam ab intelligente.

7. 191.

Adde, quod sola ratione demonstrari non possit, quare tres distinctae sint in Deo personae, non plures; quare una potius quam altera sit et vocetur Filius, quare una sit altera origine prior, cum eodem temporis puncto natura in Deo intelligat et velit simul; quare una, nempe Spiritus Sanctus, à Filio simul et à Patre procedat: haec et alia huiusmodi nunquam humana mens assequetur.

372.

Ob. 2.º Naturaliter intelligimus, Deum esse summum et infinitum bonum ac fovendum. Atqui huiusmodi bonum est diffusivum sui ipsius tam ad intra quam ad extra. Ergo necesse est, ut infinitè se communicet. Atqui id non potest extra se, cum creatura sit inaequalis infinitae participationis divinarum perfectionum. Ergo intra se: haec autem infinita intra Deum communicatio non potest aliter fingi, quam per productionem termini infiniti, qui Deus sit; nihil quippe praeter Deum infinitum esse potest.

Resp. Dist. min. infinitum bonum est infinitè sui communicativum in re veritate, ac supposita fide, conc. Quoad nos, et quasi, fide seposita, solo naturae lumi-

ne id cognoscamus, neg. min. Ratio est, quia 421.
naturaliter explicari à nobis non potest, qui-
bus et quomodo fieret illa natura ac Subs-
tantia communicatio: cognoscimus vero Sum-
mum bonum se se ad extra posse communi-
care, et pro suo arbitrio, et pro capacitate crea-
tura, quae cum essentialiter finita sit, in-
finita communicationis recipienda inea-
pax est.

Adve, quod infinitus ille terminus
à Deo productus, sola ratione naturali dictan-
te necessario Deus supponeretur, sicque Deus
alium Deum sibi similem produceret: cum
autem rationi repugnet Deorum pluralitas,
hinc eadem ratione naturali duce concluden-
dum est, Deum non posse alium sibi simi-
lem producere.

Ob. 3^o Vel possibile vel impossi- 373.
bile demonstratur mysterium S. Trini-
tatis. Atqui non potest demonstrari im-
possibile; quod enim est verum, nunquam
demonstrari potest falsum. Ergo demon-
strari potest possibile.

Resp. neg. maj. Sophisma est,
quod vocant, à falso supponente: nem-
pe mysterium istud posse aliquo modo
demonstrari vel possibile vel impossibile;
quod falsum est, quia nulla idius idea
nulla notio sola ratione et ante revela-
tionem haberi potuit.

Inst.: Inter duo contradictoria
non datur medium. Atqui possibile et
impossibile sunt duo contradictoria. Ergo.

Resp. Quamvis possibile et im-
possibile sint duo contradictoria, quia

422. Sicut opponuntur ut ens et non ens; ta-
men demonstrari possibile, et demonstrari
impossibile ~~est demonstrari~~ non sunt duo
contradictoria, quia utrumque positivum
est, inter quae aliquod medium assignari
potest, nempe nullatenus demonstrari.
Adcoque quamvis non detur medium inter
possibile et impossibile, potest tamen dari
medius status inter duos de eadem re. Dispu-
tantes, unum affirmantem, alterum ne-
gantem, sicut dubius habebit, quia neu-
ter ex disceptantibus profert efficacis argu-
mentum: homo ille, qui eos audit.

374. Ob. 4^{to} Demonstrari potest, Reli-
gionem Christianam esse divinam, et non
nisi vera docere. Ergo, cum doceat mys-
terium SS. Trinitatis, certo concludetur
idud esse verissimum.

Resp. Dist. cons. concludetur Theo-
logica conclusionem generali et extrinsecam
atque ex principiis revelatis deducta, conc.
ex principiis naturalibus et conclusionem
intrinsecam et propriam ex rei ipsius visce-
ribus petita. neg. cons.

375. Ob. 5^{to} Plures à Philosophis Eth-
nicis Sanctissima Trinitatis mysterium
agnovere. ut 1^o Plato, qui frequenter,
ut Ep. 2. ad Dionysium, quam Eusebius re-
fert lib. ii. preparat. Evang. c. 20. Et Epist.
6. ad Hermam, tribuit Deo Verbum aeter-
num, per quod omnia creavit, vocatque
idud mentem eximiam, ideam, lucem;
et à Verbo tertium exisse docet, qui est
veluti anima mundi, ipsum vegetans et

02. 192

conservans. Hinc illius testimonio nominum 423
quam usi sunt antiqui Patres contra Paga-
nos mysterium istud deridentes.

2^o Zoroastres Bactrianus, quem
Semiramidi coarum ferunt, in magicis
Deum Patrem et Filium agnovit.

3^o Mercurius Trismegistus, qui
circa Moysis tempora floruit, hoc habet apud
Boetianum: Monas genuit Monadem, et
ipse suum reflexit ardorem.

4^o Sybilla Erythroa praedixit
Iesum Christum Dei Filium Salvatorem,
ex S. Augustino lib. 18. de Civ. Dei c. 23.

Ergo sola naturali ratione Mys-
teri SS: Trinitatis habere cognitionem,
enimvero, cum Ethnici fuerint, divina re-
velationis incapaces fuerunt.

Resp. neg. cons. Quod Platonem
attinet, dicimus, cum discendi studio pere-
grinatum, et ex sacris Iudeorum libris
nonnulla potuisse desumere, quae male
intellecta, et verbotenus fidei nostrae affi-
nia suis scriptis inseruit; nam tria illa re-
censita nomina tanquam tres Deos propo-
nit, quorum primus sit major, secundus
minor, tertius infimus, ut refert Macro-
bius, in Somnio Scipionis c. 14. Plautinus,
Enneade 5^{ta} lib. 1. c. 3. et seq. Eusebius, ut
lib. 11. Praep. Evang. S. Augustinus, lib. 13. de
Civ. c. 16. et 17. S. Cyrillus Alex. lib. 3. in Juli-
anum. Patres revera adversus Genti-
les, qui, ipsi predicantibus Patrem, Filium,
et Spiritum Sanctum esse unum Deum, Scan-
dalum patiebantur, Platonem magno no-

424
minis Philosophum hæc tria in Deo agnovisse
reponebant. At ubi ipsis pugnandum fuit
cum Hæreticis, qui ex Scholâ Platonis Patrem
majorem, et Filium minorem asperiebant,
idem Patres Platonis doctrinam et impie-
tatem procul abiecerunt et amandarunt.

Quæ verò ex Zoroastre, Trismegis-
to et Sybillis afferuntur, supposititia sunt,
et proximum post Christi tempora conficta,
ut inter alios observat Betavius, lib. i. De
Trinit. c. 2. Sed Jennis, genuina esse
carmina Sybillina, identitatem à Catholicis
laudata; certè foetus luminis naturalis, di-
vi nequeunt, cum in illis multa de Christo
canantur merè contingentia, qualis est ejus
passio; unde necesse est Sybillis in præ-
mium castitatis, ut nonnulli suspicantur,
hæc fuisse revelata, quemadmodum legitur
Num. 23. Balaam Divinitus afflatum pro-
phetaffe.

376.

Caput Secundum. De Processionibus Divinis.

Processionis nomine non aliud in-
teligitur, quam emanatio seu origo uni-
us ab alio, sic fluvius à fonte dicitur pro-
cedere, quòd ab eo emanet et oriatur.

Duplex est, transiens una, altera
immanens. Prior est ea per quam potentia
extra se ipsam operatur, talis est processio
caloris, per quam calefit aqua; ignis enim,
ex quo calor ille procedit, extra se ipsum, in
aquam nimirum, operatur. Posterior est
ea, in qua potentia seu principium opera-
tur in Subjectum intra se positum; sic visio
est actio immanens; nam ut oculus videat,

non est necesse, ut extra se ipsum exeat, seu
ut operetur in Subiectum, quod extra ipsum
oculum positum est.

425.

De processione immanente hic insti-
tuitur questio, num videlicet in divinis re-
periatur, non quidem qua sit tanquam
a causa aliqua proprie tali, sed a princi-
pio quodam duntaxat: item quotuplex
illa sit, seu quot in divinis numerentur,
quenam earum proprietates; principia,
et denique quodnam inter eas sit disci-
men. Huc omnia singulis paragraphis
disutiemus.

S. Primus

377.

De existentia et numero
processionum divinarum.

Processionem divinam definiunt
Theologi, quod sit Aeterna unius perso-
nae divinae ab altera seu duabus simul
origo ac productio.

Esse in Deo huiusmodi veras ex
divina substantia processiones nega-
runt Haeretici quotquot vel persona-
rum distinctionem, vel earumidem uni-
tatem naturae impugnare, de quibus
jam supra egimus. contra quos sit

Conclusio 1^a

378.

Datur in Deo vera et proprie dicta
processio.

Prob^o ex Scriptura. Psal. 109. v. 3.
Ex utero ante luciferum genuit. atqui
generatio sine aliqua processione conipi
nequit. Ergo, p.

— L. rix. B. 6.
pag. 193.

Joan. 8. v. 42. Ego ex Patre processi et veni, inquit Christus. Ubi per verbum processi aeternam suam generationem; per verbum autem veni temporalem in mundum missionem per suam Incarnationem designat.

Pariter de Spiritu Sancto dicitur Joan. 15. v. 26. Cum venerit Paracletus, quem ego mittam vobis Spiritum veritatis, qui a Patre procedit.

Prob. 2.^o ex Symbolo Niceno in quo lius dicitur Deus de Deo, et Spiritus Sanctus de Patre procedere aperitur.

Prob. 3.^o Quia sunt in Deo plures personae à se invicem distinctae, ut mox dicemus. Atque personarum distinctio fundatur in processione originis unius ab alia, juxta idud Scholae effatum, Omnia in Divinis sunt unum et idem, ubi non obstat relationis oppositio.

Conclusio 2^a

Duo duntaxat, et non plures sunt in Divinis processiones.

Prob. 1.^o ex citatis mox Scripturae testimoniis, in quibus non modo Verbi Divini, sed etiam Spiritus Sancti processio exprimitur.

Prob. 2.^o Tot sunt in Divinis processiones, quot sunt personae procedentes. Atque duo duntaxat sunt personae divinae procedentes; nempe Filius et Spiritus Sanctus: Pater enim à nullo procedit: hinc dicitur Deus à se à Scripturibus Ecclesiasticis, ingenuus, immasibilis, principium sine principio, origo et fons totius Divinitatis.

Prob. 3.^o Ut duo sint duntaxat in Deo processiones, sufficit, quod in Deo

Sint. Solum Dna. facultates immanenter ope- 427.
rantes, et quod illa facultates Semper ac-
necessario agant. Atqui 1^o non sunt plu-
res quam Dna. facultates immanenter ope-
rantes, intellectus nempe et voluntas. 2^o
Eae facultates necessario agunt: Deus enim
necessario intelligit, et amat essentiam su-
am. 3^o Semper agunt, cum Deus non
possit ab agendo ad intra abstinere. Ergo.

Prob. 4^{to} Quid quid est infinitum,
unicum est in suo ordine. Atqui Verbum
divinum, ut pote terminus intellectus
divina, est infinitum; Spiritus Sanctus
quoque, qui terminus est divinae volitionis,
est infinitus. Ergo unicum est in Deo Ver-
bum, unicus Spiritus Sanctus. Ergo non
plures sunt, quam Dna. processiones ex qua-
rum una Verbum, ex altera Spiritus Sanc-
tus procedit.

Solvuntur Objectiones.

380.

Z. 10A

Ob. 1^o contra jam Conclusionem.

Deus est ens à se, seu nullam sui causam, nul-
lum principium agnovit, Ergo procedere ab
alio non potest.

Resp. Dist. ant. Deus est ens à se, ra-
tione essentiae seu naturae, quae nec ab alio
procedit nec generat, nec generatur, con.
Est à se ratione personae, iterum dist. per ex-
clusionem vere causae ac dependentiae, con.
per exclusionem originis seu processionis ab
alio, adhuc dist. Deus Pater, con. idem quippe
fons est et origo divinarum personarum,
quae ab ipso procedunt, ipse vero ab alio non
procedit, unde per appropriationem appella-
tur Pater à se. Deus Filius, et Spiritus Sanc-

428. tus, neg. Filius enim est à Patre, Spiritus
Sanctus à Patre et Filio. Porro ùm Deus
Simpliçiter dicitur ens à se, spectatur ratio-
ne essentia seu natura divina designata: ipse
enim persona Filii et Spiritus Sancti aliquam
sui originem, principium aliquod agnoscunt.

Just. Multi Veteres dicunt, Patrem
esse causam filii, p. ut Justinus, in Dialogo
cum Tryphone, ubi scribit, Deum Patrem
esse Filio causam cur sit. Constantinus
Magnus, in oratione ad Sanctorum coetum
apud Eusebium sic loquitur: Pater quidem
Filii causa est, Filius vero est causatum.

S. Basilii lib. 1. contra Eunom. Nos autem,
inquit, secundum causarum habitudinem
ad ea, quae ex illis oriuntur, Patrem colo-
cari ante Filium asserimus. Item ibid,
Vox ipsa Patris, ait, quid aliud significat,
nisi hoc quod causa est et principium ejus
qui ex ipso genitus est. S. Gregorius Na-
zianzenus orat. 29. ubi haec ait: Deus qui-
dem s. de Patre loquitur: est Deus, signi-
ficat Filium et Spiritus Sanctus ad unam
causam referuntur. Ergo vel nulla da-
tur in Deo processio, vel si datur aliqua,
tunc est unius ab alio tanquam à verà cau-
sà duntaxat, non tanquam ab origine
vel principio tantum.

Resp. Dist. ant. Multi Veteres di-
cunt Patrem esse causam Filii improprie
sumptam, con. proprie sumptam, neg.
ant. Causa improprie sumpta est sim-
plex communicatio esse, abstrahendo, an
per eam communicationem terminus pen-
deat à principio, aut ab eo minime pen-

Deat. Ita causam huc intellexisse laudatos 429.
Veteres patet ex eo, quod conceptis terminis
docuerint, Verbum vere ac substantialiter
esse Deum, ac proinde non esse terminum,
qui à suo principio Patre nimirum, tan-
quam effectus à causâ pendeat. Usi sunt
autem eâ loquendi ratione, ut adversus Sa-
bellianos aliosque similes haereticos perso-
narum distinctionem in divinis adstruerent.

Ob. 2.^o contra 2.^{am} Conclusionem. 381.

Quod infinitum est, unicum sit oportet.
Hinc Dei unitatem probant Veteres, quod
sit ens infinitum. Atqui duo esse non
possunt simul infinita. Ergo cum pro-
cessio in Deo sit infinita, unica esse de-
bet.

Resp. Dist. Maj. Quod est infini-
tum, unicum est in suo ordine, et, ut di-
citur, intensivè, conc. Ita quia procef-
sio per intellectum infinita est, unica
quoque est, et unicum producit Verbum:
idem dicendum de processione per volun-
tatem. Quod infinitum est, debet esse
unicum extensivè, et in alio quovunque or-
dine, neg. maj. Ita processio per intelec-
tum non excludit processionem per volun-
tatem, imò hanc importat, et utraque
in suo ordine, ac quasi specie infinita est.

Iust. Prima processio totam na-
turam communicat et exhaurit. Ergo alteri
processioni locum non relinquunt.

Resp. Dist. ant. totam exhaurit na-
turam, et non totaliter, seu non omni mo-
do, neque in quolibet ordine, conc. Totam
et totaliter, ac in quolibet ordine, neg.

Pater, Spiritus
sacrosanctus
spectatur
Designatur
us sancti
quod agnoscat
dicunt, Patrem
us, in Dialogo
Deum Patrem
constantinus
orum certum
Pater quoniam
est causator
Nos autem
habituarius
Patrem
Item
indignus
principium
Gregorius
aut
et Deo
tus a
vel
tur aliquo
in a
ab origi
ulti
impugn
tam, re
ta
alio
omni
ime

3. 195

430. ant. Prima processio totam naturam exhau-
crit in ordine intellectionis duntaxat, sicut
secunda eam exhaurit in ordine spirationis.

382.

Ob. 3^{to} contra id, quod in eadem
conclusionem 2^{da} asseritur, non plures scilicet
esse quam duas, in Deo processiones. Etsi
vis spirandi in Patre sit infinita et exhaus-
ta per processionem Spiritus Sancti, nihilo-
minus tamen Filio communicatur, qui simul
cum Patre Spiritum Sanctum producit. Ergo
etsi vis intelligendi Patris exhausta sit per
generationem Verbi, poterit nihilominus
Verbum aliud Verbum producere, et ita in
infinitum.

Resp. neg. cons. et paritatem. Dis-
paritas est, quod Verbum accipiat intelli-
gendi facultatem jam sui ipsius productio-
ne exhaustam; non autem accipiat volun-
tatem termini sui processione exhaustam.
Scilicet in illo priori instanti originis, quo
Pater producit Filium, nondum in nostro
conspiciendi modo; intelligitur exhausta
ipsius vis spirandi; quia nondum intelli-
gitur spirasse Spiritum Sanctum, qui enim
secundus sit origine à Filio, ab ipso ut et à
Patre tanquam ab unico principio procedit.
At intelligendi vis omnino exhausta est per
productionem termini infiniti, Verbi scilicet
divini, quod unicum sufficit, nec aliud est
possibile.

383.

Ob. 4^{to} Fecunditas, qua in genera-
di et spirandi facultate posita est, summa
est in Deo perfectio. Ergo si generandi faul-
tate careat Filius, et utraque Spiritus Sanc-
tus, ipsis deerit summa aliqua perfectio. At-
qui personis divinis nulla deesse potest perfec-
tio. Ergo, p.

Resp. Dist. ant. Summa est perfectio 431,
 in natura divina, conc. in persona divina,
 subdit. in persona Patris, conc. in persona
 Filii et Spiritus Sancti, neg. ant. Summa
 quidem est natura divina perfectio, quod
 fecunda sit per intellectum et voluntatem,
 Summa haec etiam est in Patre perfectio; Sum-
 ma quoque est in Filio perfectio quod Spi-
 randi vim habeat. Verum in Patre utra-
 que perfectio est relativa, ut et in Filio
 vis Spirandi ipsi cum Patre communis; porro
 perfectiones relative nec postulant nec
 possunt esse omnes in singulis personis di-
 vinis; relata enim sibi opponuntur, et se
 invicem excludunt. Neque tamen exinde
 sequitur, Patrem perfectiorem esse Filio,
 et Filium Spiritu Sancto: non enim mi-
 nor est perfectio Filio quod generetur, quam
 Patri, quod generet; idem dicendum de Spi-
 ritu Sancto. Quam porro quavis persona divi-
 na perfectionem relativam non habet for-
 maliter, hanc habet identice, propter na-
 tura ejusdem communionem, ut infra expo-
 nemus. Quod autem Filius Verbum
 aliud non generet, et Spiritus Sanctus alium
 voluntatis terminum non producat, id non
 ex defectu et impotentia oritur, imo potius
 ex Summa et infinita eorum perfectione.
 Ideo enim Filius aliud Verbum non generat,
 quia ipse est Verbum infinitum adaequans
 totam naturam divinam in eo genere fecundi-
 tatem; sic et Spiritus Sanctus cum divinam
 exhauriat voluntatem, non potest alium
 producere ejusdem voluntatis terminum. Ita
 fere hanc objectionem solvunt SS. Patres Grego-
 rius Naz. et Augustinus*.

* Orat. 37. a
 * Lib. 2. adversus
 Maximianum. b

432. Ob. 1^{to}. Subsistentia Patris, imò et om-
384 nes ejus perfectiones ab ejus divina essentia pro-
fluunt. Ergo totidem sunt processiones dis-
tincte. Ergo longè plures sunt in Deo processio-
nes, quàm duo.

4196
Aosp. Dist. ant. Subsistentia Patris
et omnes ejus perfectiones fluunt à divina
essentia, tanquam à radice et fundamento,
per simplicem, ut ajunt, metaphysicam,
virtualem et improprie dictam emanatio-
nem, quomodo proprietates ab essentia flue-
re seu emanare dicuntur, conc. fluunt ab
essentia tanquam à principio productivo
et per emanationem physicam ac proprie
dictam, quomodo Filius et Spiritus Sanctus
in Deo producuntur, neg. ant.

D. Secundus.

385.

De divinarum processionum proprietas.

Proprium seu Proprietas, prout in
Logica nostra part. i. c. 3. jam adnotavimus
est attributum essentiale secundarium rei ali-
cujus eidem soli et semper conveniens. Varia
porro hujusmodi attributa divinis processio-
nibus in sepe dignoscuntur.

1^o enim sunt immanentes, quia ea-
rum termini, Filius scilicet, et Spiritus
Sanctus, sunt in ipso Deo. Joan. 10. v. 38. Pa-
ter in me est, inquit Christus, et ego in Patre.

Ratio est, quia intellectus et voluntas fa-
cultates sunt immanentes, quæ terminos ha-
bent internos et sibi intime conjunctos.

2^o sunt aeternæ, quia ipsi Deo co-
aevæ. Egressus ejus 1. Filii: ex diebus aeterni-
tatis. Mich. 5. v. 2. Idem dicendum de Spi-
ritu Sancto. Sicut enim Pater se ipsum ab a-
eterno cognoscendo, producit Verbum; ita Pa-

teret Filius seu Verbum se se mutuo amore 433
prosequendo produunt Spiritum Sanctum, qui
amor est seu charitas increata Substantialis.

3^o Sunt Substantiales, id est termi-
nos habent Subsistentes et personales, non
verò accidentales et adventitios, quales sunt
in nobis termini intellectus et voluntatis, * termini intellectu-
nis et voluntatis in
in Deo quippe nihil est accidentale, nihil
adventitium. nobis sunt ea, quae
intelligimus et volu-
mus seu amamus.

4^o Sunt necessaria, quia ab illis
temperare se non potest divina essentia;
necessitate quippe natura Deus se ipsum
cognovit et amat.

5^o Sunt metaphysica, hoc est i-
tra omnem mutabilitatem, dependentiam
aut naturae diversitatem: Divina liquidem
profectiones in suo conceptu important
suntaxat originem unius personae ab alia,
absque ulla mutatione sive in subiecto,
sive in termino; absque ulla prioritate
temporis aut naturae in una personae; abs-
que ulla dependentia, divisione, partitio-
ne, separatione, sectione essentiae; uno
verbo, absque ulla earum imperfectionum,
quae physicam productionem semper co-
mitantur.

S. Tertius.

386.

De principiis Divinarum
profectionum.

Duplex à Philosophis distinguitur actionis
principium, nempe principium quod, et prin-
cipium quo. Prius est suppositum ipsum agens:
alterum est forma seu virtus per quam
principium quod agit, sive est virtus à
qua profluit actio productiva. Vocatur etiam

434. principium formale, quia illius virtus est veluti forma, à qua est actio; quae virtus cum duplex sit, remota nempe et proxima, duplex quoque distinguitur principium quo, remotum unum, proximum alterum; istud est per quod suppositum immediate operatur, et est ipsa natura facultas aut potentia; illud vero est id seu virtus illa, per quam suppositum mediate duntaxat operatur. Sic e.g. Petrus intelligens est principium quod; anima rationalis est principium quo remotum, et intellectus est principium quo proximum intellectionis.

Porro quamvis in Deo, ut pote simplicissimo, persona, natura, intellectus, voluntas, intellectio, volitio, sint re ipsa quid unum et idem; nihilominus tamen Theologi in subsidium infirmitatis nostrae, atque ut mysterium SS. Trinitatis commodius exponant, singula haec mentem. Et quamvis omnes conveniant inter se, principium quod processionum divinarum esse ipsammet personam producentem; de principio tamen quo sive proximo sive remoto controversia est inter ipsos: aliqui enim volunt, essentiam divinam ut precisam ab operationibus vitalibus intellectus et voluntatis; ceteri tamen communiter tuerentur, intellectum et volun-

S: 197.

* id est, inter illa te discernunt, idque cum fundamento in re, statuant distinctionem virtua-

lem.

propter humanam. Sicut divina natura perfectionem, qua fit, ut etri omnino simplex sit, tamen pluribus distinctis aequiva-

leat. Et quamvis omnes conveniant inter se, principium quod processionum divinarum esse ipsammet personam producentem; de principio tamen quo sive proximo sive remoto controversia est inter ipsos: aliqui enim volunt, essentiam divinam ut precisam ab operationibus vitalibus intellectus et voluntatis; ceteri tamen communiter tuerentur, intellectum et volun-

tatem esse principium quo proximum et im- 435.
mediatum processionum divinarum. Hoc
etiamnum ab ipsis supposito, querunt adhuc
ulterius per quos actus intelligendi et volendi
personae procedant: an per illos, qui essen-
tiales appellantur, et communes sunt tribus
personis; an vero per actus, qui notionales di-
cuntur, seu personales, et personis sunt pro-
prij, qualis est actus paternitatis intelligen-
do Verbum procedentis, p.

Verum haec Theologorum his intra Scho- 387.
lasticos haeret parietes, nec ultra protendi-
tur, nec ad illustrandum quemdam circa
Mysterium SS. Trinitatis fidei articulum
quidquam confert; nec alio fine in Scholas
inverta, quam ad ostentandam ingeniorum
subtilitatem, videtur. unde merito à no-
bis, quibus hujusmodi admodum inutilia
minime sunt ad palatum, negligi posse
eam arbitramur; ut tamen circa eam
aliquid saltem dixisse videamur, non
improbabilem censemur opinionem illam,
quae statuitur, principium quo remotum
esse naturam divinam, et principium
quo proximum processionis filii intel-
lectum notionalem seu paternitate
affectum; processionis vero Spiritus Sanc-
ti, voluntatem notionalem, seu cui ad-
juncta est Spiratio. Quod explicari po-
test exemplo visionis humanae, cujus
principium quod est homo, ab ea enim
denominatur videns: principium quo re-
motum est natura humana, quia est
radix facultatis visiva, et consequenter

436. visionis: principium quo proximum est ipsa
facultas visiva, quia per eam homo proxime
videt. Sic, à pari, Pater in divinis
est principium quod generationis Filii:
ab eâ enim denominatur generans: natu-
ra divina principium quo remotum, est
enim prima radix fecunditatis paternae:
intellectus vero notionalis principium quo
proximum; quia immediate per intellectum
notionalem generat Filium. Similiter
per voluntatem notionalem, seu Spiratio-
nem activam, Pater et Filius immediate
spirant Spiritum Sanctum. Ratio est, quia
nec Filius diceretur Verbum, nec Spiritus San-
ctus Amor et Donum, nisi ille procederet
per intellectum, hic vero per voluntatem.
Deinde si Filius et Spiritus Sanctus imme-
diate procederent per naturam divinam,
unus eorum esset modus procedendi, ac proin-
de unica in Deo esset processio.

Ceterum quamvis haec omnium
penè Theologorum, si Durandum lib. i. Sent.
dist. 6. enipias, sit sententia, non tamen
cuicquam succensebimus, si aliam exponen-
di hanc questionem invire maluerit viam.

388.

I. Quarta.

De discrimine processionis
Filii à processione Spiritus Sancti:
Seu quare processio Filii sit et dica-
tur generatio, non autem pro-
cessio Spiritus Sancti.

Ariani constanter negarunt Verbi
processionem nominari debere generatio-
nem: nec mirum; cum enim nolent, Verbum
esse verè Deum ac Patri consubstantiale, con-

6. 190.

sequens erat, ut assererent, ipsum verum genera- 437.
tione non produci: nempe qua generatione
produuntur, ejusdem, saltem secundum spe-
ciem, sunt nature, ut videre est in homine
qui ab alio generatur: Et contra Catholici
quovis seculo Verbi processionem à Patre vo-
carunt veram ac proprie dictam generatio-
nem, indeque desumpserunt invicem argu-
mentum pro consubstantialitate Verbi.

Generatio autem Strictissime seu
Specificè sumpta, et prout solis viventibus
convenit, communiter definitur: origo vi-
ventis à vivente tanquam à principio con-
juncto in similitudinem nature.

Dicitur 1^o origo, id est, productio,
processio, emanatio, prolatio; hæc enim
sunt Synonyma. 2^o Viventis à vi-

vente, quia generatio Strictissime sumpta
est vitalis. 3^o Tanquam à principio

conjuncto, scilicet per participationem vel
totalem, vel partialem Substantiæ generan-
tis: nam generans debet communicare ge-
nito aliquid, quod sibi sit vel fuerit con-
junctum. Hinc creatura quantumvis
vivens, et à Deo vivente producta, non
est Strictissime loquendo, genita à Deo.

4^o In similitudinem, ita ut generatio per
se, et non per accidens, tendat in similitudinem
geniti cum generante. Ex hujus defectu
Eva non est filia Adami, licet processerit
ab Adamo, quia nempe communicatio
costæ non tendebat per se in similitudi-
nem Eve cum Adamo, sed tendit solum

438. per accidens, quatenus Deus ~~procedit~~ proter
ordinem naturalem, ex Adami costâ Evam
efformavit. 5.º In similitudinem na-
tura, perfectam scilicet et adæquatam,
nisi forte per accidens imperiatur. Unde
generans et genitus debent habere eandem
vel specie vel numero naturam. Hæc ita
præsuppositâ generationis definitione, sit.

389.

Conclusio.

In divinis sola Verbi processio dicen-
da est generatio, non autem processio Spi-
ritus sancti.

Prob. 1.º Ex S. Scriptura. Gal. 2.
v. 7. Pater æternus sic Filium addressat:
Filius meus es tu, ego hodie genui te. De
eodem Filio Isaias dicit c. 53. v. 8. gene-
rationem ejus quis enarrabit. Item Joan.
1. v. 18. Unigenitus Filius, qui est in sinu
Patris, ipse enarravit. Et ~~pro~~ nempe
c. 3. v. 6. Christus ipse ad Nicodemum dixerat:
Sic Deus dilexit mundum ut Filium suum
unigenitum daret. Quæ Joannes ipse repe-
tit 1. Joan. c. 4. v. 9. Ex quibus sic confi-
ditur argumentum: Ea processio sola me-
rito dicitur generatio, cujus principium
est Pater, terminus vero Filius. Atqui
principium processionis Filii est Pater
terminus vero Filius. Ergo, p.

Insuper Scriptura verbo specia-
liter tanquam aliquid ipsi proprium, ideo-
que constitutum in ratione Filii tri-
buit rationem imaginis et figuræ Patris,
ob specialem scilicet similitudinem, quam
ex vi sue processionis habet cum Patre,

ut Colos. i. v. 15. Qui est imago Dei invisibilis 439.
Et Heb. i. v. 3. Figura Substantia ejus.

Prob. 2.^o Ex Conciliis generalibus
Nicensi I. et Constantinopolitano I. in Sym-
bolo definitibus secundam in divinis
personam esse Filium Dei unigenitum.
Quibus accedunt Symbola Apostolicum et
Athanasianum, in quibus Verbum di-
citur Filius Dei unicus, unigenitus, p.
Item plura Ecclesia decreta, quibus con-
fixi sunt ii, qui plures Filios in divi-
nis admiserunt; qua de re vide SS. Justi-
num, Apolog. 2. Athanasium, in Sabel-
ianos, Optatum lib. 4. p.

Prob. 3.^o Unanimi Patrum con-
sensu, quos late refert Betavius, Tom. 2.
lib. 7. c. 13. Unum et alterum hic addu-
xisse sufficiet. S. Athanasius, lib. De De-
cret. Synod. Nic. Si imaginem nominas,
inquit, Filium eo ipso indicaveris: quid
enim est simile Deo, nisi sua ipsius pro-
genies. S. Augustinus, lib. 7. De Trin.
c. 2. eo Filius, ait, quod Verbum, et eo
Verbum, quod Filius. Et Tract. 48. in
Joann. Verbum Dei semper cum Patre
et semper Verbum; et quia Verbum Deo
Filius. S. Ambrosius, lib. De Incarn.
c. 3. Si multa Verba, inquit, multi Filii.

Prob. 4.^o Ratione. 1.^o Quia defi-
nitio generationis à nobis adducta, scilicet
omnibus imperfectionibus generationis
creata, processioni Filii recte congruit.
2.^o Est origo, id est, emanatio, processio.
Joann. 8. v. 42. Ego ex Deo processi.

7. 199.

440.

2^o. Est viventis à vivente. Joan. 5. v. 26.
Sicut Pater habet vitam in Semetipso, sic
dedit Filio habere vitam in Semetipso.

3^o. Est à principio conjuncto. Joann.
14. v. 10. Non creditis, quia ego in Patre, et
Pater in me est.

4^o. Denique, est in similitudinem,
imò in unitatem naturæ. Joann. 10. v. 30.
Ego et Pater unum sumus. Idque vi pro-
cessionis.

¶ 2^o. Quia in divinis Pater est pro-
prie Pater, et Filius est proprie Filius:
nam uterque sic vocatur simpliciter in
Scriptura, à Patribus et Conciliis: unde S.
Gregorius Nazianzenus tract. De fide ait:
Quis Catholicorum ignorat, Patrem verè
esse Patrem, Filium verè esse Filium.

Atqui nemo est proprie Pater, nisi generet,
ne quis est proprie Filius nisi generetur.
Ergo in divinis Filius generatur à Patre,
ac proinde processio Filii à Patre est ge-
neratio. Eaque sola ipsi convenit, prout
hactenus adducta momenta evincunt, adeo-
que processio Spiritus Sancti non est ge-
neratio, sed Spiratio activa Patris et Filii.
cujus quidem Discriminis rationem certam
sola fides nobis subministrat.

390.

Non ignoramus Theologos inter alias
rationes, hanc præcipuam hujus processio-
num Discriminis afferre causam: Verbum pro-
cedit à Patre per actum intellectus, seu per
actum, quo Pater æternus se ipsum cognos-
cit, estque terminus divina cognitionis.
Ides enim dicitur Verbum, inquit S. Basi-

lius, Thom. in Evang. S. Joannis, ut ostendatur, ex 441.
mente processisse. Et S. Gregorius Nazianze-
nus, Orat. 30. Verbum, inquit, appellatur, quo-
niam sic se habet ad Patrem, ut Verbum ad
mentem. Atqui talis actus est causa ut
processio Verbi à Patre dicatur generatio.
Nam ut illius producit in similitudinem
divinae naturae seu principii producentis,
cum intellectus divina ordinetur ac tendat
ad exprimendum similitudinem perfectam
sui objecti, nempe naturae divinae, in se sit
perfectissima representatio et expressio
naturae divinae. Unde processio Verbi est
origo viventis à vivente ut principii con-
juncto in similitudinem naturae, ideoque
verè ac propriè generatio; et Filius proce-
dit in similitudinem naturae Patris: nam
ut suo processione accipit naturam divi-
nam per se primo, ut est similitudo for-
malis seu representatio et expressio ipsius
met naturae divinae, quae est natura Patris.
At verò Spiritus Sancti processio non est
generatio, quia cum procedat per actum
voluntatis*, seu per amorem, qui est qua-
dam voluntatis spiratio seu impulsio in
rem amatam, et à qua Spiritus Sanctus
nuncupatur, quasi sancti spiratus; ejus
processio non est per se primo secundum
rationem similitudinis, sed secundum ra-
tionem vitalis impulsus: nam amor non
est per se ordinatus ad exprimendam si-
militudinem sui objecti, sed est inclinatio
seu propensio vitalis in objectum, et motus
amantis in amatum.

0. 200.

* Per actum volun-
tatis divinae pro-
cedere Spiritum
Sanctum osten-
dunt passim Scrip-
turae et SS. Patrum
textus, in quibus vo-
catur charitas, do-
num, amor Patris
ac Filii: in enim
textus significant,
eum esse terminum
charitatis et amoris,
quibus Pater et Fili-
us se invicem amant.

442.

Haec quidem Theologi communiter post
S. Thomam 1. part. q. 27. a. 1. et 2. et q. 34. a. 2.
Verum ista ratio planè certa non videtur,
sed gravissimis subiacet incommodis. 1.^o enim
certum non est apud omnes, intellectum, cum
intelligit, producere seu efformare intra
se speciem quamdam seu Verbum mentis,
quod sit viva et formalis objecti represen-
tatio. 2.^o Non est de ratione intellu-
tus ut sic, et prout abstrahit à Divino et hu-
mano, ut assimilet sibi terminum in natu-
rà, sed tantum ut assimilet, ut vocant, in-
tentionaliter. Ergo Verbum Divinum ex eo
proiisè, quòd procedat per intellectum, non
habebit, quòd sit Patri consubstantialis. 3.^o
Ex adducta ratione videtur sequi, Spiritum
Sanctum vi sua processionis formaliter equò
jure dici debere Filium, ac Verbum ipsius;
nam vi idius tam similis est in naturà Divi-
nà quàm ipsum Verbum, est quippe vi sua
processionis Deus unus cum Patre et Filio
adeoque similis in naturà cum idis, nec
non persona subsistens ac Divina, utpote
quia procedit per voluntatem Divinam, qua
ex se producit terminum substantialem, at-
que tendit ad unionem perfectissimam seu
substantialem, consequenter et ad simili-
tudinem: nihil quippe tam simile est al-
teri, quàm quòd unam habet cum ipso natu-
ram. Patet igitur, quòd vi hujus Theo-
logorum rationis, Spiritus Sanctus perinde
dici possit similis Patri, et consequenter Fi-
lius, ac ipsum Verbum.

391.

Longè igitur tum refellendis Hæreti-
corum cavillationibus, tum dignitati et
altitudini hujus mysterii magis accom-

modatum videtur, si neglectis, quae vulgò pro-^{443.}
feruntur, rationibus, ex una fide statua-
mus, discrimen quidem esse inter generatio-
nem Filii, et profectionem Spiritus sancti,
cujus causam ac rationem certam, et quae
undequaque sufficiat, planè ignoramus.

Certè S. Patres ipsi, Macedonianis,
qui, ut Spiritus sancti divinitatem impugna-
rent, hoc argumentò utebantur*, cum nem-
pe, si à Patre procederet, aequè esse ipsius

* Apud S. Athanasium
Ep. ad Serapionem.

Filium ac Verbum, respondentes, equidem
quandam discriminis inter generationem Ver-
bi, et Spiritus sancti profectionem causas
~~quodam~~ aliquam praeserentes verisimilitu-
dinem afferre conabantur, ultro tamen mo-
uerunt, evidentem discriminis hujus ra-
tionem minimè reddi posse. De Patre et
Filio, De Patre est Spiritus sanctus, ait S.

Augustinus*, sed idem genitus, iste procedens.
Quid autem inter nasci et procedere intersit,
de illa excellentissima natura loquens, ex-
plicare quis potest? Non omne quod proce-
dit nascitur, quamvis omne procedat quod
nascitur..... Haec scio. Distinguere autem
inter illam generationem et hanc procef-
sionem nescio, non valeo, non sufficio.

* lib. 3. cont. Maxi-
mium c. 14.

* Caput Tertium
De Relationibus divinis.

392.
* vid. inf. Exercit. Theolog.
Exercit. 3. n. 42. et seq.

Relatio, prout definitivimus in nostra
Metaphysicâ part. i. c. 2. . . * est ordo
scilicet respectus vel habitudo unius ad aliud.

* Adiuncta sunt ea,
quae ibidem de
relationibus dispe-
rimus.

Duplex generatio dicitur, rationis
una, altera realis. Prior est, quae fingi-
tur ab humana mente inter ea, quae sua
pte naturâ ad invicem non referuntur,

Sim. C. pag
201.

444. qualis est relatio generis et speciei, predicati
et subiecti: relatio autem realis est, qua
unum à parte rei ad aliud ordinatur nemine
cogitante, ut relatio identitatis, aequalita-
tis, &c. Domini ad seruum, quae realis dici
potest, quia re verà est, licet non sit essen-
tialis ac necessaria.

Rursus alia est relatio subiecto
accidentalis, extrinseca et adventitia,
qualis est in creatis relatio hominis gene-
rantis ad filium, quem generat; neque
enim essentialis est homini, ut filium ha-
beat, seu generet: alia verò est essentialis
et interna, cuiusmodi est relatio creaturae
ad Creatorem.

Rursus in omni relatione duplex
esse distinguitur, unum quod vocatur esse
in, seu subiectivum, ratione scilicet
subiecti, in quo est relatio; alterum quod
dicitur esse ad, seu terminativum, ratio-
ne termini, quem relatio respicit.

Inquiritur ergo 1.º An, quid, et quot
sint in Deo relationes, et an vera sint per-
fectiones? 2.º An et quomodo distin-
quantur tum ab essentia, tum à se invicem.
3.º Quodnam sit earum in Deo officium,
quonam partes. Haec singulis paragra-
phis explicabimus.

393.

§ Primus.

An et quid sint in Deo relationes?
Quot numero? An vera perfectiones?

Conclusio 1.ª

Sunt in Deo relationes verae ac rea-
les non modo tribus personis aequales, ut sunt

v.g. relatio identitatis, aequalitatis, similitu- 445.
dinis, de quibus non est questio; sed propria
et personales, quae vulgò vocantur relatio-
nes originis, quia nempe fundantur in ori-
gine seu processione unius personae ab aliâ

Prob. 1.^o Dantur in Deo vere processio-
nes, prout cap. precedenti demonstravimus.
Atqui illae conipi non possunt sine relatio-
nibus originis, per quas persona produens
refertur ad personam productam, Pater scilicet
ad Filium, Filius ad Patrem, Spiritus
sanctus ad Patrem et Filium.

Prob. 2.^o Dantur in Deo Paternitas,
Filiatio, et Spiratio. Atqui Paternitas,
Filiatio, et Spiratio sunt relationes rea-
les originis, dicunt namque ordinem seu
habitudinem ad se invicem independentem
à mentis creatae operatione; nempe Paternitas
essentialiter refertur ad filiationem,
neque enim Pater conipi potest sine Fi-
lio, neque Filius sine Patre, nec Spiritus
sanctus sine principio à quo realiter
procedit; ac nemine cogitante in Deo
sunt paternitas, filiatio, et spiratio,
sunt quippe formae, per quas Pater Fi-
lius et Spiritus sanctus constituentur.
Ergo, &c.

Prob. 3.^o Datur in Deo realiter
fundamentum, per quod tres personae
realiter inter se distinguuntur. Atqui
id aliud non est, quam relationes origi-
nis, siquidem non potest esse natura
cum omnino eadem sit in singulis per-

446 Sonis. Ergo tale fundamentum sunt relationes originis seu processionis.

Prob. 4^{to} Sunt in personis divinis proprietates quaedam singulares ac peculiarares, quibus illae constituuntur ac distinguuntur, prout ostendemus §. 3^{to} Atque proprietates illae non sunt communes et absolute; Ergo sunt relative. Ergo sunt in Deo verae ac personales relationes originis non tantum secundum esse in seu ratione subjecti in quo unaquaeque earum est, sed etiam secundum esse ad seu ratione termini, quem unaquaeque respicit, reales.

Conclusio Secunda.

Quatuor duntaxat sunt in Deo relationes reales seu originis, scilicet Paternitas, Filiatio, Spiratio activa, et Spiratio passiva.

Prob. Ex dictis cap. praed. §. i. concl. 2^{da} Duae tantum sunt in Deo processionis, una per intellectum, altera per voluntatem. atque ex duabus processionibus necessario resultant quatuor relationes. Nam ubi sunt duae productiones, ibi sunt duae relationes personarum producentium, et duae personarum productarum: sic in Patre est relatio paternitatis ad Filium; in Filio relatio filiationis ad Patrem; in Patre et Filio relatio spirationis activa ad Spiritum sanctum; et in Spiritu sancto relatio spirationis ~~activae~~ passivae ad Patrem et Filium, per quas relationes divinas personae in se constituuntur in ratione personae, et à se invicem distinguuntur, pro-

Z. 202.

394.

ut infra ostendemus. Ergo quatuor duntaxat 447.
Sunt in Deo relationes originis; tot enim sunt
in eo unius ad alium ordines seu respectus.

Quod ipsarum perfectionem spectat,
certum est apud omnes Theologos, quod, si con-
siderentur secundum esse in seu prout sub-
jectum, in quo sunt, afficiunt, sint perfectio-
nes. Sic enim considerata sumuntur, velut
sunt idem realiter actu cum essentia divina,
vel prout ab eâ virtualiter distinguuntur:
at utroque modo spectata sunt perfectiones,
priori enim modo considerata sunt ipsa essen-
tia divina; 2.º modo etiam sunt ipsa ea-
dem divina essentia secundum nostrum concipiendi
duntaxat modum ad esse Patris aut Filii
aut Spiritus Sancti ab ipsis coactata, mo-
dificata, et determinata.

Controversia ergo inter ipsos est. De
relationibus divinis secundum esse ad, seu
prout terminum, ad quem referuntur, res-
piciunt.

Conclusio 3.ª

395.

Probabilis relationes divina for-
maliter ut relationes sunt, ac secundum
esse ad, vere sunt ac reales perfectiones.

Prob. 1.ª autoritate S. Cyrilli,
lib. 2. Theauri c. 1. ubi, non potest, ait,
esse perfecta divinitas, nisi Filium ha-
beat, et fructum ex se pariat. Ergo
juncta ipsum Pater est perfectus non
tantum quia Deus est, sed etiam quia
Pater est.

S. Damascenus lib. 1. De fide ortho-
doxa c. 11. existendi modum persona, id est,
relationem, expresse perfectionem appellat.

S. Thomas q. 40. a. 3. a. 1. proprietates personales, quibus distinguuntur persona, ad dignitatem persone constituta pertinere ait. Et opusculo 1. contra errores grecorum c. 7. Non posset, inquit, esse Pater perfectus, nisi Filium haberet, quia nec Pater sine Filio esset, nec esset Deus perfectus, nisi haberet Verbum.

Prob. 2. 2^o ratione. Quicquid reale est in Deo, atque in omne habet quod in suo gradu seu ordine postulat, et exigit, idem perfectum est, ut patet. Atqui ex dictis relationes originis in Deo sunt reales, et in omne habent, quod ex sua formalivatione postulant, et exigunt. Ergo.

Item: Quod divinam naturam certo modo seu certa quadam ratione afficit, terminat, complet, ac ultimo contrahit, quod divinas personas in ratione persona constituit, idem in ordine suo et secundum rationem formalem perfectum est. Atqui tales sunt divinae relationes originis. Ergo, p.

Solvuntur Objectiones.

Ob. 1^o contra 1^{am} Conclusionem. Extrema, seu Subjectum et terminus relationis à se invicem pendent. Atqui in divinis persona à se invicem non pendent, unaquaque enim persona est essentialiter Deus, est autem de essentia Dei ut proxius à nullo alio pendeat. Ergo neque inter illas reperitur relatio realis.

Resp. Dist. maj. Extrema relationis à se invicem pendent per modum simplicis Subjecti et termini, conc. En suppositione minorum, quod inter duo sit mu-

3. 203. —

tua relatio transcendentalis, unum non 449.

potest esse sine alio. pendent per modum effectus, aut per modum causa, neg. maj.

Relationes, quae reperiuntur in divinis, efficiunt quidem, ut persone, quae sunt earum termini, sibi invicem coexistent: Siquidem ex suppositione quod Deus sit Pater, necesse est, ut habeat Filium; Sed non efficiunt, ut persone à se invicem pendeant tanquam effectus à causa, quia produuntur actionibus, per quas unicuique persone producta communicatur eadem numero natura, quae in Patre reperitur, ac proinde natura provis independens.

Ob. 2. d. Relatio realis presupponit extrema realiter distincta. Atqui relationes in divinis non presupponunt extrema realiter distincta: nam illud non praehypothet extrema realiter distincta, quod efficit realem extremorum distinctionem. Atqui relationes in divinis efficiunt extremorum à se invicem distinctionem: scilicet in divinis extrema, seu persone, non distinguuntur per essentiam, sed tantum per relationes. Ergo, p.

Resp. dist. maj. Relatio in creatis presupponit extrema realiter distincta, conc. In divinis, neg. maj.

Ratio disparitatis est, quia relationes, quae in creaturis reperiuntur, sunt accidentia, ac proinde supponunt subjectum, cui inhaerent, prius existens: è contra in divinis, relationes non sunt accidentia, sed substantia; et consequenter non

480. Supponunt suum Subjectum praëxistens;
unde non per aliud, sed per se ipsas à se
in vicem Distinguantur.

398. Ob. 3^{to} Relatio est ordo unius
ad aliud. Atqui in Deo non est ordo unius
ad aliud; quidquid enim est in Deo Deus
est. Ergo, fa.

Resp. Dist. maj. Relatio est ordo
unius ad aliud, sumpta voce vel adjecti-
vè vel substantivè, com. Substantivè
tantum, neg. maj. Vox aliud accepta
Substantivè distinctam essentiam si-
gnificat, adjectivè verò sumpta dicit
distinctam personam. Priore sensu vox
aliud admitti non debet in divinis, sed
in eis locum habet accepta posteriore sen-
su, nempe prout significat personas à
se invicem distinctas.

399. Ob. 4^{to} Relationes non possunt
dici realiter de Subjecto, nisi aut secundum
Substantiam, aut secundum acci-
dens. Atqui neutro modo sunt in Deo:
non quidem secundum Substantiam; cum
enim relationes efficiant distinctionem
efficerent, ut essentia Divina non ea-
dem esset in singulis personis: non etiam
secundum accidens, quia accidentia locum
non habent in Deo, alioquin non esset actus
purus, non esset ens omnino simplex
et immutabile.

Resp. neg. maj. Ratio est, quia
inter dici secundum Substantiam, aut
dici secundum accidens, datur medium,
siquidem dici secundum esse relativum:
nam esse relativum praëse ut relati-
vum abstrahit à Substantia aut acci-

Sente. Quippe nihil aliud dicit in suo con- 451.
ceptu, quam referre unum ad aliud. Hae
responsio est S. Augustini, lib. 9. de Trinit.
c. 3. ubi quavis, inquit, diversum sit
Patrem esse, et Filium esse, non est
tamen diversa Substantia, quia haec non
secundum Substantiam dicuntur, sed se-
cundum relativum, quod tamen rela-
tivum non est accidens, quia non est
mutabile.

Ob. 5^{to} Licet Deus creaturas pro- 400. — 4. 204.
duxerit, nullam tamen relationem rea-
lem ad eas habet. Ergo nec ad Filium
à se genitum.

Resp. neg. cons. et paritatem.
Disparitas est, quod actio, per quam De-
us creaturas producit, sit Deo extrin-
sea et transiens; unde extrinsecam
duntaxat creatoris denominationem
ipsi infert; productiones vero divinarum
personarum sunt interna, substantia-
les aeterna, et ejusdem naturae termi-
nos habent.

Ob. 6^{to} contra 2^{am} Conclusionem- 401.
nem. Si plures admittantur in Deo rela-
tiones, quae sint formae quaedam interna
ae subsistentes, fatendum erit, plures
quoque in Deo esse formas internas, spe-
ciales ac proprias divinarum personarum;
ae consequenter aliquam esse in Patre,
quae non sit in Filio, et vicissim. Atqui
utrumque istud pariter absurdum vi-
detur. Ergo, p.

Resp. Dist. maj. Fatendum erit,
plures esse in Deo formas internas et sub-
sistentes, metaphysicas et relativas, con.

452. *Physicas et absolutas, neg. maj.* Relationes divinae non sunt, neque concipiuntur à nobis velut forma seu entitates quādam superadditae, ab essentia realiter distinctae, nam una est in tribus personis ac simplicissima divina natura entitas: sed concipiuntur à nobis per modum formae seu modi metaphysici, quo natura ultimo terminatur ac contrahitur ad hanc vel eandem personam; quae formae aut modificationes ab ipsa essentia realiter non distinguuntur, sed virtualiter duntaxat ob summam Dei simplicitatem et infinitatem.

402 *Ob. 7^{mo}* Si essent in Deo quatuor relationes reales, esset in eo etiam quaternitas. Atqui hoc in Deo non est. Ergo.

Resp. neg. maj. Ratio est, quia Spiratio activa, quae non est aliud, quam actio productiva Spiritus Sancti, non distinguitur realiter à paternitate aut filiatione; ac proinde quatuor in Deo non constituit.

403. *Ob. 8^{vo}* contra 3^{ti}am Conclusionem. S. Augustinus lib. 7. de Trinit. c. 1. sic loquitur: Deus ad se dicitur magnus, et bonus, et justus. unde sic conficitur argumentum: Ex Augustino, omnis perfectio in Deo est absoluta, ad se enim dicitur. Ergo relationes, cum non sint quid absolute, reduplicative sumptae, et prout sunt relationes, non sunt perfectiones in divinis.

Resp. neg. ant. S. Augustinus eo loci loquitur tantum de perfectionibus absolutis, ut sunt magnitudo, bonitas, justitia, quarum exemplum adducit,

ut probet, in divinis perfectiones dici ad 453.
Se, non autem ad aliud.

Ob. 9^{mo} Si relationes essent per- 404.
fectiones plura sequerentur absurda:
nam 1^o essentia sola non esset infinite
perfecta, ei nimirum desset perfectio re-
lativa. 2^o Tres personae simul sumptae
plus continerent perfectionis, quam una
sola persona. 3^o Filius esset perfectior
Spiritu Sancto: nam ei duae relationes
conveniunt, ad Patrem nimirum, cuius
est Filius, et ad ipsum Spiritum Sanctum,
cuius est principium; cum è contra una
tantum relatio, passiva sibi et Spiritui
Sancto conveniat.

Resp. neg. propositionem: et illius
idata. Ratio est, quia infinita per-
fectio sive trium relationum simul, si-
ve cuiusque in particulari spectata
continetur in essentia divina, eo quod
relationes sint actu realiter idem cum
ipsa; ita ut sicut qualibet trium re-
lationum est ipsa et essentia divina,
ita etiam essentia divina sit qualibet
trium relationum. Ex principio nixus
S. Augustinus, lib. 6. de Trinit. c. 8. docet,
tantum esse solum Patrem, vel solum
Filium, vel solum Spiritum Sanctum,
quantum tres personae simul sumptae.

Ob. 10^{mo} Ex conclusionem nostram 405.
sequitur, unamquamque personam
aliquam carere perfectione, relatione
sibi et opposita, quae juxta nos est
perfectio vera: ita Pater caret filia-
tione, Filius paternitate, Spiritus

S. 205

454 Sanctus Spirations activā. Atqui, p. 80, p.

Resp. 1^o. neg. maj. Quia una est numerica in tribus personis divina essentia cui omnes perfectiones tum absoluta tum relativa insunt; ac consequenter una persona non est aliā perfectior, neque propriē aliquā caret perfectione, cum eandem habeat divinam essentiam, quae omnem in se perfectionem continet.

Resp. 2^o. Dist. maj. Sequitur, unamquamque personam aliquā carere perfectione relativā, trans. perfectione absolutā, neg. maj. Licet una persona oppositā sibi perfectione relativā careat, non tamen idcirco alterā minus perfecta dici potest: quia aequē Summe perfecta est filiatio v. g. in Filio, quam paternitas in Patre, propter summam divinarum relationum in essentia divinā identitatem.

Resp. 3^o. Singulas personas esse quid idem cum essentia divinā; quo vicissim est quid idem cum singulis personis: atque adeo nulla est perfectio in singulis personis, quae eandem non inest naturae. Quare tres personae naturam eandem habent; ac proinde unaquaeque persona omnes habet aliarum personarum perfectiones, etiam relativas materialiter saltem et identicē, id est, quatenus cum essentia divinā identificantur.

406. Ob. 1^o. Si relationes sint perfectiones, tres erunt res in Deo. Atqui in Deo non sunt tres res, aliogquin

essent tres substantiae, quod damnatum est in 455.

Arius. Resp. dist. maj. Tres res relative
erunt in Deo, cone. maj. nempe cum tres
personae divinae sint realiter distinctae,
reverâ sunt tres res relative. Erunt tres
res absolutae, neg. maj. Damnatus est
Sabellius, quod tres res relativas in Deo
non admisit; Arius vero, quod tres res
absolutas in eo asseruerit. Cum enim, ait
S. Augustinus, lib. 7. de Trinit. c. 4. cona-
retur humana inopia loquendo proferre
ad hominum sensus, quod in Secretario men-
tis pro captu tenet de Domino Deo creato-
re suo, timuit dicere tres essentias, ne in-
tedigeretur in illâ summa aequalitate
ulla diversitas. Rursus non esse tria qua-
dam, non poterat dicere, quod Sabellius,
quia dixit, in haeresim lapsus est.

S. Secundus.

407.

An et quomodo relationes
divinae tum ab essentia tum à se
invicem distinguantur.

Relationes divinae comparari pos-
sunt vel cum essentia, vel inter se. Si in-
ter se, vel comparantur cum relationibus
oppositis, v. g. paternitas cum filiatione,
spiratus activa cum passiva; vel cum rela-
tionibus* disparatis et minime opposi-
tis, qualis est spiratus activa compara-
ta cum paternitate et filiatione.

Suppositis etiam huius, quatum
supra part. i. c. 2. pag. 29. tum in meta-
physica nostra de varia distinctionis rei
alicuius divisione exposuimus. poni-
tur

* Disparata dicun-
tur ea, quae de
se invicem prae-
dicari non possunt.

P. 206.

456.
408.

Conclusio 1^{ma}

Relationes divinae ab essentia divina; uti et spiratio activa à paternitate et filiatione realiter non distinguuntur.

Prob. 1^a pars ex Cone. generali Lateranensi IV. sub Innocentio III. an. 1215. celebrato. ubi c. 2. Credimus, inquit Patres, et confitemur cum Petro, quod una quaedam summa res est, incomprehensibilis quidem et ineffabilis, qua veraciter est Pater et Filius, et Spiritus Sanctus; tres simul personae ac singulatim qualibet earundem. Et ideo in Deo Trinitas est solummodo, non quaternitas; quia qualibet trium personarum est illa res, videlicet Substantia, essentia seu natura divina, qua sola est Universorum principium, proter quod aliud inveniri non potest. Et illa res non est generans, neque genita, neque procedens; sed est Pater, qui generat, et Filius, qui gignitur, et Spiritus Sanctus, qui procedit: ut distinctiones sint in personis, et unitas in natura. Licet igitur alius sit Pater, alius Filius, alius Spiritus Sanctus, non tamen aliud; sed id, quod est Pater, est Filius, est Spiritus Sanctus idem omnino: ut secundum Orthodoxam et Catholicam fidem consubstantiales esse credantur.

Prob. 2^{do} Ex vulgato Schola prominentiò, omnia in divinis sunt quid unum et idem, ubi non obviat relationis oppositio. Atqui multa occurrit oppositio essentiam inter et relationes divinas. Ergo nec inter se realiter distinguuntur.

Prob. 3^o. Si relationes realiter ab
essentia divina distinguerentur, in divinis
non esset trinitas tantum, sed etiam qua-
ternitas, nimirum tres personae, seu tres
relationes, et essentia divina. Atqui in
divinis est trinitas tantum, ut primum ex
concilio Lateranensi IV. vidimus. Ergo, p.

Prob. 2^a pars 1^o. Ex laudato
Concilio Lateranensi IV. cap. Damnatus
Extra. De Summa Trinitate. ubi adver-
sus Abbatem Joachimum statuitur,
non esse in Deo verum quaternitatem,
prout patet ex adducto illius textu. At-
qui supposita reali distinctione inter
activam spirationem et paternitatem
ac filiationem, esset vera verum quater-
nitas in Deo, scilicet paternitas, filiatio,
spiratio passiva, et spiratio activa.

2^o. Ex loepius dictis nulla est in
divinis distinctio, nisi ubi est oppositio re-
lativa. Atqui nulla est oppositio rela-
tiva inter spirationem activam, et pa-
ternitatem et filiationem: disparatae
quidem idae sunt, ac diversa relationes,
sed non opposita. Ratio est, quia opposi-
tio in divinis fundatur in reali processio-
ne originis unius ab alio. Atqui spiratio
activa realiter ac per veram originem
non procedit à paternitate et filiatione,
sicut procedit spiratio passiva, seu Spiri-
tus Sanctus; unde consequenter realis
est distinctio inter spirationem activam
et passivam, seu melius inter Patrem
et Filium spirantes, et Spiritum San-
ctum spiratum seu productum, non au-
tem spirationem activam, et paterni-
tatem ac filiationem. Itaque
spiratio activa se habet ad Patrem et

458. Filium, sicut divinitas ad tres personas: nam est una et eadem numero per identitatem in Patre et Filio, sicut natura divina est in tribus Personis. Item per eam Pater et Filius sunt unus Spirator, sicut per naturam divinam tres Personae sunt unus Deus.

Superest igitur, ut dicamus, Relationes divinas ab essentia, sicut et Spirationem activam à paternitate et filiatione distinguat saltem ratione ratiocinata seu virtualiter, quemadmodum cit. p. i. c. 2. huius tractatus, num. 33. De attributis absolutis tum ad essentiam divinam tum inter se invicem comparatis aperuimus. Quia rebus realiter distinctis aequivalent; atque de una affirmatur aliquid, quod negatur de alia cum fundamento in re; in quo consistit distinctio rationis ratiocinatae seu virtualis. Nam de paternitate et spiratione activa affirmatur, quod producant; de filiatione et spiratione passiva, quod producantur: Similiter paternitas generat, spiratio activa non generat; filiatio producitur, spiratio activa non producitur; spiratio activa spirat, paternitas et filiatio non spirant: haecque omnia verò de essentia divina negantur. Ergo, p. Vide ea, quae cit. loc. de attributis absolutis exposuimus.

409.

Conclusio 2^a

Relationes Originis, quae sibi mutuo opponuntur, paternitas scilicet, filiatio, et spiratio activa comparata cum passiva, realiter inter se invicem distinguuntur.

7. 207

Prob. 1^o Quia relationes illae 459.
mutuam inter se dicunt oppositionem:
neque enim fieri potest, ut qui Pater est,
idem sit sui Filius; alias suimet ipsius
foret Pater, quod plane absurdum est.
Et sic de reliquis relationibus Divinis.

2^o Divinae personae plures sunt,
et ab invicem realiter distinctae per rela-
tiones originis, ut constat ex dictis. Ergo
illae relationes originis realiter inter se
etiam distinguuntur, sunt enim formae,
per quas personae à se invicem realiter
distinguuntur, propter quod autem unum-
quodque tale, et illud magis tale.

3^o Relationes, quae se habent ut
quid realiter producens et productum
distinguuntur inter se realiter: nam
nihil potest se ipsum producere realiter.
Atqui paternitas et filiatio, item Spi-
ratio activa et spiratio passiva se ha-
bent inter se invicem ut producens et
productum. Ergo distinguuntur rea-
liter inter se.

Solvuntur objectiones. 410.

Ob. 1^o Contra imam partem imae Con-
clusionis. Relativum et absolutum non
minus distinguuntur, quam relativum
et relativum, imò videtur, quòd magis
debeant distingui, cum non sint ejusdem
ordinis. Atqui relativum et relativum
in Divinis distinguuntur realiter, ut
conclusionem 2^{da} probatum. Ergo etiam
relativum et absolutum, seu relationes
ab essentia Divina, quippe quae quid-
piam absolutum est.

460.

Resp. neg. maj. Ratio est, quia licet absolutum et relativum sint ordinis diversi, tamen sibi invicem non opponuntur: è contra relativum et relativum in divinis sibi invicem ita opponuntur, ut unum excludat aliud: nempe qui Patrem dicit, dicit Filium ab eo distinctum; qui dicit principium, dicit terminum à principio distinctum.

Confirmatur responsio 1.^o ex eo, quod eà uni sint Patres, ut adversus Sabellianos realem personarum distinctionem in divinis adstruerent. 2.^o ex celebri hoc Theologorum effatò: omnia sunt unum in divinis, ubi non obviat relationis oppositio.

411.

Ob. 2.^o Idè. Ita distinguuntur realiter, quibus conveniunt predicata contradictoria. Atqui essentia divina et relationibus conveniunt predicata contradictoria: nam essentia communicatur Filio, Paternitas non communicatur Filio: Paternitas generat, essentia non generat: filiatio, et spiratio passiva produuntur, essentia non producitur. Ergo essentia divina et relationes inter se distinguuntur realiter.

Resp. 1.^o neg. maj. Nam ad verificanda predicata contradictoria sufficit distinctio virtualis, quæ æquivalet quoad hoc distinctioni reali, quamvis tamen non sit verè et absolute contradictoria.

Resp. 2.^o neg. min. Nam essentia divina et relationibus non conveniunt predicata verè, sed apparenter

Ob. 2000.

tantum contradictoria. Non enim tum idem 461.
affirmatur et negatur de eodem secundum
idem, seu secundum eandem considera-
tionem; sed respectu essentiae et rela-
tionum idem affirmatur et negatur
de eodem secundum diversas considera-
tiones sumptō. Sic cum dicitur: essen-
tia divina communicatur Filio, pater-
nitas non communicatur; sensus est:
entitas divina sumpta quatenus est
cumulus omnium perfectionum abso-
lutarum communicatur Filio; et sumpta
quatenus est paternitas non commu-
nicatur Filio, quod verum est, et ad
quod sufficit virtualis amplitudo in
entitate divina, et distinctio virtua-
lis inter paternitatem et essentiam.
vide quae cit. c. 2. part. ii. huius Tracta-
tus, pag. 40. ad resp. ad ob. 3. discernimus.

Ob. 3^{to} Tritum est apud Veteres 412.
axioma, naturam et personam in divi-
nis idem non esse, dicit enim Theodore-
tus: Qui naturam et personam idem
esse intelligit, in divisionem Arii in-
cidet, aut in confusionem Sabellii.
Item S. Hilarius Non est idem, inquit,
natura quod res natura.* Ergo natu-
ra seu essentia et relationes realiter
distinguntur.

Resp. Dist. ant. Idem non esse
virtualiter, conc. realiter actu, neg.
ant. Hoc unum laudatō axioma
Patres volunt, quod conceptus natura
prout est conceptus natura, non sit idem
cum conceptu persona prout est concep-
tus persona. Nec mirum: siquidem

* His horum Patrum
auctoritatibus opi-
nionem suam tueri
conabatur Gilber-
tus Porretanus.

tum terminum habere poterit? Scilicet 463.
tanta non requiritur in principiis dis-
tinctio, quanta reperitur in terminis.

Ad 2^{um}. Quâ ratione con-
cipimus unam et simplicissimam in se
Dei essentiam, propter suam eminentem
perfectionem pluribus distinctis
equivallere, adeoque eam communi-
cari prout absoluto equivaleat, non
communicari prout relativo equi-
valeat; eâdem ratione discernimus,
paternitatem, etsi indistinctam rea-
liter à Spiratione activâ, constituere
Patrem in ratione personæ, Spi-
rationem verò non constituere. Ra-
tio est, quia juxta nostrum intelligen-
di modum Pater prius intelligitur pa-
ter generans filium, quam Spirator pro-
ducens Spiritum Sanctum; Filius enim
per intellectum, Spiritus verò Sanctus
per voluntatem procedit: at nostro
intelligendi modo prior est origine
processio per intellectum, quam pro-
cessio per voluntatem.

Ad 3^{ium}. Ideò paternitas
est incommunicabilis Filio, quia
ipfi opposita est relative; at Spira-
tio activa non opponitur Filio: unde
cum Pater Filium producendo in to-
tum ipfi communicet, in quo nulla
est inter ipfos oppositio, necesse est,
ut vim Spirandi seu producendi Spi-
ritum Sanctum communem cum illo
habeat. Ob. 5^{to} Spiratio activa, quæ est 414.
in Filio, est à Patre, ergo à paternitate

Prim. D. pag.
209.

infinite, pro-
in eam attingit
ra, modo ita
tuoque nimirum
e, sed sub
fungitur.
secundam per
nis? a. Ea
2 distinctos
rum unum
erum non con
in est commu
incommunic
bet paternitas
cum Spiratio
nitas alium
m Spiratio
irivium dicit
Filius.
ersonam
unde per
Paternitas
atio aut
Distinctio
summa per
ine natura
læ opposita
al; immo
nitas potest
us produc
ae distinctio
eadem actio
et idem hor
ergo una
e simul
tiva, respicit

464. Distinguitur.

Resp. dist. ant. Spiratio activa, quae est in Filio, est à Patre per communicationem, quemadmodum essentia Filii est quoque à Patre per communicationem et simplicem, ut vocant, emanationem. Est à Patre tanquam ab origine et principio producente, neg. ant.

Inst. 1^o. Spiratio passiva nullam habet oppositionem cum paternitate et filiatione, et tamen ab eis realiter distinguitur. Ergo etiam Spiratio activa et simul habet oppositionem inter paternitatem et filiationem, tamen ab ipsis distincta erit.

Resp. dist. ant. Spiratio passiva nullam habet immediatam oppositionem cum paternitate ac filiatione, conc. nullam habet oppositionem mediatam, neg. ant. Nam paternitas et filiatio adiunctam habent Spirationem activam, quae mediante opponuntur relative Spiritui Sancto.

Inst. 2^o. Tam Spiratio activa in Patre mediante paternitate opponitur filiationi, quam filiatio mediante Spiratione activa opponitur Spirationi passiva. Ergo, p.

Resp. neg. ant. et paritatem. Disparitas est, quod Filius, mediante Spiratione activa producat Spiritum Sanctum: contra vero Pater, mediante Spiratione activa non producat Filium; atque ita nulla inter relationes illas esse potest oppositio nec immediata, nec mediata.

466. minat. 3^o Patrem refert ad Filium.

Verum cum haec omnia per mentem distinguere possint ac debeant, hinc relationes illae iuxta nostrum coniciendi modum per inadaequatos conceptus spectantur, 1^o ut formae quaedam hypostaticae, seu quatenus personas constituunt. 2^o ut origines; seu quatenus actus notionales ad productionem determinant. 3^o ut sunt formaliter relationes; seu quatenus actu personas ad se invicem referunt.

Observandum denique, nomine proprietatis personalis nihil aliud hinc intelligi, quam specialem ac singularem formam, quae unilibet divina personae inest, eamque in se constituit, et ab alia relative opposita distinguit.

His praenotatis, duo hic in quaestione apud Theologos veniunt, 1^{um} an sint in divinis personis proprietates quaedam speciales ac personales, quibus illae in se constituentur, et ab aliis distinguantur: an absoluta sint, vel relativa. 2^{um} Quomodo relationes divinae constituent personas; an quatenus sunt forma hypostatica, et secundum esse in: an quatenus sunt formaliter relationes, et secundum esse ad.

416. Quamvis pro stabilitate hactenus à nobis circa huiusmodi Scholae controversias in Theologia nostra agendi ratione nulli hinc parti subtrahere animus sit, ne tamen omnino silentes abire videamur, jurabit, paucis, quid nobis probabilius videatur, aperire, cuique liberum facientes, ut eam, quam maluerit viam sectetur.

Quod 1^{um} in quaestione spectat, videtur nobis, quod proprietates in

Deo personales, quibus persona Divina 467.
constituuntur relative duntaxat sint.
Eaque Veterum sententia esse videtur,
utpote qui id, per quod persone Divi-
ne distinguuntur, vocant formas, no-
tiones, characteres, proprietates, perso-
narum qualitates. Ita Tertullianus
lib. contra Praxeam, c. 2. Tres, inquit,
esse in Deo non statum, sed gradum, non
substantiam sed formam, ait. S.

Basilius lib. 2. contra Eunomium sic
illas proprietates describit: Proprieta-
tes, inquit, qua veluti quidam charac-
teres ac formae in substantia conside-
rantur, in quod commune est distin-
guunt quidem propriis characteri-
bus, at substantia communitatem
non dividunt. Ipsa quoque Ec-
clesia in Solemni praefatione. Missae
de Trinitate sic canit: Ut in personis
proprietas, in essentia unitas, et in ma-
iestate adoretur aequalitas.

Ratio est, quia debet aliquod
admitti, quo persona in esse personae
constituatur, et distinguatur a quali-
bet alia. Sed id, quod constituit et dis-
tinguit rem aliquam, ejus proprietas
solet appellari, quia illius propria est
ac singularis. Ergo admitti debent
in Deo proprietates personales, quibus
persona Divina constituuntur, et distin-
guuntur.

Quantum ad 2. dum videtur di. 417.
cendum, quod Persona Divina in ra-
tione communi et quasi generica per-

468. Persona considerata constituitur per relationem
ut est forma quaedam hypostatica; seu per re-
lationem secundum esse in spectatam; at vero
considerata in ratione quasi specifica talis
persona constituitur per relationem
formalem, quatenus respicit terminum
seu per relationem secundum esse ad spec-
tatam. v.g. Pater in ratione commu-
ni persona concipitur à nobis consti-
tuitur per paternitatem, quatenus est for-
ma hypostatica; Pater vero in ratione
expliata et singulari Patris constitui-
tur per respectum ad Filium.

Ratio in est, quia ratio per-
sonae generativae spectata, et praesi-
vè à personâ divinâ vel ~~etiam~~ creatâ
formaliter non sonat quid relativum,
sed tantum naturam rationalem in-
dividuum subsistentem. Ergo persona
divina v.g. Pater in ratione commu-
ni et quasi genericâ personae conside-
ratus, non constituitur formaliter
per relationem paternitatis ut Fi-
lium respicit, sed per paternitatem,
quatenus est forma hypostatica.

Deinde secundum nostrum con-
cipiendi modum prius intelligimus per
sonam constitui, quam agere vel ad
aliam referri. Ergo prius constituitur
persona in ratione confusa et quasi
genericâ personae per relationem, qua-
tenus est forma hypostatica, quam
per eandem, quatenus est formaliter
relatio terminum respiciens.

Ratio in est, quia persona
divina distinctè in ratione singulari

et quasi Specifica talis persona considerata 409.
 per id constituitur, quod ipsi proprium
 est ac singulare, à quo suam habet Deno-
 minationem. Atqui relatio secundum
 suam formalem rationem, quatenus ter-
 minum respicit, propria est, et maxime
 singularis cuilibet persona, que ab eà
 Denominatur talis. v. g. relatio paterni-
 tatis, prout Filium respicit, soli Patri
 propria est, eumque Patrem Denomi-
 nat. Ergo persona Divina constitui-
 tur in ratione explicita et distincta
 talis persona, per relationem forma-
 liter spectatam, quatenus respicit ter-
 minum. Hoc ita nobis equidem vi-
 dentur.

Caput 4^{um}

De Personis in communi. 418.

* Persona, ex Boëtio, definitur,
naturæ rationalis individua substan-
tia, seu Subsistentia.

* vide a nobis dicta
 in metaphysica nostra
 part. i. c. 3.

1^o Substantia, seu Sub-
sistentia, id est aliquid per se Subsistens.
 En quo patet, nomen persona acciden-
 tibus non competere. 2^o Indivi-
dua, id est, singularis, completa, et
alteri tanquam Supposito incommu-
nicabilis. 3^o naturæ rationalis,
 id est, intelligentis seu ratione prædi-
 tæ. Nam persona vocabulum est no-
 men honoris et dignitatis iis duntaxat
 Substantiis tribu solitum, que rationis
 sunt participes; alia vero Substantia singu-
 lares, Supposita vocari solent, non persona.

— 4. 212.

470.

Porro circa divinas personas generatim et in communi spectatas haec veniunt exponenda: 1.º An in Deo sint tres Subsistentiae relativae, et una absoluta tribus personis communis. 2.º An sint et divi possint in Deo tres existentiae relativae, et una absoluta. 3.º An quaecumque in Deo sunt absoluta, tribus personis sint communia; an vero per quamdam appropriationem etiam inter absoluta Dei attributa, quaedam sint personis propria. 4.º Quaedam de divinarum personarum notionibus, nisiōne ac circuminscriptione differemus.

479.

S. Primus.

An sint in Deo admittendae tres Subsistentiae relativae et una absoluta tribus personis communis.

Tota fere de nomine est pens controversia, quae pendet ex variā nominis Subsistentiae significatione.

* vide dicta in nostra metaphysica, cit. c. 3.

* Subsistentia igitur sumitur 1.º pro eā substantiae modificatione, quā fit, ut substantia sit ens per se subsistens, distinctum ab accidente, quod per se non subsistit, sed indiget subiecto, cui inhaereat. 2.º pro rei totalitate, si abstracte; vel pro toto, si concretè accipiatur: hoc est, vel pro personalitate; quod nomen abstractum est; vel pro personā totā et integrā, quod nomen concretum dicitur: atque hoc sensu concretō sola hominis anima subsistens non est, quia pars est dumtaxat hominis, non totus homo; nec humana

in Christo natu
Christi; non
Communi ac
Subsistentia
personam quam
terminato complet
alio tempore
unicam.
Hic de natura
queritur 1.º Si
Subsistentia
ines et forma
personae sub
distinguit
sunt communi
tia, quā lin
stant: quom
is est in trib
quā fit, ut t
per mentem
tibus, de
tis absolute
is communi
sunt sub
Tres num
ultatem T
tia. Sum
Subsistent
is relati
dunt, tres
easque re
tam.
nis sub
dicit absolu

pariter in Christo natura est Subsistens, quia 471.
pars est Christi, non totus Christus.

3.^o Communi ac recepto apud Theologos
usu, Subsistentia significat modum,
seu formam quandam, que naturam
ultimato complet ac terminat, eamque
reddit alteri tanquam Supposito incom-
municabilem.

His de natura Subsistentie Supponi 420
tis, quaeritur 1.^o Sintne in Deo tres rela-
tive Subsistentiae, hoc est, tres modi, seu
rationes et forma Subsistendi relative,
quibus personae Subsistunt, ac à se invicem
realiter distinguuntur; an vero unica
duntaxat communis quaedam Detur Sub-
sistentia, qua singulae personae Divinae
Subsistant: quemadmodum una et sin-
gularis est in tribus personis natura Divi-
na, qua fit, ut tres personae sint unus
Deus? 2.^o Utrum in Deo, pra-
cisus per mentem relationibus, et per-
sonalitatibus, Detur singularis aliqua
perfectio absoluta, ac proinde tribus
personis communis, per quam Divina
natura sit Subsistens.

Tres numerantur circa hanc
difficultatem Theologorum diversa
sententiae. Sunt, qui unicam agnos-
cunt Subsistentiam absolutam; nul-
lam vero relativam. Alii è contra
contendunt, tres esse duntaxat Subsisten-
tias, easque relativas; nullam vero ab-
solutam. Denique alii quatuor
omnino Subsistentias admittunt, unam
scilicet absolutam, et tres in super re-

472. lativas. Quenam ex his opinionibus nobis
probabilior videatur, sequentes aperient
Conclusiones.

S: 219.

— 471.

— Conclusio 1^a.

Tres sunt in Deo Subsistentia re-
lativa.

Prob. 1^o. Quia sunt in Deo tres
personae. Ergo etiam tres Subsistentia
relativa, per quas, veluti totidem for-
mas aut modificationes, personae cons-
tituuntur in ratione personae, et ab
invicem distinguuntur. 2^o. Quia
quod est in Deo absolutum, unum est, et
non multiplicatur; omnia quippe in
Deo sunt unum et idem, ait commune
Scholarum effatum, ubi non obviat rela-
tionis oppositio. Sed Subsistentia mul-
tiplicatur in Deo pro numero persona-
rum. Ergo, p.

3^o. In mysterio
Incarnationis Subsistentia Verbi cum
humanitate conjungitur. Sed illa sub-
sistentia Verbi Divini propria est, ac ma-
ximè singularis, et consequenter rela-
tiva; alias vix exponi posset, quomodo
Solus Filius sit incarnatus, non Pater,
non Spiritus Sanctus: Siquidem in adversa
sententia, Subsistentia relativa non est,
sed absoluta et communis. Ergo, p.

422.

Conclusio 2^a.

Nuda est in Deo Subsistentia
communis et absoluta.

Prob. Ea Subsistentia non est in
Deo admittenda, quae inutilis est, noxia,
et contradictionem involvit. Atqui talis
est Subsistentia absoluta. Ergo in Deo
non est admittenda.

Prob. min. 1^o Est inutilis; neque 473.

enim satis intelligitur, ad quem usum utilis esse possit Subsistentia illa communis et absoluta: illud enim omne praestant Subsistentia relativa, quod in adversa sententia praestat Subsistentia communis et absoluta. Scilicet tres Subsistentia relativa, quas admittendas esse non probavimus, tres divinas personas constituunt, easque complent, et per oppositionem suam easdem incommunicabiles reddunt.

2^o. Noxia est, quia si huiusmodi absoluta Subsistentia admitteretur, admittenda quoque foret in Deo persona quaedam communis et absoluta, ac consequenter non tres tantum, sed quatuor personae in Deo essent; quod certe Catholica fides non patitur: Subsistentia enim generatim, ubicumque occurrit, suppositum efficit, quando autem in natura intelligente reperitur, personam constituit; is enim est ejus formalis ac necessarius effectus.

3^o. Subsistentia illa absoluta contradictionem involvit. Omnis enim Subsistentia ultimum est naturae complementum, eam reddens alteri tanquam supposito incommunicabilem: porro talis nec est, nec esse potest in Deo Subsistentia absoluta. 1^o Non est ultimum naturae divinae complementum; siquidem illi ultra aequit relativa Subsistentia, qua completur ac terminatur. 2^o Non eam reddit alteri tanquam supposito incommunicabilem; natura enim divina, praesens per mentem relationibus, incommunicabilis non est;

474. imò non solum communicabilis est, sed etiam se ipsa à Patre communicatur Filio et Spiritui Sancto. Ergo, p.

Confirmatur. Illud divinis personis commune esse non potest, per quod persona in se ipsis constituentur, et à se invicem distinguuntur. Atqui per Subsistentias personae in se ipsis constituentur, et à se invicem distinguuntur. Ergo communes esse non possunt tribus divinis personis. Ergo nulla datur absoluta et communis Subsistentia. Unde merito Sophronius Act. ii. Synodi VI. dicebat, in Deo neque substantiam confundi, neque ad unam Subsistentiam posse deduci.

6. 214.

423.

Solvuntur Objectiones.

Ob. 1.^o contra 1.^{am} Conclusionem.

Relatio supponit naturam jam constitutam ac Subsistentem tanquam sui fundamentum. Ergo Subsistentia relativa esse non potest.

Resp. Dist. ant. Relatio auiden-

V * Relatio categorica est quae sub genere aliquo continetur, in solis creatis invenitur. vid. quae de categoriis in logica 424. nostra diximus, part. i. c. 5. Et de relatione accidentali in Metaphysica nostra, part. i. c. 2.

talis et categorica*, conc. Essentialis seu Subsistentialis, quales sunt relationes divinae, neg. ant. vide quae supra c. 3. §. 1. pag. 449. in respons. ad ob. 2. diximus.

Ob. 2.^o Spiritus activa est etiam relatio Subsistens. Ergo sicut quatuor sunt in Deo relationes, ita et quatuor Subsistentiae, non vero tres tantum, ut fert conclusio.

Resp. Dist. ant. Spiritus activa est relatio etiam Subsistens, indistincta à paternitate et filiatione, conc. Distincta, neg. ant. Et si Spiritus activa sit vera relatio, non tamen personam constituit, quia unius personae propria non est, nec incommunicabilis, cum Patri et Filio conveniat, qui nostro concipiendi modo jam in ratione personae constitui intelliguntur, cum spirant

Spiritum Sanctum. Unde Spirator non est per 475.
sona à tribus aliis distincta, sed duo primae
personae sunt Spirator, et tertia terminus spi-
ratoris.

Ob. 3^{ti} contra Conclusionem 2^{am} Jam 425.

Subsistentia absoluta est perfectio simpliciter
Simplex, ut vocant Theologi. atqui perfec-
tio simpliciter Simplex Deo convenit, etiam
abstractis relationibus seu relativis Subsist-
entis. Ergo Subsistentia communis et
absoluta admittenda est in Deo, praesens
etiam relationibus.

Resp. neg. maj. Perfectio enim
Simpliciter Simplex, secundum Theologos,
dicitur ea, quae melior est ipsa, quam non
ipsa*, nec est impossibilis cum alia
perfectioe majori vel equali. atqui Sub-
sistentia absoluta et communis impossibilis
est cum alia Dei perfectioe, nempe cum
fecunditate, et communicabilitate; vede-
ret enim naturam divinam alteri in-
communicabilem, cum sit ultimum natu-
rae terminus, seu ultimum complementum.

* id est, quam habe-
re melius est, quam
eam non habere.

Inst. 1^o Quod natura* praesens intel-
lecta relationibus per se Subsistens sit ac
completa, id dicitur perfectio simpliciter
Simplex. atqui natura divina praesens
intellecta relationibus*, completa ac per
se Subsistens esse non potest, nisi Depen-
dentem à Subsistentia absoluta. Ergo, p.

* id est, à nobis intel-
lecta et concepta
ante relationes.

* id est Paternita-
te, Filiatione, p.

Resp. dist. maj. Perfectio est Sim-
pliciter Simplex, quod natura sit per se
Subsistens et completa, complemento essen-
tiae et existentiae independentis ab alio tan-
à Subjecto inhaerentis, conc. Complemen-
to, quod reddat naturam alteri incommu-

476. incommensurabilem, neg. maj. Alias aut Deus sua
fecunditate privaretur, aut persona qua-
dam in Deo communis et absoluta admit-
tenda foret; ac consequenter quatuor, non
tres duntaxat forent in Deo persona. Ut
enim jam diximus, Subsistentia ubicumque
reperitur, Suppositum facit; quando autem
occurrit in natura intelligente personam
constituit.

Inst. 2.º Deus per intellectus suos
relationibus operatur, intelligit, vult,
creat, conservat, &c. Ergo Subsistit.

7. 215.
Resp. neg. ant. Deus enim non
operatur aut ad intra aut ad extra, nisi qua-
tenus Subsistit in tribus personis seu Subsisten-
tiis relativis, neque enim natura divina re
ipsa ac de facto aliter Subsistit, quam in
his tribus Subsistentiis relativis, nec alius De-
us est quam Pater, Filius, et Spiritus Sanctus.
De verã mens nostra, præcisè relationibus
Deum concipit tanquam ens absolutum et
Subsistens; attamen non Subsistit re ipsa
nisi in tribus Subsistentiis confuse saltem
conceptis: abstractio mentis nostræ vero
nihil in re ponit; atque tum ex infir-
mitate nostræ mentis, tum ex sublimi-
tate inaccessæ mysterii, fit, ut Deum con-
cipiamus sine tribus personis, qui tamen
non agit, nec operatur, nisi prout in tribus
personis Subsistit.

Inst. 3.º Prius concipi debet
Deus existens, quam operetur, vel ad Filium
v. g. referatur; operatio enim ut et relatio
sequitur esse. Ergo, p.

Resp. neg. ant. Hujusmodi ratio-
cinia locum habere possunt in creatis, ubi
operatio et relatio ad naturam ipsam non

estiment: at in Deo actio est ipsamet eius
 entitas seu natura. Neque in Divinis
 processibus datur prius aut posterius si-
 ne temporis, sive natura, sed tantum ratio-
 nis quoad nos, et originis quantum ad perso-
 nas: eodem enim instanti reali Deus Pa-
 ter intelligit, et intelligendo producit, ac
 producendo intelligit, et ad Filium refertur.
 ac consequenter actio Dei per mentem abs-
 tracta à relationibus, non supponit in ipso
 Subsistentiam veram absolutam, sicut nec
 personam absolutam sed Subsistentias
 duntaxat relativas, non quidem clarè
 ac distinctè expressas et cognitās, sed im-
 plicite saltem ac confuse: Subsistentia
 quidem in creatis prior est facultate et
 operatione, non verò in Divinis, ubi esse,
 Subsistere, et agere, idem est.

Inst. 4^o. Actiones, ut vulgò
 ajunt, sunt Suppositorum. Ergo Suppo-
 situm, ac consequenter Subsistentia pri-
 or est operationibus. Atqui nulla po-
 test esse in Deo Subsistentia prior ope-
 rationibus, nisi absoluta; relative si-
 quidem ex ipsis operationibus exurgunt.
 Ergo, p^o.

Resp. Dist. ant. Actiones, qui-
 bus aliquid ab alio procedit, ut à principio
 productivo et emanatione reali, sicut
 Filii procedit à Patre, cone. ut
 à radice, idque emanatione duntaxat
 virtuali, quomodo attributa Divina, ipsa-
 que prima persona paternitas, ex Divinā
 essentia procedunt. neg. ant. Porro si
 actiones spectentur in Deo, quatenus in ali-
 quid producitur ut à principio reali, in

478. prius intelligitur Suppositum: Sic cum Pater
aeternus generat Filium, supponitur per
sona Patris constituta per paternitatem
non quidem ut est relatio, sed ut est forma
hypostatica.

Inst. 5^o. Deus, praesens relationi-
bus, est aliquis Subsistens; non enim est
accidens. Atqui in eo statu non est sub-
sistens Subsistentia relativa, à qua ab-
trahitur; ergo absoluta.

Resp. Dist. ant. Deus, praesens et
am relationibus, Subsistens coniepitur, hoc
est, per se existens, conc. Hoc est incommu-
nicabilis alteri tanquam Supposito, neg.
ant. Hic, prout jam monuimus, nomen
Subsistentiae usurpamus, non pro natura
per se Subsistente, quatenus accidenti op-
ponitur; sed pro ultimo complemento
naturae, quo ipsa redditur incommunica-
bilis alteri tanquam Supposito: hoc vero
sensu, ubi extat in Deo communis et ab-
soluta Subsistentia.

Inst. 6^{to} Natura Divina, praesens
etiam relationibus, est incommuni-
cabilis Supposito creato. Atqui hanc in-
communicabilitatem habet à Subsisten-
tia quadam absoluta. Ergo, p.

Resp. neg. min. Natura Divina
ex se ipsa praesens quia Divina natura
est, non quatenus terminatur persona-
litate, habet, quod Supposito creato com-
municari non possit: pugnat enim in-
terminis, naturam infinitam et increa-
tam Supposito creato necessitate natura
communicari.

Inst. 7^{mo} Licet de relationibus
non cogitetur, tamen coniepitur Deus:

00. 216

poris vox ista Deus, est concreta, quae pro- 479.
inde non solum formam, Divinitatem scilicet
significat, sed etiam Subjectum, seu
habens Divinitatem. Atqui Subjectum illud
habens Divinitatem est aliquod Subsistens.
Ergo antecedenter ad relationes est aliqua
in Deo Subsistentia.

Resp. Nomen istud Deus formam
et Subjectum significare; sed diversa ra-
tione: formam, Divinitatem nempe,
clare et distincte; confuse autem et in-
directe Subjectum Divinitatis, seu eas
personas, quibus Divinitas competit; id
est, Patrem, Filium et Spiritum Sanctum.
Quod vero Subjectum hoc vel est triplex di-
vina persona, vel persona quaedam com-
munis. Atqui nulla est in Deo persona
communis: alias in Deo jam non tres, sed
quatuor persona forent admittenda, quod
pugnat contra fidem. Ergo, p.

Unde distinguere potest maj. Licet
de relationibus non cogitetur, ut tamen
concipitur Deus confuse et implicite intelli-
gantur, concipitur Deus, conc. ut nulla-
tenus intelligantur, neg. maj.

Ob. 4^{to} Etenim supponeretur in 426.
Deo absoluta Subsistentia, non indeo ta-
men natura redderetur incommunicabi-
lis: nam in ipso Patre Divino natura hanc
dubie est Subsistentia Subsistentia relati-
va Patris, attamen ulterius communica-
tur Filio et Spiritui Sancto. Ergo pariter
dici poterit, naturam Divinam non reddi
incommunicabilem Subsistentia absoluta,
quae in ipsa supponeretur adesse anteceden-
ter ad Subsistentias relativas.

Resp. neg. ant. ad idem probatio-
nem dist. ant. Natura Divina Patris com-

480. communicatur Filio, quatenus absoluta est, nec affecta singulari Subsistentiâ seu relatione paternitatis, conc. Sub illa formatione paternitatis ratione, neg. aut. alias Pater cum Filio confundetur, et induceretur error Sabellii. At vero, in hypothesei adversariorum, natura divina formaliter ut Subsistens Subsistentiâ absoluta communicaretur tribus divinis personis, quod omnino repugnat.

427. Ob. 5^{to} Nonnulli ex SS. Patribus, ut Augustinus, lib. 7. de Trinit. c. 4. Hieronymus, Ep. 57. ad Damasum. Athanasius in Ep. Synodica relata Act. 4. ta Synodi VI. oecumenica, unam in Deo Subsistentiam seu hypostasim agnoscunt. Laudat Dubie non relativam. Ergo absolutam.

Resp. Idem Subsistentia seu hypostasis nomine naturam ipsam seu Subsistentiam intellexisse; quo sensu certissimum est, unam esse in Deo Subsistentiam, hoc est, naturam.

B. E. e.

Probo circa usum et significationem vocum hypostasis et essentia, seu substantia aceres ac molestas fuerunt inter Veteres disensiones*, quibus tandem feliciter sopitis, usus fixus ac determinatus invaluit, ut nomine hypostasis et substantia persona intelligeretur; nomine vero essentia natura seu substantia.

* Patres Latini contentebant hypostasim eadem significare ac naturam seu essentiam: contra graeci tuebantur vocem hypostasim verè ac proprie significare personam, hinc, ut postea vocum graecorum significationem veram melius intelligente, quam Latini, tandem vicerunt.

S. Secundus. An sint ac dici possint in Deo tres existentia relativa, et una absoluta.

Profecto, ut patet hinc mentem nostram aperiamus, nihil obesse nobis videtur, quin pater absolutam et communem existentiam, etiam tres relativas

Prim. E. e. pag. 217.

... hinc patet
... esse in
... nobis
... non
... infir
... implicat
... et com
... sit prim
... fundamen
... a
... Nam i
... distincta
... nam habent
... existentia
... actualitas
... ab essentia
... Ergo p
... non dicit, ne
... existentiam
... inatur ad
... que res suam
... divina person
... ita. Ergo p
... Obijci
... his Subsisto
... Ergo nec exist
... Resp. n
... existentia
... viculosa
... contra v
... munitis, ut
... Ob. 2. d
... ita, ibi un
... appenda no
... est in Deo
... Resp.

admittere possimus. 1.^o enim absolutam 481.
quamdam esse in Deo existentiam probat
vel ipsamet nobis ingenta existentia Dei
notis et idea: non potest enim ab idea Dei
separari entis infiniti ac Summè perfecti
necessitas: implicat conipere ens Summè
perfectum, et conipere non existens, cum
existentia sit prima perfectio, ac ceterarum
basis et fundamentum. 2.^o Tres exis-
tencias relativas admittere nihil vetat, imò
expedit. Nam 1.^o relationes, quatenus à
natura distincta, sunt aliquid reale. Ergo
propriam habent existentiam: quid enim
est existentia, nisi ipsam ens in actu, aut
saltem actualitas ipsa rei? Sed relationes
prout ab essentia distinguuntur, sunt vere
in actu. Ergo, p. 2.^o Cum Pater Fi-
lium producit, necesse est aliquam produ-
ci existentiam; omnis quippe productio
terminatur ad existentiam. 3.^o Una-
quaque res suam habet existentiam. At-
qui, divinae personae sunt res à se invicem
distincta. Ergo p.

Obicitur imò Non datur 429.
in divinis Subsistentia communis et absolu-
ta. Ergo nec existentia.

Resp. neg. cons. Disparitas est,
quod existentia absoluta nec inutilis sit,
nec periculosa, nec contradictionem invol-
vat: è contra verò Subsistentia absoluta
et communis, uti constat ex dictis.

Ob. 2.^o Ubi est una et simplex 430.
natura, ibi una debet esse existentia, quae
est appendix naturae. Atqui una et sim-
plex est in Deo natura. Ergo, p.

Resp. Dist. maj. ubi est una et

432. Simplex natura, sine relationibus ac personis à se invicem realiter distinctis, con- cum relationibus ac personis realiter à se invicem distinctis, neg. maj. Unaquaque persona, cum sit aliquid reale, propriam habere debet existentiam: est quidem in Deo una et simplex natura, sed sunt etiam tres personae realiter distinctae.

431. Ob. 3^{to} Tres divinae personae ab essentia divina realiter non distinguuntur. Ergo illis sufficit una essentia seu natura absoluta existentia.

Resp. neg. cons. Nam cum tres illae divinae personae ab essentia realiter non distinguuntur, necessaria ipsis sub eo respectu non est existentia singularis absoluta, sed sufficit communis natura existentia: quia vero realiter à se invicem distinguuntur, et inter se opponuntur necesse est, ut habeant existentias sibi proprias et singulares, quae relativa dicuntur.

432.

S. 3^{to} tunc

An per quamdam appropriacionem inter absoluta Dei attributa, quaedam sint personis propria.

Appropriatio nihil aliud est, quam modus loquendi, quo quaedam attributa et quaedam operationes uni personae potius quam alteri tribuuntur.

Quamvis igitur omnia, quae in Deo sunt absoluta, tribus divinis personis sint communia: omnia, quaecumque habet Pater, mea sunt, ait Christus, cuius quoque ratio est, quia ubi est ca-

* Joan. 16. v. 15.

Dem Singularis ac numerica essentia, ibi 483.

Sunt omnes illius essentia proprietates
essentiales. atque ex dictis haec tenens, una
et eadem est Singularis ac numerica essen-
tia in tribus divinis personis. Ego et in eis
sunt ~~omnes~~ omnes essentia proprietates. In-
de vulgatum Scholae effatum, omnia in
divinis sunt unum et idem, ubi non ob-
viat relationis oppositio.

Nihil tamen officit, quin appro-
priatio in personis divinis locum habeat,
id est, quin Nomina attributa seu pro-
prietates absoluta certis personis Speciali
quodam ratione tribuantur et accommo-
dentur: v. g. Patri omnipotentia: Fili-
o sapientia: Spiritui Sancto bonitas
et charitas.

Id probatur 1^o ex Scripturis. Joan.
14. v. 10. Creatio Patri à Christo tribui-
tur. Pater autem in me manens, ipse
fuit opera. Hinc etiam 1. Cor. 8. v. 6.
Deus Pater dicitur is esse ex quo omnia.

Similiter Filius, qui à Patre
per intellectum procedit, non solum pro-
prio nomine Verbum nuncupatur, sed
etiam speciali titulo Dei virtus et Sa-
piencia. 1. Cor. 1. v. 24.

Spiritui Sancto etiam, qui tan-
quam amor Substantialis Patris et Filii
ab utroque per voluntatem procedit, cha-
ritas, ejusque in nos diffusio accommo-
datur, Rom. 8. v. 9. Charitas Dei diffusa
est in cordibus nostris, per Spiritum Sanc-
tum qui datus est nobis. Idem etc. 2.
2. ad Thessal. v. 12. et 1. Petri 1. v. 2.

— 2. 2100

484.

Prob. 2.^{da} ex Traditione Ecclesie.
In Symbolis fidei Deus Pater dicitur Omnipotens, Creator Cœli et terræ; Christus verò, is per quem omnia facta sunt; Spiritus Sanctus, per quem locuti sunt Prophete.

Id ipsum docet ac exponit S. Augustinus, lib. 15. de Trinit. c. 15. Idem etiam fusè ac egregiè prosequitur S. Thomas 1. parte q. 39. art. 8.

Prob. 3.^{tia} ratione. Quia id fit accommodatè ad personas earumque origines, necnon ad earundem personarum manifestationem conducit, ut observat laudatus S. Thomas art. 8. cit. q. 39.

S. Quartus

433.

De divinarum personarum notionibus, missione ac circuminspiratione.

Circa personas divinas in communi spectatas hæc adhuc nobis veniunt examinanda; nempe quot sint in iis notiones; utrum in iis sit missio aliqua, et circuminspiratio. Hæc breviter expedire animus est.

Notionis nomine intelligunt Theologi characterem et formam quamdam peculiarem quâ persone divina dignoscuntur et ab invicem distinguuntur; sic paternitas, filiatio, et Spiritio passiva dicuntur notiones, quia exprimunt characteres et formas, quæ non sunt communes tribus personis, sed unicuique persona propria.

Porro rectè à Theologis post 485.

S. Thomam quinque assignantur in divi-
nis notiones, scilicet inmasibilitas seu
improduibilitas, paternitas, filiatio,
Spiratio activa, et Spiratio passiva seu pro-
cessio.

Prob. 1.^o Quia notiones duplici de
causâ admittuntur à Theologis, 1.^o ut
per eas personæ ab invicem distinguan-
tur. 2.^o ut certus earum numerus con-
tra Hereticos definiatur. Ad primum
quatuor notiones sunt necessariae, nempe
paternitas, quâ Pater à Filio; filiatio
quâ Filius à Patre; Spiratio activa, quâ
Pater et Filius à Spiritu Sancto; et Spira-
tio passiva, quâ vicissim Spiritus Sanctus
ab utroque distinguitur.

Ad secundum, addi debet necessa-
riò inmasibilitas. Nam ne plures in Deo
cogitentur processiones quàm duæ, ac
proinde plures personæ quàm tres, ne-
cesse est intelligere, unam è tribus per-
sonis divinis esse improductam, et pri-
mum aliarum principium: cum verò
id non satis declararetur per paterni-
tatem, quia qui pater est, non eo ne-
cessè est improductus, sed alium patrem
habere potest; idcirco necesse est aliam
specialem supponere notionem, nimi-
rum inmasibilitatem, per quam Pa-
ter à nullo esse intelligitur.

Prob. 2. Conditiones ad notionem
requisite hæ sunt, 1.^o ut notio non sit
perfectio communis tribus divinis personis.
Unde attributum absolutum non dicitur

— 3. 219.

486. notio, quia persona dignoscuntur et dis-
tinguuntur per notiones, non vero per
attributa absoluta. 2^o ut ad ori-
ginem pertineat; nihil enim in divinis
est distinctivum et speciale, nisi id, quod
ad originem pertinet. 3^o ut per-
fectionem et dignitatem persone impor-
tet. Huius conditionis defectu, improduc-
tività et ingenerabilitas in Spiritu Sanc-
to, ratione cuius aliam personam non po-
test producere, non est notio, quia ad per-
fectionem et dignitatem non pertinet,
quod non possit personam producere;
persona enim nomen est dignitatis et ho-
noris, consequenter notio alius perso-
ne ad dignitatem pertinere debet. 4^o
Denique, ut proprietas per notionem ex-
pressa non significetur per modum via
ac tendentiae ad aliud, sed per modum
formae permanentis. Huius conditionis de-
fectu, actus notionales seu originis non
sunt notiones, quia exprimuntur per mo-
dum via et tendentiae ad terminum, ac-
tus enim notionalis idem est ac persone
productio, quae duplex est, generatio scilicet
et spiratio activa. Nam notio est
personae character, quo illa constituitur
ac dignoscitur; unde exprimi debet
nomine significante formam perma-
nentem ac stabilem.

Atqui singula et sola mox recen-
sita notiones his omnibus conditionibus
sunt munita; nulla enim est ex his, quae
non sit propria; nulla, quae ad originem

non pertineat, et dignitatem non sonet; 487.
milia Danique, que permanens et stabili
non sit. Ergo, p.

Missio in divinis definitur potest, unius 434.
personae divinae ab alia processio, adjunctum
habens effectum temporalem aliquo modo
pertinentem ad ordinem gratiae.

Dicitur 1^o unius personae divinae
ab alia processio, juxta illud S. Augustini
lib. 3. cont. Max. c. 14. Non enim inquit,
genitorem ab eo, quem genuit, sed geni-
tum a genitore mitti oportebat. Verum
non est inaequalitas substantiae seu ordo
naturae: non quod alter esset prior altero,
sed quod alter esset ex altero.

Dicitur 2^o adjunctum habens
effectum temporalem, juxta illud galat.
4. v. At ubi venit plenitudo temporis, mi-
sit Deus Filium suum factum ex muliere.
Unde sic concludit S. Augustinus lib. 4. de Tri-
nitate c. 20. Non ergo eo ipso, quod de Pa-
tre natus est, missus dicitur Filius, sed vel
ex eo, quod apparuit huic mundo Verbum ca-
ro factum; unde dixit: Veni a Patre, et
veni in mundum; vel ex eo quod aius-
quam mente percipitur, sicut dictum est,
mitte illam Sapientiam: ut meum sit,
et meum laboret. Ergo missio est
temporalis, processio vero aeterna, ergo dua
tantum personae proprie mittuntur, scilicet
Filius et Spiritus Sanctus, quia sola
procedunt: Pater autem non mittitur, sed
se ipsum dat.

Filius quidem a Patre mittitur.
Joan. 3. v. 16. Sic Deus dilexit mundum, ut
Filium suum unigenitum daret... Non
enim misit Deus Filium suum in mun-

488. Quoniam, ut judicet mundum p. Et c. 6. v. 58. Si-
cut misit me vivens Pater p.

Spiritus Sanctus autem à Patre et
Filiò. Joan. 14. v. 26. Haec locutus sum
vobis, ait Christus, apud vos manens. Pa-
ter autem Spiritus Sanctus, quem mittet
Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia.
Et c. 15. v. 26. Cum autem venerit Paracli-
tus, quem ego mittam vobis à Patre, Spi-
ritum veritatis, qui à Patre procedit.

4. 220.

Atque his Scripturae testimoniis Veteres de-
monstrabant adversus Sabellianos realem
in Deo personarum distinctionem: nemo
quippe se ipsum mittit; unde necesse est
eum, qui mittit, distinctum esse ab eo,
qui mittitur.

Dicitur denique 3^o aliquo modo
pertinentem ad ordinem gratiae. Proprie
enim persona divina non dicitur mitti ad
opera naturae.

Porro Missio ista, prout jam ex
S. Augustino animadvertimus, dependen-
tiam et inferioritatem non arguit in eo,
qui mittitur, sicut objiciebant Ariani, sed
tantum originem et emanationem uni-
us personae ab alia: missio quippe illa non
ex imperio fit, sed ex communicatione eius-
dem naturae. Non quia ille major est, ait
genitor, ille genitus: ille, à quo est, qui
mittit, ille, qui ab eo est, qui mittitur....
quid ergo mirum, si mittitur, non quia
inaequalis est Patri, sed quia est emanatio
quaedam claritatis omnipotentis Dei sine-
ra.

ij * lib. 4. de Trinit. S. Augustinus*, illic minor, sed quia ille ge-
nitus, ille genitus: ille, à quo est, qui
mittit, ille, qui ab eo est, qui mittitur....
quid ergo mirum, si mittitur, non quia
inaequalis est Patri, sed quia est emanatio
quaedam claritatis omnipotentis Dei sine-
ra.

Ceterum duplex esse dignoscitur
Missio divina, una visibilis, invisibi-
lis altera. Visibilis dicitur, quando per-

sona missa in signō quodam sensibili, ex-^{489.}
terius apparet, qualis fuit missio Verbi in
Incarnatione, et missio Spiritus Sancti
in Christi baptismo, et die Pentecostes.

Invisibilis verò missio appellatur,
quando persona mittitur ad collationem
alicujus doni interni et occulti, ut cum
mittitur Spiritus Sanctus ad collationem
gratie sanctificantis. Sic Galat. 4. v. 6.
Dicitur, Misit Deus Spiritum Filii sui in
corda vestra.

Circuminsessio nomine intelli-^{435.}
tur mutua personarum in invicem insis-
tentia, immutatio, et penetratio, seu mu-
tua unius persona in alia inhabitatio, qua
fit ut Pater sit in Filio, Filius in Patre,
Spiritus Sanctus in utroque, ita ut nul-
lā prorsus ratione divelli unquam aut se-
parari possint. Unde Christus Joan. 14.
probat se esse unum cum Patre, et eadem
facere cum Patre, quia in Patre est. Non
creditis, inquit v. 11. quia ego in Patre,
et Pater in me est. Et v. 10. Dixerat. Pa-
ter in me manens, ipse facit opera.

Hæc circuminsessio divinarum
personarum necessario sequitur ex uni-
tate nature seu substantia, quæ est in
tribus personis. Neque obstat oppositio
relativa personarum ad invicem: non
enim in se invicem esse dicuntur ratio-
ne relationum in quibus opponuntur;
undeque paternitas formaliter non est
in Filio, nec vice versa filiatio in Patre.
Sed cum paternitas sit in essentia divi-
nâ sicut et filiatio, dici potest, pater-
nitatem identicè et quasi materialiter
esse in Filio, et filiationem in Patre,

490. ratione scilicet essentia Divina, qua una
et eadem est numero in utroque: atque
inde fit, ut quidquid perfectionis paterni-
tas habet, sit etiam in Filio, in quo
est Divina essentia, quo est omnis per-
fectio.

436.

Caput Quintum
De Divinis personis in par-
ticulari.

Postquam de personis Divinis in
communi sufficienter, quantum arbi-
tror, transierim, superesse videtur, ut de his sin-
gularibus sumptis agamus, atque ea
quae de ipsis tradunt Theologi, expendamus.
Id autem secundum Divinarum per-
sonarum numerum tribus S. exequimur.

S. 221.

437.

S. I. Ius
De Personâ Patris.

Nulla in Scholis circa personam
Patris controversia movetur. Deno-
mine duntaxat et proprietatibus Pa-
tris huius pauca dicemus.

Prima igitur SS. Trinitatis per-
sona variis nominibus designatur. 1^o di-
citur Pater, quod nomen duplici sensu
de Deo intelligitur, essentialiter nempe
et notionaliter. Priori modo Patris
nomen commune est tribus personis,
respectu scilicet creaturarum, quas com-
muni ac plane eadem potentia et auto-
ritate creant, conservant, gubernant,
moderantur, &c. Posteriori autem
modo, prima persona dicitur Pater res-
pectu Filii, quem ex utero ante huius-
modi genuit sibi in omnibus similem seu
consubstantialem. Nec enim, inquit S. G.
Gregorius Nazianzenus*, essentia nomen

* Orat. 35.

est Pater, nec actionis; sed relationem eam
indiat, quam Pater habet erga Filium.

491.

Dicitur 2^o. ingenuus, inuisibili - 438.
lis, seu non natus. De hoc ingenui voca-
buli mirum quot rixas et cavillationes
excitaverint Aëtius et Eunomius.

Haeretici per ingenuum eum in-
telligebant, qui nullum proors haberet
sui principium, nullam existendi causam
qualis Solus Deus est; ex quo inferebant,
Filium et Spiritum Sanctum Deum non
esse, cum uterque à Patre productus esset.

È contra Catholici nomen ingenui
Patri quidem tribuebant secundum omnem
suam significationem, tam pro negatione
principii creationis, quam cujuscunque
proceptionis, productionis, seu emanatio-
nis, et originis unius personae ab alia, quia
Pater à nullo est, principium est sine prin-
cipio: è contra Filius à Catholicis genitus,
natus, dicebatur, non quidem sensu here-
ticorum, quasi creatus seu ex non entan-
tibus factus esset; sed quia per eternam
generationem procedit à Substantia Pa-
tris ipsi omnino aequalis et consubstantialis.
Item dici debet de Spiritu Sancto, qui à
Patre et Filio procedit. Haerigitur re-
motà nominis equivocatione, evanesunt
omnes illae veterum Haeticorum argu-
tia et cavillationes.

Dicitur 3^o. Principium Filii et Spi- 439.
ritus Sancti, non quidem creationis, sed
proceptionis et originis: hoc enim duntaxat
importat principii nomen, id nempe à
quo aliquid profluit, procedit, producitur.
Quapropter immeritò proors eo nomine

492. abutabantur Ariani, ut inde efficerent
filium creatum seu factum esse à Patre.

Inter graecos nonnulli Patrem
dixere Filii causam: quo nomine prin-
cipium duntaxat originis seu procre-
tionis intedigebant, interprete Cardinali
Bessarione Sess. 25. Concilii Florentini.

Eodem etiam sensu nonnulli
à latinis Patrem dixere authorem
Filii. vid. S. Aug. lib. 3. cont. Maximin.
c. 14.

Alia, quae ad Patrem spectant,
nomina, ut sunt nomina fontis, origi-
nis, capitis, initii, &c. protermittimus;
cum ex dictis, quo sensu accipi debeant,
facile innotescat.

S. Secundus

440.

De personâ Filii.

Post ea, quae jam de Filio dise-
ruimus, pauca duntaxat supersunt, quae
de persona ipsius expendamus: nempe
quae sunt eius nomina, et ex quarum
rerum cognitione procedat.

Igitur 1^o dicitur Filius, quia
ex propria Patris ab aeterno est genitus.

2^o dicitur Verbum, id est, ter-
minus cognitionis Patris, seu formalis
representatio objectorum, quae à Deo
cognoscuntur, formata quippe cogi-
tatio, inquit S. Augustinus, ab eâ re
quam sumus, verbum est, quod in corde
dicimus. Hinc proprie 3^o Patris sa-
pientia, 4^o doctrina, 5^o ratio,
6^o sermo dicitur. Dicitur 7^{mo} ima-
go Patris, Colos. i. v. 15. Qui est imago Dei
invisibilis, primogenitus omnis creaturae.

a *lib. 18. De Trinit.
c. 10.

6. 227.

9^o dicitur Splendor gloria, et figura Substantia eius, Heb. i. v. 3. p. p. 493.

Ex his nata est in Scholis questio, 441. ex quarum rerum cognitione Verbum procedat. Communis tamen Theologorum opinio est, quod Verbum à Patre procedat per cognitionem perfectissimam sua essentia et creaturarum possibilium: quia procedit à Patre per cognitionem perfectissimam. Atqui cognitio perfectissima complectitur cognitionem tum essentiae divinae, tum omnium creaturarum possibilium, ut patet. Ergo, p.

Præterea, Verbum procedit per cognitionem intuitivam, quam Pater habet de sua essentia, quae non potest haberi sine cognitione creaturarum possibilium: siquidem essentia non est quid realiter actu distinctum ab omnipotentia, proinde comprehensivam omnipotentia cognitionem complectitur: at comprehensiva omnipotentia cognitio includit cognitionem omnis termini, ad quem omnipotentia se extendere potest. Ergo Verbum producit tum per cognitionem divinae essentiae, ejusque attributorum, et personarum, tum per cognitionem omnium omnino creaturarum possibilium.

§. Tertius

442.

De personâ Spiritus Sancti.

Pluribus nominibus tertia SS. Trinitatis persona in Scripturis designatur. 1^o dicitur proculque Spiritus Sanctus, non tantum eo sensu, quod sit immaterialis, cujusmodi etiam sunt

494. Pater et Filius, sed ex speciali quadam
causâ, quia cum sit terminus amoris mu-
tui Patris et Filii, atque amoris proprium
sit, impelli, moveri et inclinari in rem ama-
tam, impulsus ille subsistens est ac perso-
nalis in Deo Spiritus. Additur per quam-
dam appropriationem, Sanctus, quia Sanc-
titas Spiritui Sancto accommodatur, si-
cut potentia Patri, et Filio Sapientia.

443. Dicitur 2^o. Amor, et quidem
secundum personalem et notionalem pro-
prietatem: tum quia principium, à quo
procedit, est amor: tum quia ipse termi-
nus est, ut processionis formaliter, sub-
sistens ac personalis mutui amoris Patris
et Filii. Hinc à SS. Patribus solet ap-
pellari charitas, Patris et Filii unio, com-
munio, unitas, amplexus, osculum, ne-
xus utriusque.

444. Dicitur 3^o. Donum, et quidem
perfectissimum: ratio est, quia, ut ali-
qua è divinis personis sit personale do-
num, requiritur 1^o ut sit res alicui da-
ta: 2^o ut ab aliquo detur. 3^o ut ex
se ac proprio caractere sit ipsamet ad-
dandum seu donandum inclinatio. Hæc
autem tria Spiritui Sancto, qui ex divi-
nâ voluntate procedit, approximè conve-
niunt.

445. Denique 4^o. Dicitur Paracletus,
id est, Consolator, quod nempe conso-
latoris vices obeat, ac gratiam diffundat
in cordibus, quæ interioris nos solatur,
reficit ac sustentat.

446. Porro unicum hæc adhuc, illudque
gravis sane momenti, de Spiritu Sancto
expendendum nobis superest: an videli-

et à Filio aequè ac à Patre procedat? 495.

(De processione Spiritus Sancti à Patre nullum inter Catholicos usquam diffiduum fuit: Sola Macedoniani et Ariani istud fidei caput in controversiam adduxerunt. Eunomius, ait S. Basilius, * ut Spiritum auferat à Patre, ita eum unice Unigenito attribuit. Quippe cum existimarent, Filium et Spiritum Sanctum meras esse creaturas, Filium à solo Patre, Spiritum vero à Filio factum assererent. * Errorem hunc ut confoderet Concilium Constantinopolitanum Oecumenicum, Symbolo Niceno post istas voces, Et in Spiritum Sanctum, addidit, qui ex Patre procedit. Brevi extinguitur janiit error iste, qui tam distinctis Christi verbis evertitur, Joan. 15. v. 26. Cum venerit Paraclitus quem ego mittam vobis, Spiritum veritatis, qui à Patre procedit.

7. 229.
* lib. 2. adv. Eunom. 16
* S. Basilius cit. lib. 1. et S. Epiphanius heresi 76.

Verum diuturnior longe et avior enarsit Latinos inter et Græcos de processione Spiritus Sancti à Filio controversia, negantibus Græcis, Latinis affirmantibus.

Primum hujus erroris auctorem ac parentem seculo quinto fuisse Theodoretum multi autumant, quod in confutatione anathematismi noni S. Cyrilli Alexandrini in Nestorium asseruerit, impium et blasphemum esse dicere, quod Spiritus Sanctus etiam sit ex Filio. Sed alii Theodoretum ab hoc errore purgare conantur asserentes, verbis illis solum intellexisse, Spiritum Sanctum

496. non esse ex Filio^o ut facturam seu creaturam
Filio. Ut ut sit, certum est, Theodore-
tum ea omnia, quae contra S. Cyrillum
scripserat, in Concilio Chalcedonensi Dam-
nasse.

Saeculo octavo sub Imperatore
Constantino Copronymo Graecos inter et
Latinos haec de re gravis exarsit coner-
tatio; unde factum, ut circa negotium
istud sub Bypino et Carolo magno^o eius
filio variae Synodi in Gallia, Italia,
et Germania habita fuerint. 1^{ma}
Gentiliacensis ad Lutetiam, anno 764.
cui, teste Ardone in Chronico, Graeci in-
terfuere. 2^{da} Forojuliensis, anno
791. 3^{ta} Francofordiensis, eodem
exerente saeculo. 4^{ta} Aquisgra-
nensis, an. 809. ex qua Carolus magnus
celebrem scripsit epistolam de haec lite.
5^{ta} denique Arelatensis, an. 813.

448. Nullus autem majori audacia
errorem istum propugnavit, quam Pho-
tius versus finem noni saeculi, id est,
aliquot post huius saeculi medium annis.
Invaserat sedem Constantinopolitanam
vivente adhuc S. Ignatio legitimo Ba-
triarcha, an. 858. atque luctuosi illius
Schismatis, quod Graecam a Latina
sejunctit Ecclesiam, auctor necnon
tot malorum ac dissidiorum, quibus
universa turbata est Ecclesia, semi-
narium fuit. Damnatus ille fuit
a Nicolao I. S. Pontifice an. 863. Cui
inde peritus furore, vicissim ipsum
S. Pontificem damnavit; atque in Ro-
manam Ecclesiam invicivinde debacchatus,

inter alia multa, Latinos ex eo praesertim 497.
capite redarguebat, quod affirmarent,
Spiritus Sanctum à Filio procedere.

Photio Strenue pro sua auctorita-
te restitit Nicolaus I. qui datis ad Hinc-
marum Rhemensem Archiepiscopum,
aliisque Gallicanos Praesules litteris, hor-
tatus est, ut dogma catholicum adversus
perduellum Schismaticum tuerentur.*

Photium tamen, qui gratia et
auctoritate plurimum apud Imperato-
rem valebat, omnes fere Graeci sentia-
bunt: identidem tamen ad unitatem
et concordiam cum Latinis reversi, post-
ea pro sua innata animi levitate, ad
pristinum errorem relapsi.

Seculo undecimo tota recumbit
disputatio opera praesertim Michaelis 449
Carularii Patriarchae Constantinopoli-
tani, favente Constantino Monomacho
Imperatore. Schismaticus Episcopus
iste contra Ecclesiam Latinam adeo
debauchatus est, ut promulgare haud
vereretur, Romanum Pontificem om-
nesque Latinos excommunicatos esse,
quod, contra decretum Concilii Ephesini
has voces, Filioque Symbolo addidissent.
unde varia subinde coacta sunt Con-
cilia. ac 1.º Barense sub Urbano II.
an 1097. ubi S. Anselmus Cantuariensis
Episcopus Catholicam de processione Spi-
ritus Sancti à Filio sententiam Strenue
adversus Graecos propugnavit. 2.º Con-
cilium Lateranense IV. sub Innocentio
III. an. 1215. cui unacum aliis non pau-

90. 274.

* Calumnias et men-
sura Photii repres-
sentant Odo B. Nova-
censis, teste Hinc-
maro Epist. 5. ad ip-
sum. Aeneas Bari-
siensis, cuius opus
extat tom. 7. spici-
legii. Et Ratram-
nus Corbejensis Mo-
nachus, libris qua-
tuor, qui extant
tom. 2. ejusdem spi-
cilegii.

498. cis Graecis Praesulibus interfuerunt Ius Ba-
triarcha, Constantinopolitanus, et Hie-
rosolymitanus: in eo Conilio Orientales
cum Latinis consenserunt, atque ad Ecce-
siae Romanae communionem redierunt.
Sed brevi post pro sua levitate ad suum
errorem reversi sunt. Unde

450. 3^o Purius sub Gregorio X. habi-
tum est an. 1274. Concilium Lugdunen-
se II. ubi, annitente potissimum Mi-
chaële Paleologō Graecorum Impera-
tore, solennis pax Graecos inter et Latinos
redintegata fuit; missi ad S. Pontifi-
cem nomine Imperatoris ac Ecclesiae
Graecae Legati errorem palam ejurarunt
ac Symbolum, cui inserta erant voces
ista, Filioque, unanimum Latinis in-
ter sacra Solemnia decantarunt. Verum
nec ista utriusque Ecclesiae pax et con-
cordia diuturna fuit: interfecto enim
Michaële Paleologō, Beccioque, qui Jo-
sepho, quem Sede Constantinopolitana,
quod Schismaticus esset, atque mox dicta
cum Latinis concordia moras injicere cum
aliis nonnullis tentasset, Imperator seje-
cerat, suspectus fuerat, exautoratō,
Iosephus ille restitutus est, atque Grae-
cos ad unitum redire impulit.

451. 4^o tandem an. 1439. imperan-
te Constantinopoli Joanne Paleologō in
Conilio Florentino sub Eugenio Papa IV.
post diuturnas ex utraque parte disser-
tationes, pax solemniter inita est, Grae-
cique errores suos iterum ejurarunt; nec
non communis fidei sancta professio,
cui omnes subscriperunt, excepto Mario
Ephesino, qui in errore suo pertinax reman-

lit; cuius deinde opera ceteri Graeci erro-
res suos demum amplexi sunt. Unde fors
factum, ut post quatuordecim annos, ius-
to Dei iudicio, Graecorum Imperium à Turcis
funditus eversum sit die Solemni Pente-
costes. Solà penè Latinà Ecclesià dog-
matis veritatem particulamque Filio-
que Symbolo ab ipsa additam et à sum-
mis Pontificibus confirmatam retinen-
te.

Quo autem tempore haec particula 452.
Filioque Symbolo Constantinopolitano
adjecta fuerit, dissentiunt inter se Scrip-
tores Ecclesiastici. Nos relicti illorum
opinionibus, qui arbitrantur eam iussu
Damasi Papae, qui ab an. 367. usque ad an.
385. rebus Ecclesiae praesuit; aut in nume-
rosa Synodò circa tempora Concilii Oecume-
nici VI. quod celebratum fuit an. 680. vel
etiam in Synodò VII. an. 787. utriusque
Ecclesiae consensu, Symbolo additam fuisse;
utpote quarum opinionum nullum ex-
tat apud illorum temporum Scriptores
vestigium. Probabilior nobis videtur
illorum sententia, quae statuit, addi-
tionem istam primò in Hispania Ecclesis
ineunte saeculo quinto obtinuisse; enim-
verò in Conciliis Toletanò I. Bracarensi I.
et Hispalensi eadem extat. Tum in
galiam et Germaniam saeculo saltem
octavo dimanasse, prout patet ex Con-
cilio Francofordiensi an. 794. et Ho-
rojuliensi, in quibus additio recepta
et probata fuit. Ibi postquam observa-
ta fuere ea, quae Patres Constantino-
politani Symbolo Niceno addidère, dici-

— Lib. I. L.
pag. 225.

500. tur: Sed et postmodum, propter eos videlicet Hæreticos, qui Insurrant, Spiritum Sanctum solum esse Patris, et à solo Patre procedere, additum est, Qui ex Patre Filioque procedit. ac tandem à Summo Pontifice Nicolao I. confirmatam fuisse; cum antea Sancta Sedes, quamvis et illius et totius Ecclesie Latino-fides esset, Spiritum Sanctum aequè à Filio ac à Patre procedere, hanc additionem Symbolo fieri non consensisset, ex prudenti œconomia, ne videlicet Græci ab ipsa contemni se quererentur, atque in apertum Schisma erumperent; prout re ipsa post Nicolai I. confirmationem additionis huius factum, auctore Photio Patriarcha Constantinopolitano, qui eam additionem Nicolai I. obiit, ~~et~~ tanquam enorme crimen, quam criminatorem diluit Patrum Corbejensis lib. 2. c. 2. Eam quoque additionem à Nicolao I. confirmatam fuisse memorat S. Antoninus part. 3. tit. 22. Quae deinde in Concilio Lugdunensi II. an. 1274. et in Florentino an. 1439. utriusque Ecclesie consensu promulgata et acceptata fuit; quibuscum sit.

453.

Conclusio.

Spiritus Sanctus etiam ex Filio procedit. Ex Scriptura. Joan. c. 16. v. 7. Christus ait: Si non abiero Paraclitus non veniet ad vos. Si autem abiero, mittam eum ad vos. Ergo Spiritus Sanctus mittitur à Filio, ergo ab illo procedit. Nam Filius non mittit Spiritum Sanctum,

naque per imperium, sicut Dominus mittit
servum: neque per consilium, sicut Sapi-
ens mittit eum, quem instruit: neque per
impetum sicut Sagittarius mittit sagittam;
nam verus Deus nullis his modis mitti po-
test. Ergo Filius mittit Spiritum Sanc-
tum per productionem naturalem, si-
cut planta mittit flores et folia, seclu-
lis imperfectionibus: neque enim sunt
alii mittendi modi.

Eodem cap. v. 14. Sic Christus de
Spiritu Sancto loquitur: Ille me clarifica-
bit, quia de meo auget, et annuntiabit
vobis. Omnia quaecumque habet Pater,
mea sunt. Propterea dixi, quia de meo
auget, et annuntiabit vobis. Ergo
Spiritus Sanctus à Filio auget: non
aliter autem una persona in divinis au-
cipit ab alia, quam viâ originis et pro-
cessionis; ita Filius auget à Patre, et
ea loquitur, quæ à Patre audivit, quia
nempe à Patre procedit per æternam
generationem; ergo eadem ratione,
cum Spiritus Sanctus à Filio auget
dicitur ea, quæ nos docet, hanc divinam
scientiam à Filio simul cum essentia
divinâ vi processionis et originis augete
dicendus est. Item ex eodem tex-
tu Filius habet omnia, quæ habet Pa-
ter, exceptâ sibi et proprietate paterni-
tatis ei oppositâ, ut exponunt Patres
et Concilia. Sed Pater habet virtutem
spirandi seu produendi Spiritum Sanc-

Patres introduimus, sicut Manichaei; cum 503.
non tres Soles ad comparationem adduca-
mus, sed unicum Solem, ejusque splendo-
rem, unicamque ex ambobus lucem: ita
unum principium agnosimus, p. Ubi
comparat Patrem Solum, qui nec est à splen-
dore, nec à luce, Filium Splendore, qui
est à Sole; et Spiritum Sanctum luci, qua
est ex ambobus, id est, ex Sole et Splendore.
Ergo sensus Spiritum Sanctum à Patre et
Filio procedere.

S. Basilus, lib. 2. contra Eunomi-
um docentem Spiritum Sanctum à Solo
Filio esse, probat Spiritum Sanctum
non solum à Filio, sed etiam à Patre
procedere; sic enim ait: Illud verò, mihi
non parat, quod nulla Filii operatio à
Patre divisa est? Nec est aliquid in rebus,
quod Filio insit, et à Patre alienum sit?
Omnia, inquit, mea tua sunt, et tua mea.
Quomodo ergo Spiritus causam et origi-
nem Unigenito Solum attribuit? Eunomi-
us; et ad ejus accusandam naturam, hu-
jus creationem auipit? Ubi manifestè
supponit, et indicat Spiritum Sanctum
esse à Filio; imò id expresse significat,
cum aperit, actionem productivam om-
nem esse communem Patri et Filio,
quia omnia, quae habet Filius sunt
communia Patri et vicissim.

S. Gregorius Nazianzenus, orat.
in Pentecost. Omnia, inquit, quaecum-
que Pater habet, sunt Filii, prater
quam quod ingentus non est. Ergo ex
S. Gregorio Filius habet vim spirandi
sicut Pater, ergo spirat seu producit

504. Spiritum Sanctum sicut Pater. Et Orat.
S. de Theologia, docet, Spiritum Sanctum
non esse Filium, et tamen nihil essentia-
le desse ei, ut sit Filius, cum habeat
totam essentiam Divinam, sicut totam
habet Filius; sed non esse Filium prop-
ter differentiam relationum, scilicet pro-
ducti et producentis: sicut Filius non
est Pater propter differentiam relatio-
num, quamvis Filio nihil desit essen-
tiale ut sit Pater, cum totam essenti-
am Divinam habeat, sicut Pater habet.

S. Chrysostomus, Hom. i. de Sym-
bol. Iste, ait, est Spiritus procedens de
Patre et Filio, qui dividit singulis pro-
pria dona prout vult. Et Hom. 2.
Istum Spiritum Sanctum dicimus Patri
et Filio coeternum, et procedentem
de Patre et Filio.

S. Epiphanius, haeres. 74. Dei Spi-
ritus à Christo, utpote qui ab utroque
procedit; in quo Christus ipse testatur:
qui à Patre procedit, inquit, et, hinc de
meo accipiet..... Spiritus adoptione sunt
aut vocatione complures, qui et in pec-
catum prona sunt ac proclives. At Spi-
ritus Sanctus solus à Patre et Filio, Spi-
ritus veritatis, et Dei Spiritus, et Spi-
ritus Christi, et Spiritus gratia nominatur.

S. Cyrillus Alexandrinus, Thesau-
ri lib. seu assertionum 34. Cum igitur, ait,
Spiritus Sanctus nobis immissus, confor-
mes nos Deo efficiat, procedat vero is à
Patre et Filio; manifestum est, ex di-
vinâ essentia ipsum esse.

Prob. 3^o Ex Patribus Latinis.
S. Hilarius, lib. 2. de Trinit. num. 29. De

B. 227. —

Spiritu Sancto autem, inquit, nec tacere oportet, nec loqui necesse est: sed Filii à nobis, eorum causa, qui nesciunt, non potest. Loqui autem de eo non necesse est, qui Patre et Filio auctoribus confitendus est.

S. Ambrosius, l. i. De Spiritu Sancto, c. 10. Spiritus Sanctus cum procedit à Patre et Filio, non separatur à Patre, non separatur à Filio.

S. Augustinus supra pag. 502. cit. tract. 99. in Joan. Et lib. 4. De Trin. c. 20. Nec possumus dicere, inquit, quod Spiritus Sanctus et à Filio non procedat: neque enim frustra idem Spiritus et Patris et Filii Spiritus dicitur.... Neque enim flatus ille corporeus substantia Spiritus Sancti fuit, sed demonstratio per congruam significationem, non tantum à Patre, sed à Filio procedere Spiritum Sanctum.... Qui ergo à Patre procedit et Filio, ad eum refertur, à quo natus est Filius.

S. Leo epist. 93. c. 1. Demonstratur, inquit, quam impie sentiant de Trinitate divina, qui et Patris, et Filii, et Spiritus Sancti unam atque eandem asserunt esse personam: tanquam idem Deus, nunc Pater, nunc Filius, nunc Spiritus Sanctus nominetur: nec alius sit, qui genuit; alius, qui genitus est; alius, qui de utroque processit.

S. Fulgentius, l. De fide, c. 2. Nec natus est ipse Spiritus Sanctus; nec genuit, sed solus de Patre Filioque procedit.

Prob. 4^{to} Ex Conciliis generalibus.
 Concilium Ephesinum, Calcedonense,
 et Constantinopolitanum II. et III. ap-
 probarunt Synodicam S. Cyrilli Alexan-
 drini epistolam, in qua dicitur: Spi-
 ritus apprehensus est veritatis, et veritas
 Christus est. Unde et ab isto similiter
 sicut ex Patre procedit.

Concilium Lateranense IV. con-
 sentientibus Graecis, sic definit, c. i. Pa-
 ter à nullo, Filius autem à solo Patre,
 ac Spiritus Sanctus ab utroque pariter,
 absque initio semper ac sine fine.

Concilium Lugdunense II. con-
 sentientibus quoque, qui aderant, Graecis,
 sic definit. Fideli ac devota professio-
 ne fatemur, quod Spiritus Sanctus aeter-
 naliter ex Patre et Filio, non tanquam
 ex duobus principiis, sed tanquam ab
 uno principio: non duabus spirationi-
 bus, sed una spiratione procedit.

Concilium Florentinum, in fi-
 dei definitione per Eugenium IV. relo-
 quitur: Ut haec fidei veritas ab omnibus
 Christianis credatur et suscipiatur, neque
 omnes profiteantur, quod Spiritus Sanctus
 ex Patre et Filio aeternaliter est, et
 essentiam suam suamque esse subsis-
 tens habet ex Patre et Filio, et ex utro-
 que aeternaliter tanquam ab uno princi-
 pio et una spiratione procedit.... Defi-
 nimus insuper, explanationem verborum
 illorum, Filioque, veritatis declaran-
 dae gratia, et imminente tunc neces-
 sitate, licite ac rationabiliter Symbolo
 fuisse appositam. Huius definitioni
 omnes Graeci, uno, prout iam supra di-

4. 2200.

1507.
ximus, excepto^o Mario Ephesino Episcopo,
conenserunt, eam tamen lege, ut quamvis
faterentur, particulam Filioque ratio-
nabiliter à Latinis insertam fuisse Sym-
bolum, eam tamen ipsi non infererent.

His adde Concilium Tridentinum
quod Sess. 3. recitat et approbat Symbo-
lum Constantinopolitanum cum additio-
ne Filioque.

Prob. 3^o Denique triplici ra-
tione Theologica. Prima, Filius au-
git à Patre omnem perfectionem com-
possibilem cum filiatione, juxta illud
Christi, Joan. 16. v. 14. Omnia quaecumque
habet Pater, mea sunt. Atqui virtus
Spirandi est compossibilis cum filiatione:
nam non habet cum illa relativam
oppositionem producentis et producti.
Ergo Filius auget à Patre virtutem
Spirandi, ergo Filius cum Patre spirat
seu producit Spiritum Sanctum.

2^a Filius auget à Patre volun-
tatem fecundam, ne dum terminò exhaus-
tam; processio enim Filii prior est pro-
cessione Spiritus Sancti à Patre. atqui
si auget voluntatem fecundam, profecto
debet non secus ac Pater Spiritum Sanctum
ex ea producere. Ergo, p.

3^{ta} Si Spiritus Sanctus non
procederet à Filio, non distingueretur
realiter ab illo. Falsum conseq. Ergo.
Prob. sequela Maj. In Divinis, juxta Soc-
pini jam à nobis laudatum axioma Theo-
logicum, omnia sunt communia seu unum
ubi non obviat relationis oppositio, quod
axioma constat tum ex communi conten-
tu Patrum, tum quia in ente in omni

508. perfectione infinito et simplicissimo ea omnia necessario idem et unum sunt realiter ac esse debent, quae inter se non opponuntur, et in tali ente nulla alia oppositio enogitari potest, quam relativa. Atqui si Spiritus Sanctus non procederet à Filio, non haberet cum eo relationis oppositionem: nam in Deo nulla alia oppositio relativa, quae non adverteretur infinita eius perfectioni, esse potest praeter eam, quae fundatur in origine seu processione unius ab alio. Ergo si Spiritus Sanctus non procederet à Filio, esset una et eadem cum ipso persona, et sic non distingueretur realiter ab illo.

Solvuntur Objectiones.

454

Ob. 1^o Scriptura declarat tantum Spiritum Sanctum procedere à Patre, nec ullam facit mentionem processionis illius à Filio. Joan. 15. v. 26. Cum autem venerit Paracletus, quem ego mittam vobis à Patre, Spiritum veritatis, qui à Patre procedit. Ergo, p.

Resp. 1^o Scripturam non expressis quidem, sed equivalentibus seu idem sonantibus verbis, adstruere Spiritus Sancti à Filio processionem, prout, praeter ea, quae inter probationes Conclusionis nostrae adduximus, ex adducto textu patet, ubi dicitur Spiritus Sanctus mitti à Filio. Missio autem in divinis est processio unius ab alio, quemadmodum exposuimus c. 4. §. 4. Certè in Scriptura saepe uni tribuuntur, quae pluribus personis sunt communia, sed non cum aliarum exclusionem, et saepissime quidem Patri, eoque

Sit fons Trinitatis, et principium sine prin-^{509.}
cipio, à quo aliae personae accipiunt, quidquid
habent.

Resp. 2.^{do} Traditionem esse alteram
fidei nostrae regulam: at vero perpetua et
constans Ecclesiae Traditio clarè et apertè
docet, Spiritum Sanctum à Filio procedere.

Ob. 2.^{do} In Conciliis generalibus 455.
Nicensi I. et Constantinopolitano I. in qui-
bus Divinitas Spiritus Sancti aperta et Defi-
nita fuit, altum silentium de ipsius à
Filio processione etiam fuit. Ergo, p.

Resp. Ecclesiam in Conciliis suis
circa fidem Definitiones seu Decreta non
condere, nisi occasione subnascentium
errorum: cum igitur aetate Conciliorum
Nicensi I. et Constantinopolitani I. à nemine
impugnaretur processio Spiritus Sancti à
Filio, de idà etiam siluere idorum Con-
cilio Patres. Cum vero Eunomiani et
Macedoniani negarent, Spiritum Sanctum
Deum esse, eumque à Patre procedere, Con-
cilium Constantinopolitanum I. distinctè
ac expresse definiuit, Spiritum Sanctum
verum esse Deum, et à Deo Patre proce-
dere; accommodatè scilicet ad errorem,
quem damnandum habebat, et urgentem
tunc temporis Ecclesiae necessitatem.

Ob. 3.^{to} In Concilio Ephesino à
Charisio Presbytero publicè lectum fuit
Symbolum Nestorii cum libro Theodo-
reti contra Anathematismos S. Cyrilli,
in quorum utroque expresse negabatur
processio Spiritus Sancti à Filio, et ta-
men Concilium id non damnauit. Neque
etiam ipsemet S. Cyrillus in suis adver-

456. celebratum fuit
an. 431. tertium
generale, post Ni-
cenum I. et Cons-
tantinopolitanum I.
communiter mun-
cipatur.

— 5. 229.

510. In Nestorium Capitulis; neque Coelestis
S. Pontifex Scribens ad Nestorium
et ad Clerum Constantinopolitanum,
vitio vertunt Nestorio, quod de processio-
ne Spiritus Sancti à Filio nihil plane
dixisset, quia nempe receptum non erat
dogma processionis Spiritus Sancti à
Filio. Imò Concilium ipsum art. 6.
Severè prohibet, ne altera fides profera-
tur, seu quidquam Symbolo addatur,
in quo tamen nihil de processione Spiritus
Sancti à Filio continetur, sed à Patre Innun-
tantat procedere dicitur. Unde cum
Latini in Epistolâ Synodica dixissent,
Spiritum Sanctum à Filio procedere,
idque Graeci displicuisset, S. Maximus
Martyr in Epistolâ ad Marinum Latinos
excurat, quia etsi asserant, Spiritum
à Filio procedere, non idcirco tamen
sentiant, ipsum esse principium Spi-
ritus Sancti, quod solus est Pater. Ita
S. Maximus. Ergo, p.

Resp. Symbolum ~~Episcoporum~~
Nestorianum in iis capitibus rejectum
fuisse, in quibus à Catholica fide aber-
rabat: caput vero, quod spectat processio-
nem Spiritus Sancti, idcirco rejectum
non fuisse, quod posset in rectum sensum
adduci, nempe Spiritum Sanctum à
Filio creatum seu factum non esse, ut
dicebant Macedoniani et Eunomiani;
et quod propter aliud dogma congrega-
tum esset, nempe ut contra Nestorium
unam in Christo personam assereret. Con-
sèpe Concilia, ut omnino inuincant. So-

511.
po, quem sibi proponunt, quaestiones in-
videntes, licet gravissimas, omittunt. Et
Sanè quamvis Concilium istud errorem
processionis Spiritus Sancti à solo Patre
ob abatas rationes expresse non damna-
verit, eundem saltem implicite damna-
videtur, cum epistolam à S. Cyrillo et
à Synodo Alexandrinâ ad Nestorium
scriptam velut Catholicam approbavit,
in qua dicitur Spiritus Sanctus etiam
à Filio procedere.

Celestinus et Cyrillus Nestorii
silentium circa processionem Spiritus
Sancti à Filio, ideo non culpant, quia,
ut jam dictum, de illâ processione multa
tenuis tunc agebatur, atque intempe-
stiva omnino fuisset tunc temporis eam
in rem censura.

Quod autem eadem Ephesina Syno-
dus prohibuerit, ne Symbolo quidquam adde-
retur, aut, prout sonant Canonis verba,
altera fides seu fidei professio profe-
ratur. Resp. Dist. Synodus ista prohi-
buit, ne altera fides seu fidei professio
proferatur; id est fides altera, seu con-
traria iis, quae à Patribus Nicanis defi-
nita fuerant, conu. fides altera, id
est, altera ejusdem fidei expositio, de-
claratio, et explanatio, neg. Hunc unum
lati Decreti finem ac scopum esse, aper-
tè demonstrat 1^o occasio qua idem condi-
tum fuit, occasione scilicet Symboli
Nestoriani, quod Charisius Presbyter et
Philadelphus Oeconomus obtulerat, quod-
que à his subscribi volebat Nestorius,

6. 230.

512. et quod re ipsa multi delusi subripserant.
Novitatem hanc audacia, temeritatis, ac
erroris plenam merito repreffit Ephesina
Synodus, prohibuitque omnem additio-
nem et explanationem avitæ fidei con-
trariam; eam verò, quæ fidei consona
est ac conformis, approbat et confirmat.
Vocem, Deipara, ad constringendum Nes-
torium proponit et exigit; eam quidem
Symbolo non inseruit, tum quia illius
additio necessaria laud fuit, quippe ~~quæ~~
expresse satis et explicitè B. Virgo Dei-
para seu Dei Mater declarabatur in duo-
bus articulis clarè et explicitè in Symbolo
Constantinopolitano contentis; nempe
Christum verum esse Deum Patri con-
substantialem, eumque inarnatum et
natum esse ex Mariâ Virgine. Tum
quia Synodus Ephesina novum non con-
didit Symbolum, sed novum duntaxat
Nestorii errorem damnavit: si tamen ex-
pedire iudicasset, etiam pro auctoritate
sua potuisset vocem, Deipara, Symbolo
adjicere; quemadmodum Nicæna Syno-
dus Symbolo Apostolico adiecit vocem,
ὁμοῦλον, consubstantialem. 2^o.

Idem patet ex eo, quod professionem
fidei, quam in signum concordie Joan-
nes Antiochenus post restitutam pa-
cem misit ad S. Cyrillum, tametsi mut-
ta Symbolo adderet majoris explicatio-
nis gratiâ, benigne tamen et cum laude
suscepit S. Cyrillus, quam utique non
suscepisset ac laudasset, si omnis et qua-
libet etiam Catholica fidei nova exposi-
tio fuisset à Patribus Ephesinis prohi-
bita. 3^o. Synodus Calcedonensis

paulo post Ephesinam an. 451. videlicet
waita, postquam Symbolum Nicaenum,
et Constantinopolitanum recitavit, ait.
5. proliam adiecit fidei expositionem
adversus penliares Eutyketis errores;
ergo non existimavit Synodus Chalcedo-
nensis nihil adijci licere, quod consen-
taneum foret.

4. Denique, Canon
Ephesinus iste, qui obicitur, ad privatos
spectat, non ad ipsam Ecclesiam. Id pa-
tet 1. ex occasione, quâ latum est idud
Decretum, ut modo notavimus. 2. ex
ipsis verbis Decreti, hos, si quidem sunt
Episcopi aut Clerici, p. 3. ex poenâ
depositionis aut anathematis adjunctâ,
neque enim Synodus Ephesina aut vo-
luit, aut potuit universam Ecclesiam
anathemati subicere.

Ad quod additur de Latinis,
quos S. Maximus dicit non sentire Fi-
lium esse principium Spiritus Sancti,
Resp. Dist. Latini non sentiunt Fili-
um esse principium, id est, primum
fontem, conc. non esse principium
simpliciter, neg. Observandum, quod
hæc principii pro primo fonte notio
apud Græcos sit pervulgata.

Ob. 4. S. Dionysius, de Divi- 457.
nis nominibus c. 2. ait: Solus fons su-
per substantialis Deitatis est Pater.

S. Athanasius, in quest. quid est
Deus? ait: Deus et Pater ipse solus est
causa duobus.

S. Basilus, ep. 43. dicit, Filium secundum pro-

513.
* Sub Leone I.
Papa.

514 priam notionem nullam habere communio-
nem cum Patre. Ergo Spiratio activa non
communicatur Filio.

7. 231.

— S. Gregorius Nazianzenus orat. ad
Episcopos Aegypti ait: omnia quae habet
Pater, Filius sicut pater principium.

S. Damascenus l. i. de fide, c. ii.
ait: Ex Filio Spiritum non diuimus, sed
eum Filii Spiritum nominamus. Et c. 13.
Filii Spiritus est, non tanquam ex ipso,
sed quod per ipsum ex Patre procedat.
Ergo, p.

Resp. neg. cons. ad horum Grae-
corum Patrum testimonia diuimus 1.º ad
S. Dionysii testimonium, Solus Pater di-
citur fons Deitatis, quia aliae personae ab
ipso procedunt, et ipse non procedit ab alia
personâ, et sic est principium sine prin-
cipio: Filius uero est principium de prin-
cipio, quia Filius producit, et produitur.

2.º S. Athanasius Solum uult,
unum Patrem esse principium duarum
aliarum personarum, quamuis Filius
sit etiam principium unius personae.

3.º S. Basilii Solum uult, Fi-
lium secundum filiationem realiter dis-
tingui à Patre, et filiationem nulla-
tenuis identificari Patri. Quamuis au-
tem Filius cum Patre non conveniat
ratione filiationis, cum eo tamen con-
uenit ratione Spirationis activae.

4.º S. Gregorius, intelligit dum
taxat, Filium non esse primum fon-
tem, seu principium sine principio,
sicuti est Pater. Nam, ut iam obser-
uauimus, Graeci nomine principii commu-

inter intelligunt primum fontem. 515.

50. Mens S. Damasceni haec est,
Spiritus Sanctum à Filio non procedere,
ut primum de S. Gregorio annotavimus,
tanquam ex primario originis sua fonte,
qui Pater est; unde etiam dicit, Spiri-
tum Sanctum procedere à Patre per Fi-
lium, quem loquendi modum probat S. Tho-
mas, 1. p. q. 36. a. 3. Cum enim, inquit, Fi-
lius à Patre habeat, quod ab eò Spiritus S.
procedat, Pater per ipsum Filium spirare
Spiritus Sanctum dicitur. Quare cum Da-
mascenus dicit, Spiritum Sanctum proce-
dere per Filium, non ex Filio; Solus
vult, eum non procedere à Filio ut à
principio, quod ab alio suum esse et vir-
tutem produendi non accepit; sed pro-
cedere à Filio tanquam à principio,
quod ab alio suum esse, et suam virtu-
tem produendi accepit: ita ut pro-
positione per significare velit primum
agens per virtutem ab alio acceptam,
et propositione ex primum sine prin-
cipio; adeoque ut Spiritus Sanctus ta-
men aequè à Filio ac à Patre suo modo
procedat. Et verò hanc esse S. Damasceni
mentem colligitur ex eo, quod ibidem
comparat Patrem Soli, Filium radio,
Spiritus Sanctum vero Splendori, qui ex
radio oritur, et c. 18. Statuat Spiritum
Sanctum esse imaginem Filii, sicut Fili-
us est imago Patris. Imago Patris, inquit,
est Filius, ac Filii Spiritus. Per pro-
positionem per igitur, idem intelligit,
ac quod significatur per propositionem
ex: nam propositio per saepe signifi-

multiplicitatem suppositorum requiritur
multiplicitas actionum. Sic Pater, Fi-
lius, et Spiritus Sanctus sunt unicum prin-
cipium mundi, quia produunt mundum
una actione per unam eandemque po-
tentiam agendi ad extra.

Reversionem nostram pater
adnata Conilia Lugdunense II. et Flo-
rentinum confirmant SS. Patres. S. Ba-
siliius, lib. 2. cont. Eunom. Diserte affir-
mat, Patrem et Filium duo non esse,
sed unum Spiritus Sancti principium.

S. Augustinus, lib. 5. De Trinit. c. 14.
Statendum est, ait, Patrem et Filium
principium esse Spiritus Sancti, non duo
principia. Idem conceptis verbis asse-
rit S. Anselmus, lib. De processione Spi-
ritus Sancti, c. 18.

Inst. 1.º Principium quod pro-
cessionis, est persona. Ergo cum Pater et
Filius duo sint persone, duo quoque sunt
principia Spiritus Sancti.

Resp. 1.º Simili argumento proba-
ri potest, tres esse in Deo creatores. Nam
principium quod creationis est persona.
Atqui sunt in Deo tres persone. Ergo sunt
tria principia creationis. Quod est absurdum
dicere.

Resp. 2.º Dist. ant. Principium
quod processionis, est persona, simul cum
proprietate relativa, con. sine illa,
neg. ant. Ne verã principium quod per-
sonam denotat; at non solam, sed simul
proprietatem relativam, seu formam,
per quam persona agit, et aliam produ-
cit. Porro cum forma illa in Patre
et Filio respectu Spiritus Sancti una

517.
habeat spirandi Spi-
ritum Sanctum. igitur non sunt duo sed
unum Spiritus Sancti
principium.

519.
sunt duo spirantes, propter pluralitatem
suppositorum; non autem duo spiratores
propter unam spirationem. Nam adjecti-
va nomina habent numerum secundum
supposita, substantiva vero à le ipsis
secundum formam significatam. Quod
vero Hilarius dicit, quod Spiritus Sanctus
est à Patre et Filio auctoribus, exponen-
dum est, quod ponitur substantivum
pro adjectivo. Ita Sanctus Thomas,
unde patet solutio illius, quod obiicitur,
nempe Patrem et Filium esse duos
spirantes, ergo etiam duos spiratores.

Resp. enim neg. cons. Disparitas
est, quia nomina adjectiva multiplican-
tur pro multiplicitate suppositorum.
At nomina substantiva non multipli-
cantur, nisi etiam multiplicetur for-
ma illis significata. Forma autem
per nomen spiratoris significata est
virtus spirandi seu produendi Spiri-
tum Sanctum, que una et eadem nu-
mero est in Patre et Filio; ac proinde
non facit duos spiratores: quemadmo-
dum divinitas, que est una et eadem
numero in tribus personis, non facit
tres Deos.

Inst. 4^{to}. Multi ex Veteribus
aperunt, Spiritum Sanctum esse à Pa-
tre mediatè, Filium vero proximè ac
immediate. Ita S. Gregorius Nyssenus,
epist. ad Ablavium, et lib. i. contra Eu-
nom. Cyrillus Alexandrinus, lib. i. The-
sauri, p. Ergo Pater non eadem ra-
tione, qua Filius, est principium Spiritus
Sancti; atque adeo non unum sunt principium.

Resp. Multi ex Veteribus, asserunt
 Filium esse proximè à Patre, Spiritum
 Sanctum autem mediatè, hoc sensu, quòd
 Filius sit prima, Spiritus vero Sanctus
 Secunda persona, que interposito Filio
 à Patre procedit, conc. Hoc sensu, quòd
 Filius non unam et eandem habeat cum
 Patre vim spirativam, neg. ant.

Inst. 5. to S. Augustinus lib. 15.
 De Trinit. c. 17. et 29. Item tract. 99. in
 Joan. ait, Spiritum Sanctum principa-
 liter procedere à Patre, ergo non est
 unum et idem cum Filio principium.

Resp. Dist. ant. Principaliter est
 à Patre, hoc sensu, quòd Pater sit fons
 et origo totius divinitatis, principium si-
 ne principio, Deus à se, conc. Hoc sensu,
 quòd non sit una et eadem in utroque
 Patre et Filio vis spirandi, neg. ant. Ideo
addidi principaliter, ait S. Augustinus,
quia..... Filio..... hoc quoque Pater debet.

Inst. 6. to Si Pater et Filius sunt
 unum principium quòd, propter unam
 virtutem spirandi, Pater est duplex prin-
 cipium quòd propter duplicem virtutem,
 unam scilicet generandi, et alteram spi-
 randi. Atqui hoc est falsum. Ergo.

Resp. neg. sequel. maj. Quia ut
 sit duplex principium quòd, requiritur
 non solum duplex virtus produendi, sed
 etiam duplex suppositum. Ratio est, quia
 nomina substantiva non multiplicantur,
 nisi multiplicetur non solum forma illis
 significata, sed etiam suppositum habens
 talem formam. Hinc nomen spirator
 presumit ab hoc vel illo supposito in parti-
 culari, et ab uno vel duobus suppositis.

2. 234.

Unde accipi potest et accipitur modo pro uni-^{521.}
co modo pro duobus, modo pro pluribus simul
et uno. Hinc verae sunt istae propositio-
nes: Pater et Filius sunt Spiritus: Pater
est Spiritus: Filius est Spiritus: Pater
et Filius sunt Spiritus, qui est Pater.
Nam sensus est: Pater et Filius sunt
supposita habentia spirationem activam,
quam re vera habet Pater.

Ob. 7^{mo} Cum von Filioque jam 460.
addita esset Symbolo in Hispaniarum Ec-
clesiis, Leo III. Papa Symbolum Constanti-
nopolitanum in tabula argentea describi
iussit sine illa additione, et poni in Al-
tari post Corpus S. Pauli. Ergo additio-
nem illam improbat, p.

Resp. neg. cons. Nam Leo hoc fe-
cit, ut huius Symboli, quale fuerat à
Conilio Constantinopolitano conditum,
memoria honorifice in Ecclesia conserva-
retur, et ut Graecis tolleretur occasio-
nem existimandi, hoc Symbolum à Latinis
contemni.

Inst. Concilium Aquisgranense,
postquam additionem Filioque appro-
basset, misit Legatos ad eundem Leonem,
qui eum rogarent, ut illam approbaret,
et Symbolum cum hac additione juberet
cantari in Ecclesia Romana: Pontifex
vero utrumque negavit. Ergo, p.

Resp. neg. cons. Leo neutrum praes-
tare voluit, ne Graecis videretur contem-
nere Symbolum Constantinopolitanum, qua-
le primum conditum fuerat, et quia non-
dum in Ecclesia Romana cantatum fue-
rat cum hac additione. Sed simul
ipsemet palam professus est, Spiri-

522. tum Sanctum procedere etiam à Filio,
prout Acta Legationis, quae adhuc extant,
testantur.

461. Ob. 8^{vo}. Etiam si Spiritus Sanctus
non procederet à Filio, adhuc tamen dis-
tingueretur realiter ab eo. Ergo ratio
quam haec de re supra attulimus nuda est.

Resp. neg. ant. Nam Patres dis-
tinctionem personarum repetunt à sola
processione unius ab alia. Distinguitur
Spiritus à Filio, quod per ipsum est, in-
quit S. Gregorius Nyssenus lib. ad Ablavium.
Et S. Augustinus tract. 39. in Joan. Hoc
solo, inquit, numero infirmant, quod
ad invicem sunt. Item S. Damascenus
l. i. de fide, c. ii. In solis, ait, autem pro-
prietatibus, nimirum paternitatis, filia-
tionis, et processionis secundum causam
et causatum discrimen ad vestimus. Con-
cilium denique Toletanum XI. c. i. Inre-
latione personarum, inquit, numerus
cernitur. Hoc solo numero infirmant, quod
ad invicem sunt, id est, ad invicem oppo-
nuntur.

Inst. 1^o SS: Athanasius, Augus-
tinus, et Anselmus dicunt, ideo Spiritum
Sanctum non esse Filium, et vicissim,
quia Filius per viam intellectus, et Spi-
ritus Sanctus per viam voluntatis proce-
dit. Ergo Filius et Spiritus Sanctus dis-
tinguerentur realiter inter se, etiam si
Spiritus Sanctus non procederet à Filio;
quia adhuc unus per intellectum et alter
per voluntatem procederet.

Resp. neg. cons. Hoc unum in-
tendunt laudati SS: Patres, nempe inter
Filius et Spiritum Sanctum aliquam
quidem oppositionem, nempe ad unum

2 * an. 595.

3. 235

virtualem esse, ex eo, quod unus per in-
 tellectum, alter vero per voluntatem proce-
 dat: at oppositionem illam non sufficere
 ad realem inter illos distinctionem, nisi
 interveniat unius ab altero processio origi-
 nis, ex qua una nascitur realis distin-
 ctio. certè hanc fuisse mentem S. Anselmi
 inde liquet, quod lib. De processione
 Spiritus Sancti, commune hoc Scholo-
 effatum, In divinis omnia sunt unum
ubi non obviat relationis oppositio. ap-
 probet, cuius ipse auctor et parens est.

Inst. 2. d. Si Spiritus Sanctus non
 produceretur à Filio, adhuc Filius et
 Spiritus Sanctus procederent per diversa
 principia formalia, intellectum scilicet
 et voluntatem. Ergo adhuc essent duae
 productiones totales, ut nunc sunt. At
 eadem persona non potest procedere per
 duas productiones totales: nam alio-
 qui una ex illis esset superflua; om-
 nis autem superfluitas in divinis im-
 plicat. Ergo adhuc essent duae personae
 realiter distinctae.

Resp. neg. cons. Nam tunc esset
 unica realiter productio totalis; sicut
 enim duo principia formalia, intel-
 lectus et voluntas scilicet, non distin-
 guuntur realiter, sed solum logicè et
 virtualiter ob defectum oppositionis
 relative: ita duae productiones, ob
 eundem defectum non distinguerentur
 realiter, sed per identitatem conflarent
 unicam productionem totalem, cuius
 terminus totalis esset una persona per-

etiam à Filio
 adhuc exten-
 i Spiritus Sancti
 adhuc tamen
 es. Ergo ratio
 turbamus nihil
 Nam Patres
 repetunt ad
 a. Distinctio
 per ipsum
 us lib. ad Gal.
 39. in Joan.
 infirmant
 im S. Damiani
 s, ait, autem
 rateritatis
 eundem consue-
 advertimus
 num. XI. c. 1.
 quit, num.
 ero infirmus
 in invicem
 Athanasius
 ut, ideo Spiritus
 im, et vult
 intellectus, et
 voluntatis per
 itus Sanctus
 ter se, etiam
 edent à Filio
 edentem et
 et.
 Hoc unum
 s, nempe in
 um aliquam
 nge ad hunc

524 intellectum et voluntatem producta, et
quae proinde simul esset Filius et Spi-
ritus Sanctus: sicut verifā eadem perso-
na est Pater et Spirator, quia producit
per intellectum et voluntatem.

Inst. 3. In adatā hypotesi Spi-
ritus Sanctus esset cum Filio respectu Pa-

* termini disparati terminus disparatus*. Ergo adhuc oppo-
ti. Logici dicuntur neretur Filio.

illi, qui de se in-
vicem non possunt
praedicari.

Resp. trans. ant. dist. cons. Oppo-
neretur disparatē, conc. relativē. neg.
cons. Equidem in creatis termini dis-
parati distinguuntur realiter, sed non
in divinis. Disparitas est, quia in crea-
tis unum disparatum, cum sit finitum
et limitatum, non habet entitatem
vel perfectiones alterius. At in divinis
terminus, qui supponitur disparatus,
adhuc esset infinitus, proindeque conti-
neret tum entitatem, tum perfectiones
alterius termini disparati. Nam infi-
nitum in entitate et perfectione in-
cludit omnes entitates et perfectiones,
quae se se invicem non excludunt, qua-
les sunt ea, quae inter se non habent
rationem producentis et producti.

Inst. 4^{to}. In adatā hypotesi
Filius haberet in omne, per quod in
se constituitur ac distinguitur à Spiri-
tu Sancto, nempe filiationem. Ergo
pariter in eo casu Filius distinguere-
tur à Spiritu Sancto: ibi enim rema-
net eadem personarum distinctio, ubi
idem adhuc superest earundem per-
sonarum distinctivum ac constitui-
vum.

Resp. neg. ant. Equidem in ad- 825.
ducta hypothese Filius haberet filiatio-
nem, sed non eandem omnino qualem
jam habet, id est, junctam cum Spira-
tione activa. Porro Filius non cons-
tituitur ac distinguitur à Spiritu San-
cto per filiationem præiuse, sed per filia-
tionem, quatenus adjunctam habet,
aut habere postulat Spirationem acti-
vam.

Inst. 5.º Si Spiritus Sanctus pro-
duceretur à solo Filio, tamen adhuc dis-
tingueretur à Patre: Ergo similiter dis-
tingueretur à Filio, etiamsi à solo Pa-
tre procederet.

Resp. neg. cons. Equidem si Spi-
ritus Sanctus à solo Filio procederet, ni-
hilominus à Patre distingueretur, quia
mediate saltem censeretur ab illo pro-
cedere, quia Filius ipse vim spiran-
di Spiritum Sanctum à Patre accepisset.
At si Spiritus Sanctus à solo Pa-
tre procederet, dici non posset, nec
etiam mediate à Filio procedere.
Nam in eo casu Pater non produceret
Spiritum Sanctum per vim aliquam
sibi à Filio datam.

Inst. 6.º Filius non procedit
à Spiritu Sancto, et tamen ab eo dis-
tinguitur. Ergo pariter Spiritus San-
ctus ab eo distingui posset, et si ab eo
non procederet.

Resp. neg. cons. Inepta sane
ac ridicula est isthac arguendi ratio,
et perinde est ac si quis diceret, Pater
distinguitur à Filio, et tamen ab ipso
non procedit. Igitur sicut Pater à

— 4. 236.

226. Filius distinguitur, quia Filium producit, ita etiam Spiritus Sanctus distinguitur, quia illum producit, ac necesse est, mutuam oppositionem intercedere inter personam producentem ac personam productam.

Inst. 7^{mo} In creatis Amor distinguitur realiter à Verbo, quamvis non producat ab illo. Ergo idem in divinis esse posset.

Resp. neg. cons. Disparitas est, quia in creatis distinctio realis repetitur non solum ab oppositione relativa, sed etiam à limitatione: nam in creatis multa ob solam limitationem distinguuntur realiter inter se, quamvis nudam habeant oppositionem. At in divinis propter infinitatem et summam identitatem ea omnia sunt unum realiter, quae non habent inter se relationem producentis et producti, in qua consistit oppositio relativa.

Igitur Spiritus Sanctus aequè à Filio procedit ac à Patre, hi quippe se se mutuo amantes produunt personam, quae vi sua processione perse primo est amor ille, quo se se mutuo reamant, ideoque per identitatem illud omne divinum est, cui identificatur amor ille, et quoniam ipsa persona non habet oppositionem relativam: sicque Spiritus Sanctus totam habet Patris et Filii Substantiam.

462. Atque hinc de augustissimo SS: Trinitatis mysterio tractationem nostram concludimus; quae non

nimis proluxa duntaxat, quin potius ad- 527.
modum angusta videri debet ei, qui
novit, quantum hujus admirandi
et sacratissimi mysterii notitia
uigae ad salutem sit omnino ne-
cessaria. Miramur proinde, quod
quidam Theologi, aut potius The-
logastri Batavi Remonstrantes dic-
ti Duce Episcopo*, in tantum cum
Socinianis hujus adorandi mysterii
fidem abjicientibus licetatem inire
maluerint, ut quamvis de Trinitate
recte sentiant, tamen negent, illud
fundamentalem esse fidei Christiano-
articulum, quem de necessitate salutis
quisque credere debeat, satisque esse,
aperant, ad salutem, Deum unum et Chris-
tum tanquam ejus Legatum credere, ac
eis sub utroque nomine debitum hono-
rem et obedientiam exhibere.

At orthodoxorum omnium cetera
et constans atque vera est sententia,
absque salutis dispendio non modo ne-
gari, sed nec ignorari posse istud mys-
terium, quod totius Religionis Chris-
tiano caput est ac fundamentum.

Id aperte ipsa Scriptura sacra
declarat; Joannis 3. v. 18. Qui credit in
eum, non judicatur; qui autem non
credit jam judicatus est, quia non
credit in nomine Unigeniti Filii Dei.

Et v. 38. Qui credit in Filium, habet
vitam aeternam: qui autem incredulus
est Filio, non videbit vitam, sed ira
Dei manet super eum. 1. Joan. c. 5.

* Lib. 4. Institut.
Theologic. Sect.
2. c. 24.

— 5. 237

528. v. 20. Scimus quoniam Filius Dei venit,
et dedit nobis sensum, ut cognoscamus
verum Deum, et scimus in vero Filio eius.
Hic est verus Deus, et vita aeterna. Ex
quibus patet, ad salutem obtinendam
imprimis requiri, ut cognoscatur Fi-
lius Dei, non solum tanquam Patris Le-
gatus, sed etiam ut Unigenitus, ut
verus Deus, ut vita aeterna, hoc est,
ut summum bonum.

Præterea Christus Dominus
Matth. 28. v. alloquens Apostolos ait:
Ventes ergo docete omnes gentes, bap-
tizantes eos in nomine Patris, et Fi-
lii, et Spiritus Sancti. Adicit Marci
16. v. Qui crediderit, et baptizatus fue-
rit, salvus erit: qui vero non crediderit,
condemnabitur. Nihil castè difertius
his Christi verbis. Unde Apostolus
Act. 19. v. obstupescens, quod Ephesii
dicerent se nescire, an esset Spiritus
Sanctus, respondit, in quo ergo bap-
tizati estis? Quæ verba inmanunt no-
titiã trium personarum velut ne-
cessariam baptismo præire. Enimvero
initianus Patri, Filio, et Spiritui
Sancto in baptismo consecratur, illis
fidem et obsequium pollicetur: nove-
rit ergo necesse est, quæ sit cuiusque
natura et dignitas, ne cultum divinum
ad creaturam transferat, vel debitum
honorem vero Deo denegat.

Id etiam ultro declarat cons-
tans Traditio et usus Ecclesie, quæ ab
initianis expressam Sanctissima Tri-
nitatis fidem semper exegit, si bap-

529.
Zari apud haereticos potuit, inquit S. Cy-
prianus, ep. 73. ad Iubajanum, templum
Dei factus est, quero cuius Dei? Si Creato-
ris; non potuit, qui in eum non credidit:
Si Christi; nec huius fieri potest tem-
plum, qui negat Deum Christum: Si
Spiritus Sancti; cum tres unum sint, quo-
modo Spiritus Sanctus placatus ei esse
potest, qui aut Patris, aut Filii inimi-
cus est? Quis, inquam, è sine
suo statim omnes eiecit, qui vel
personarum trinitatem, vel earum con-
substantialitatem negarunt.

Denique Innocentius XI. an.
1679. damnavit hanc propositionem,
absolutionis capax est homo, etiamsi
per negligentiam etiam culpabilem
nesciat mysterium Sanctissima Trini-
tatis, et Incarnationis Domini. Por-
ro si incapaces sunt absolutionis, qui
ineffabile idem mysterium ignorant,
profectò illius cognitio ad salutem erit
necessaria. Caveant ergo fidelium
Pastores et Parochi, ne ipsorum silen-
tiò et invidia, animo ipsorum cura de-
mandata adorandum istud ignorent
mysterium, sicque miserè pereant.

Id etiam ratio suadet.
Quinimò Nullam omnino communio-
nem, nullamve societatem habere li-
cet cum iis, qui vel creaturam pro
Deo colunt, eique adherent tanquam
primo principio, et ultimo fini: vel
supremum cultum vero Deo impende-
re detrectant; haec est enim summa
impietas, ad quam expugnandam

6. 230.

530. primum instituta est vera Religio. At-
qui Sociniani, Christum a se creata-
turam, vel creaturam pro Deo colunt,
vel supremum honorem vero Deo abju-
dicant. Ergo cum illis nulla commu-
nicatio, nulla societas est habenda. Unde
S. Joannes Epist. 2. ad J. c. v. 10. Scribens de
illis, qui negant Christum velesse Fi-
lium Dei, vel venisse in carnem, sic
habet: Nolite recipere eum in domo,
nec Ave ei dixeritis; qui enim dicit
illi, Ave, communicat ejus operibus
malignis.

De Th...
tractatus
Publica
positas de
Ex quo a
no nostro
inimitum,
de in id dicit
de cetera dicit
alam p...
is, ut
de commu
in loco theo
de positu solu
na, que in
de a dicit
est, unde
omnes quatuor
veritates quatuor
liberatur argu
de fontibus
de tanto lo
hujus lauro
de labor
de, ut arb
de, ignom
de agredi, v
de, jam
de, quod
de. Solent. E
de, quibus pa

Prolusio

531.

Ad Theses ex Parte primâ
Tractatus Theologici De Deo
unô et Trinô.

463.

Publica Disputatio ex-
posita die 11.â Januarii
1746.

B. P.

revid. unig. G. H. Z.

Ex æquâ annus effluxit, quum
Studio nostro Theologico Solemne pe-
dimus initium, quâ temporis interca-
pedine in id duntaxat, prout iterata
à nobis edita Disputationum Specimi-
na palam fecere, animos nostros in-
tendimus, ut Theologia nostra uni-
versalis totum primum expediremus,
ne non Locos Theologicos expendemus,
ut sic positò velut fundamentò, quo
omnia, quæ in ipsâ Theologiâ adifi-
cantur ac sustentantur, niti oportet,
id est, unde omnia, quæ ad Sta-
bilitendas quælibet in Theologiâ
occurrentes quæstiones et sententias
adhibentur argumenta, velut tot
rivuli à fontibus suis fluunt, et eru-
untur, tanto solidius exitare valere-
mus hujus sacre disciplinae adificii-
um. Quo labore postquam satis
feliciter, ut arbitramur, sumus de-
sumti, ipsiusmet adificium jam
jam aggredi, vel ut minus figuratè
loquamur, jam jam ea expendenda
occepimus, quæ in ipsâ à Theologis tra-
ctari solent. Et cum ibidem primas
et præcipuas partes obtineant ea, quæ

532. De Deo Supremo Numine Summoque om-
nium, quae in hoc universo extant, rerum
arbitro et moderatore disceptari solent;
hinc ab iis huius nostra Universalis Theo-
logia Tomum secundum fieri sumus.
atque rerum mole ne velut obrui
nos forte contingeret, primum de Deo
uno egimus, proxime de eo ut Trino
acturi. ~~Qua proposita in ardua sane~~
ae Sublimi isthac de Deo uno tractatio-
ne explananda in nos suscepimus, ex-
hibent nostrae, quas modo publice dis-
putationi exponimus Theses. Quanta
autem in iis explanandis nostra fue-
rit diligentia et sollicitudo, et quan-
tum proinde profecerimus, ipsa pro-
babit Disputatio. Igitur p. p.

N. B. Theses posita sunt ad cal-
cem Tractatus de Angelis,
127. ubi vide.